
Horae [illegible]

Opera

3 gild + Prijt.











ANDREÆ WENGERSCII
LIBRI QUATUOR
SLAVONIÆ REFORMATÆ,

Continentes

HISTORIAM ECCLESIASTICAM

Ecclesiarum Slavonicarum,

Inprimis

POLONICARUM, BOHEMICARUM, LITHUANICARUM, RUSSICARUM, PRUSSICARUM, MORAVICARUM, &c.

Ab Apostolorum tempore usque ad nostra tempora.

Quibus additur

Appendix variorum monumentorum ad res ecclesiasticas Slavoniæ pertinentium: nimirum Epistola Joannis Smeræ ad Regem Russorum Wladimirum: Narratio compendiosa de ortu & progressu Socinianorum in Polonia: Catalogi Patriarcharum, & Episcoporum Ephesiorum, Smyrnensium, Sardensium, Laodicensium Syriæ, Cæsareensium Palæstinæ & Cappadociæ, Tyriorum: Historia de Catharina Zalassovia: Erasmi Otvinovii Heroes Christiani: Colloquium Roznoviense habitum inter Pontificios & Socinianos.









AMSTELODAMI,


Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS, M.DC.LXXIX.

GISBERTUS VOETIUS

Theologiæ in Acad. Ultrajectinâ Professor,

LECTORI BENEVOLO S.

HIstoriam testem temporum, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis, haut immerito dixit Cicero; eandemque Thucydides καλὸν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον præclarum vitæ humanæ speculum; *& Nazianzenus* συμφερτὴν σοφίαν, πολλῶν τε καὶ παντοίων νόον congestam & accumulatam sapientiam, & multorum atque omnium animum seu mentem. *Quò autem* τῶν ἱστορουμένων *dignitas sublimior, & utilitas major, eò historiarum & scriptio excellentior, & lectio fructuosior. Cum itaque divina humanis, æterna caducis, Ecclesiam magni Dei & Salvatoris Christi sponsam communitati atque ordini cuicunque seculari quamplurimum antistare indubium sit; sponte sequitur Historiam Ecclesiasticam ut primâ antiquitate venerandam, ita scriptu præstantissimam, & lectu utilissimam esse. Eâ enim immensa Dei gratia humano generi jam inde à primâ rerum origine exhibita, & admirabiles divinæ providentiæ ductus in conservandâ ac propagandâ Ecclesiâ inter tot adversos diaboli & mundi obnitentis conatus, tanquam in tabellâ, uno quasi obtutu contemplanda exhibentur. Hinc est, quod ab omni ævo verè sapientum & piorum applausum meruerint labores eorum, qui origines & antiquitates Ecclesiasticas eruere, aut præsentem Ecclesiarum statum consignare aggressi. Fateor quidem, universalis Ecclesiasticæ Historiæ Systema secundum regulas artis ac prudentiæ affabrè exstructum, hâc in parte primas ducere & meritò omne punctum ferre: negari tamen non potest, ut totum sine partibus consistere nequit, sic nullam fore historiam universalem, nisi particulares Ecclesiarum secundum nationes, regiones, provincias, districtus, notitiæ & descriptiones omnem materiam tanquam ligna & lateres ad illustre hoc ædificium undique comportent. Vidit hoc hujus præsentis histo-*



riæ Autor, Vir prudentissimus & multa variaque lectione ac scientia, accedente laboriosa peregrinatione, excultissimus: cujus indefesso labore factum, ut lux hæc plenissima, post aliorum gratissimas faculas in Belgio nostro tandem efferretur, & perfectissimæ historiæ universalis apud Protestantes & Reformatos exstructioni per totum orbem præferretur. Præcurrerunt antehac tum in Belgio nostro, tum extra Belgium, qui res gestas Ecclesiarum ante tempora reformationis, è tenebris & claustris suis, quibus per temporum iniquitatem detentæ fuerant, laudabili & felici conatu, in lucem eduxêre. In Belgio quidem, Balthazar Lydius, *Historico-Theologus eximius & helluo librorum indefessus, mihique, dum viveret, amicissimus, editione Waldensium & Albigensium suorum, nec non historiæ Waldens.* Johannis Pauli Perrini *è Gallico in nostrum idioma translatæ, cum utilissimâ appendice. Quem secutus fuit* Abrahamus Mellinus, *Lydii Waldensibus & Albigensibus non parum adjutus, editione Martyrologii usque ad tempora reformationis producti: sed idiomate nostrate. Successere anno* 1633 *Editores Ordinis Ecclesiastici in unitate fratrum Bohemorum, cum præfat. & additis excerptis; & anno* 1640 Johannes Lætus, *in Epitome historiæ universalis Lugduni Batav. excusâ, quamplurimis notatis, quæ res Ecclesiarum ante reformationem, præsertim Bohemicarum, non parum illustrant. Post illos anonymus quis luculentam persecutionum Ecclesiæ Bohemicæ historiam in Belgio nostro evulgavit anno* 1648. *lectu sanè utilissimam. Atque hæc quidem scripta in Belgio edita, ex professo historiam hanc persequuntur: præter quæ sunt nonnulla, ubi alia cum tractentur, per occasionem tamen ea subinde attingitur. Omnia illa hic non enumerabo: Unum tamen non possum, quin indicem, Tabulam scil. differentiarum religionis (aliter dictum Alvearium Romanum,) Autore Nobiliss.* Philippo Marnixio montis Sanct. Aldegondii *Domino, sed quæ Gallicè tantum & Belgice (quod sciam) exstat: ubi tom. 1. rariora quædam de Waldensibus, tunc temporis haut ita nota, partim ex libris editis, partim ex scedis M. S. exhibentur. Extra*

Belgium

Belgium ex professo statum Ecclesiarum in Græciâ, Bohemiâ, &c. delineârunt, David Chytræus *oratione peculiari*; *&* Joachimus Camerarius *tractatu peculiari tit.* Narrationis Historicæ &c. *quam cum aliis quibusdam Epistolis, Orationibus, Commentationibus Historicis huc spectantibus edidit* Ludovicus Camerarius *I.C. Heidelbergæ anno* 1605. *Nec defuerunt suis rebus editores confessionis Bohemicæ, recusæ Herbornæ anno* 1612. *in* 8. *ubi in præmissâ narratione & subjectis Epistolis ac testimoniis quibusdam, origines, successionem & statum Ecclesiarum suarum compendiosè evolvunt. In Hyberniâ antiquitatum ille promus condus, idemque celeberrimus Theologus* Jacobus Usherus, *Waldensium Historiam & fidem erudito libro vindicavit, tit.* De Successione Ecclesiarum in Occidente. *Qui aliis in scriptis studium & operam suam in rebus Waldensium & fratrum Bohemorum, aut delibandis, aut narrandis probârunt, occurrunt nunc isti*, Illyricus *in Catalogo testium veritatis*, Plessæus *in mysterio iniquitatis, Martyrologiorum in quâque gente scriptores*, Pezelius *in Mellificio*, Melanchthon *&* Peucerus *in Chronico Carionis: quibus addendi complures Chronologi & Historici universales, & qui à tempore reformationis historias suas inchoant, nec non vitarum scriptores, in Bibliotheca nostra maximam (ni fallor) partem designati. Omnibus autem illis, sive in Belgio, sive alibi editis scriptoribus, nostrum hunc in Ecclesiarum Slavonicarum descriptione palmam præripuisse, sine cujusquam invidiâ aut præjudicio dici potest, & res ipsa clamat. Quamvis enim alii ipsum præcesserint, iique lecti aut consulti non parum adjumenti ipsi attulerint: negari tamen non potest, quin ipse omnes eorum notitias complexus sit; & feliciter ab illis tentata, affecta, perscripta felicissimè perfecerit; quin & rarioribus supplementis compluribus; & narrationibus, quæ frustra alibi quæras, quasi novam planè historiam edolatam dederit. Nec minima laus est historici nostri, quod quæ apud mutos manuductores partim typis editos, partim in MS.S. schedis delitescentes invenit, quæque ex Viris istarum rerum gnaris coram aut per literas sciscitatus est, fidelissimè*

mè non tamen sine magnâ prudentiâ, moderatione, ac circumspectione, chartis mandavit; notatis ubique & laudatis Autoribus suis, ubicunque præsentis temporis conditiones, & Ecclesiarum rationes hoc permittebant. Præclaro hoc opere apud nos edito, beat nunc Belgium nostrum Ecclesias reformatas, imprimis Slavonicas; quibus hoc qualecunque hostimenti à nobis peculiariter debetur. Illæ enim priores dederunt, Ecclesiis nostris, ex Poloniâ Illustrem Baronem Johannem à Lasco, *Virum non magis Nobilitate generis, quam eruditione, pietate, prudentiâ, & zelo conspicuum, Belgicarum Ecclesiarum sive exulantium & incertis sedibus errantium, sive placido aliquo in portu quiescentium, nutritium, patronum, moderatorem, gratiosum, fidelem, indefessum: de cujus laudibus præstat omnino hic tacere, quam parcius nonnulla ὡς ἐν παρόδῳ inspargere. Alterius hoc operæ & operis est; & alii jam occupârunt: præterquam quod judiciosissimus hujus Historiæ Autor, pro ratione institutæ brevitatis, eos de virtutibus & gestis ipsius flosculos decerpsit, qui Polonos Evangelicæ veritatis zelotas pariter & Belgas, Præsidii & auxilii ab illo accepti non immemores, non poterunt non suavissimo odore suo recreare. Porro ne quis putet me, dum Belgium nostrum editâ hâc descriptione Ecclesiarum à nobis locorum intervallis dissitarum, consanguinitate tamen ejusdem doctrinæ & affinitate ejusdem moderatoris ac tutoris* Johannis à Lasco *arctius junctarum, condecoratum haut obscurè gloriari videor, mihi quidquam velle tribui: profiteor candidè, nihil hic meum esse, ne unicam quidem periodum, aut comma; sed solummodo opus fidei meæ commissum, Typographo traditum, & ad prælum correctum fuisse. Quam opellam, cum in gratiam eorum qui à me obnixe petierunt, & in bonum publicum libens susceperim, spero Lectori & Dominis protectoribus ac fratribus Ministris Ecclesiarum Slavonicarum non ingratam fore.*

Tu benevole Lector Dominum Jesum unicum Ecclesiæ Caput mecum precare, ut Ecclesias illas, omnesque reformatas spiritu suo assiduò regere, & contra consilia ac machinationes adversariorum tueri dignetur. Ultrajecti Eid. Octob. cIↃ IↃC LI.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SLAVONICARUM,

Imprimis quarundam

PROVINCIARUM,

LIBER PRIMUS.

De ORIGINE & SUCCESSU Ecclesiarum Dei, à CHRISTO & Apostolorum tempore, præsertim in quibusdam Slavonicis Regionibus, ad Annum Domini

M. DC. L.



Tertullianus in libro adversus Judæos, p.122.

Loca CHRISTO vero ſubdita ſunt, inter alia, Sarmatarum & Dacorum, Germanorum & Scytharum: in quibus omnibus locis CHRISTI nomen, qui jamvenit, regnat.

Alſtedius in Theſauro Chronologico, cap. 27. pag. 244.

Lingua SLAVONICA (quæ & Sarmatica dicitur) ſeu Illyrica, longè latèque patet, per Europam & Aſiam. Cujus variæ ſunt Dialecti.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SLAVONICARUM,

Imprimis quarundam

PROVINCIARUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Origine & Successione Ecclesiæ, tàm in Oriente, quàm in Occidente, in Regionibus quibusdam SLAVONICIS, ad Annum Christi 1000.



Uod CHRISTUS Salvator, ante suam in Cœlis ascensionem, Apostolis demandatum voluit: ut in universum mundum abirent, ómniqué creaturæ prædicarent Euangelium, docerent omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: id fideliter eos observâsse, gnaviterqué præstitisse, nullum potest esse dubium: Marc. 16. 5. Matth. 28. 19.

Ac quâ id ratione, qualiqué quasi sortitione egerint, ut in Provincias Regionesqué alias alii sese contulerint, ex Actis Apostolicis quodammodò licet cognoscere. Nazianzenus sic rem eam definitè attingit, ut quemadmodum Petro Judæam, Paulo Gentes; sic porrò adsignet Lucæ Achaiam; Andreæ Epirum; Johanni Ephesum; Thomæ Indiam; Marco Italiam, cæterisqué eos, ad quos profecti sunt. Quàm verò longè latequé Prædicatio Pauli progressa fuerit, ex tot illis, quæ supersunt Epistolis, constare satis potest. Ipse quidem in eâ, quam ad Romanos scripsit Epistolâ, In Orat. ad Arian. & de se ipso. Rom. 15. v. 25. 28.

ſtolâ, non Hiſpaniæ tantùm meminit, quam adire geſtiebat: ſed uſqué ad ILLYRICUM etiam ſeſe impleviſſe Chriſti Euangelium, apertè teſtatur. v. 19.

Tit. 1 3. 2 Tim. 4. 10. Titum autem, germanum illum Filium ſuum, juxtà communem fidem, refert; in Dalmatiam abiiſſe, quæ Illyrici ſeu SLAVONIÆ Regio eſt.

Atqué hinc obſcurum eſſe non poteſt, Eccleſias SLAVONICARUM gentium primas, ab ipſo Apoſtolo Paulo, ejuſqué Collaboratoribus, ortum ſuum duxiſſe.

Lib. 3. cap. 1. Guaguin. Tom. 2. Cap. 1. Rer. Polon. Sarnic. Annal. Pol. p. 76. 216. Neugeb. Moſc. c. 12. Laſic. in Theol. Moſcov. ex Joh. Fabro, p. 170. Platina de Vitis Pontif.

Euſebius Andream Apoſtolum in ipſam penetrâſſe Scythiam perhibet: à quo etiam RUSSI & MOSCI religionem ſe hauſiſſe Chriſtianam gloriantur. Sed & eaſdem ipſas SLAVONICAS Eccleſias, prout alias, graviſſimis perſecutionibus ſub primis illis à Chriſto ſeculis, fuiſſe obnoxias, ſuo loco dicetur.

In SYLVESTRO I. Rom: Epiſcopo, ſub CONSTANTINO Magno, (qui primus Impp. Rom: Chriſtianam fidem publicè profeſſus eſt, Anno Chriſti circiter 312.) deſiit Rom: Epiſcoporum & Chriſtianorum aliorum Perſecutio, quam cum pax excepiſſet, diverſa etiam pacis mala ſecuta ſunt. Eam tamen doctrinam, quam Apoſtoli, ab iiſdemqué inſtituti & progreſſi Presbyteri ac Epiſcopi, tùm aliis, tùm gentibus Illyricis ſeu SLAVONICIS tradidêre, incontaminatam fideliter ſervâſſe illos conſtat, qui Sectario quodam VALDENSIUM nomine, poſterioribus ſeculis traducti fuêre: cum tamen ipſi hoc unicè egerint, ut prima veſtigia doctrinæ ſalutaris ab Apoſtolis promulgatæ, ſolicitè premerent, nequé vel latum unguem ab illis digrederentur. Inde, ut ut convitioſa & ſectaria appellatio cæperit poſteà iiſdem tribui; Doctrina tamen atqué Diſciplina, quam ſecuti ſunt atqué accuratè tenuerunt, ad prima iſta incunabula Chriſtianiſmi ſeſe liquidò refert.

Namqué inde à SYLVESTRI I. imò ipſorummet Apoſtolorum tempore, Sectam VALDENSIUM (quam ità appellare ſequentibus temporibus libuit,) durâſſe ſuo tem-

tempore quibusdam creditum, RAINERIUS Sachonus Ordinis Prædicatorum Monachus, qui vixit Anno 1254. contrà Valdenses scribens, asserit.

Inter Britannos, ab Apostolorum tempore, puriorem Christi doctrinam nunquam defecisse, testantur inter alios, ex Galafrido Monumetensi lib.8.cap.4. de gestis Britannorum, Joh. Wolffius Lect. Memorab: Tomo 1. Centen. 12.p. 363.364. Buchananus rerum Scotic: lib.4.p.119.126.131. 146.157.159.

Antonii inter Eremitas ferè primi, qui obiit mortem in eremo, Anno Christi, 361. (Bucholc: A. 355.) discipulus fuit Sarmata, à Saracenis occisus. Monachorum etiam Scythiæ fit mentio apud Marc: Anton: de Dominis de Rep. Eccl. lib. 2. cap. 12. num. 55. p. 370. ex Hieron. & Gratian. qu. 16. cap. 1. Polyd. Virg. lib. 7. cap. 1.

Nec postrema fuit Augustana Vindelicorum Ecclesia: quæ post annum Christi 590. doctrinæ & ritibus Ecclesiæ Rom. acriter sese opposuit. Cujus rei Augustanum Chronicon Germanicum, An. 1595. editum, fidem adstruit.

De eadem, vel simili, ut vocare ipsi libet, Secta, ejusqué diuturnitate & dogmatibus, Autor Fastorum Limburgensium, sive Chronici Limpurg. Germanici, ante aliquot scriptum reliquit secula, quod postea Anno 1617. typis impressum est.

Moguntiæ Secta quadam innotuit, quæ occultè duraverat per sex secula, aut ultrà. Fuêre igitur illi homines, ante annum à Christo nato 800. *sub Carolo M. Occidentis Imperatore: quo tempore Controversia de Cultu Imaginum maximè viguit: & in Synodo Francofurtensi, sub Carolo M. contrà Imagines disputatum est, An.* 794. *ita ut fuerit ea anti-Synodus Nicena II. Ejus Sectæ dogmata & articuli erant; Sanctos, nempè defunctos, non esse invocandos: eò quòd pro nemine orent. Duas esse vias hominis post mortem, Cælum vel infernum. Episcopum, vel Papam, nullas dare posse indulgentias. Eleemosynas, Missas, & Jejunia nihil juvare animas à corpore separatas, quarum gratiâ illa fiant.* &c. Anno, inquit, 1389. Fast. Limpurg. p. 94.

Sed ne à SLAVIS meis abeam longiùs: etsi nonnullis eorum gentibus, idem quod & aliis quibusdam acciderit, ut illucescens Euangelii lux, aliquandiu condi illis occæperit, & priscæ Gentilismi tenebræ ad tempus invaluerint: in quibusdam tamen illorum Nationibus, semen Domini Zebaoth non defuisse, complura fidem faciunt. Nam & in Dalmatarum Slavorum gratiam, in linguam illorum D. Hieronymum, (qui Stridone Illyrii Civitate oriundus erat,) transtulisse, non pauci asseverant. Paulatim verò lux ipsis reddita; & quidem à Græcis primùm, mox à Romanis sivè Latinis quoqué, in Regiones SLAVONICAS Christiana religio rediit.

Esa. 1. 9.

Hosius libro de sacro vernaculè legendo f. 353.

Piasecius Chron. p. 56.

Sarnic. l. 5. p. 208.

Pareus Comm in cap. 15. v 19. ad Roman.

Et primò quidam ex gente, deinde tota ipsa Gens ad Christum conversa est. Præcesserunt, ut fieri solet, tanquam prodromi, universalem & notabilem Gentis conversionem, multi in diversis SLAVONICIS Regionibus. Celebris Slavorum est mentio, Anno Christi 680. in Sexta Constantinopolitana Synodo, in suggressione Actionis quartæ: *Expectavit*, inquit, *totius Concilii servulis nostra suggressio omnes adjuvare: ne, si tantùm pars, quod ageretur, agnosceret, partem lateret. Maximèque quia in medio Gentium, tàm Longobardorum, quàm* SLAVORUM, *plurimi consamulorum nostrorum esse noscuntur, qui de hoc curiosè satagere non desinunt*, &c. Apparet ex hoc loco, SLAVOS, adhuc illo tempore, aversatos fuisse Imagines. Nam ad illud Concilium, quod pro Imaginibus plurimum elaborabat, verebantur accedere, ne ad subscriptionem cogerentur Multorum enim animos tum distrahebant acerba, illo tempore de Imaginibus, dissidia.

Concil. Tom II. fol. 18.

Sarnic. Annal. Pol. l. 4. p. 191.

Anno 845. Michael III. Trophili Imperatoris Filius & Successor, Imperator Orientis, cum Bulgaris pacem facit, reddita Regi sorore, quam bello Græci cæperant. Hæc cum esset in Christiana Religione, Constantinopoli rectè instituta, persuasit Fratri, ut pro Ethnicâ, Christianam fidem amplecteretur. Atque hâc occasione BULGARI pervenerunt ad Christi cognitionem.

Pezelius in Mellif. Hist. Parte 3. p. 115

Dan. Pareus Hist. Prof Med. p. 625.

Totum

Totam quod attinet Gentem; primi omnium Slavorum BULGARI, cum circà Annum Christi 860. Christo nomen dedissent: proximi his, Anno 890. Rascii, Sorabi, Bossini, Croatæ, Dalmatæ, Illyrii &c. Fidem Christianam à vicinis Græcis acceperunt. Præclaam autem his populis novâ religione imbuendis, opem tulelerunt Cyrillus & Methodius (nonnulli Metudium appellant) Episcopi, omniumqué SLAVORUM Apostoli, linguâ Græcâ & Slavonicâ promptissimi, sub Impp. Michaele III. Orientis, Ludovico II. Occidentis. Hujus Cyrilli, (sicut ante Hieronymi,) operâ, non pauci libri sacri in linguam Sclavonicam translati sunt.

Cromer. de rebus Polon. l. 3. p. 31. Miechov Chron. Pol. l. 1. c. 13. David Chytræus in Vandal. p. 135. Alsted. Th. Chr. p. 181. 327. Neugebav. Moscov. c. 1. p. 2.

Sequuntur aliæ Nationes ortu & linguâ Gentis SLAVONICÆ, valdé sibi cognatæ, Bohemicæ & Polonicæ.

BOHEMI Christiani facti sunt, à principio, pauci. Scribit enim Sigebertus Gemblacensis, Ludovicum Cæsarem, Anno 846. reductis ad obedientiam Ungaris, duxisse etiam copias contrà BOHEMOS, & subjugatis illis, quatuordecim Proceres Bohemos, cum familiis eorum; baptizandos curâsse. Et ita, à quinquaginta ferè annis, fuêre quædam initia Christianismi in BOHEMIA, etsi tenuia, antequam eos Cyrillus & Methodius ambo Moraviæ & Bohemiæ primi Antistites, fidem uberiùs edocerent.

M. Dan. Adamus Weleslav. in Præf. Chr. Boh. Sylvii & Cutheni. Alsted. p. 322. M. Paul. Stranski Reip. Bohem. c. 6.

Moravis quidem, circà Annum Christi 861. Euangelium à Cyrillo annunciatur, authore Michaele Imper. Constantinopol. Paulò post secedit aliò Cyrillus, & loco sui relinquit, in Moraviæ tum Metropoli Welehrad, Methodium Græcę Religionis Episcopum. Tandem, Anno Christi 894. Borzyvogius Bohemorum Dux, apud penultimum Moravorum Regem Svatoplucum, hospes, mirâ DEI dispositione, Christi cognitione instruitur, moxque baptismatis fonte ibidem à Methodio tinctus, domum cum gaudio revertitur, hunc Moraviæ Antistitem, BOHEMIS suis Apostolum secum ducens. Ubi, factâ, per Euangelii prædicationem, semente, ingens mox colligitur messis, tùm Ludomilâ

Æn. Sylvius Hist. Boh. c. 13. Miechov. Hist. Pol. l. 1. c. 13. Aventin. lib. 4. Dubrav. Hist. Boh. l. 4. p. 26. Æn. Sylvius Hist. Boh. c. 13. Stranski Reip. Boh. c. 6 p. 252.

Dubrav. l 4. p. 30. 31. Ludomilâ Ducis Uxore, tùm magno de Proceribus Plebeque numero, ad Baptiſmum confluente quotidiè, & Borzyvogio, Templa Scholaſqué paſſim erigente. Sic majus indies capiente Eccleſia Chriſti incrementum: BOHEMI Methodium aggrediuntur, ab ipſo exigentes, ne ſermone Latino, quem non intelligerent, ſed Bohemo ſivè Slavonico, rem divinam faceret. Hanc rem ille Romam ad Cyrillum Collegam, atqué is ad Nicolaum Pontif. Rom. retulit. De quâ, dum in ſacro Senatu diſceptaretur, eſſentqué non pauci contradictores, ferunt, auditam vocem, tanquàm de Cœlo in hæc verba miſſam: Omnis ſpiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei. Quâ voce perculſus Rom. Pontifex, conceſſit ut Slavis ſuâ linguâ in ſacris uti liceret.

Æn. Sylvius Hiſt. Boh. cap. 13. p. 15. Chytræus in Vandal. p. 135.

POLONI ad Chriſtum converſi primò ex parte (ut ſunt parva rerum initia) nonnulli; deinde Gens univerſa. Erant ſanè, multis ante plenam Gentis converſionem, annis, inter Polonos, qui peregrè revertentes à Bohemis & Moravis, religionem Chriſtianam domum referebant: Imò, ex finitimis partibus, liberum aditum, etiam ad Principis curiam, habuêre Chriſtiani, & nemo nunquam in POLONIA Ethnicâ, ob fidem Chriſti, paſſus. Joannes Aventinus lib. 4. Annalium Bojorum, & Onuphrius Panvinius Monachus Auguſtinianus, in Chronico Eccleſiaſtico Coloniæ edito; BULGARIS, inter Gentes SLAVONICAS, ad fidem Chriſti converſis, POLONOS addunt. Et hic quidem principium Chriſtianiſmi in Polonia, Anno 817. ille circiter 850. ſtatuit.

Cromer. Pol. l. 3. p. 32. Dlugoſ. in Hiſt. Pol. MS. Damalewicz in Vitis Epiſc. Uladiſl. p. 19. Joh. Laſicius in Hiſt. de Frat. Boh. MS. l. 4.

Cùm igitur jam ante, multi eſſent, in Polonia, Chriſtiani, ſuadentibus illis, & religionis Chriſtianæ veritatem aſſerentibus, MIECISLAUS Polonorum Princeps, DAMBROWKAM (Bohemis Daubrawkam) Chriſtianam, Boleſlai I. Bohemiæ Ducis Filiam, novo matrimonio ſibi junxit. Quâ ſplendido comitatu Gneſnam advectâ, Miecislaus Baptiſmo, ritu Chriſtianorum initiatur, & poſt Nuptias celebrat,

lebrat, An: 965. Mox totum se ad propagandam religionem Christianam, diversis locis per Poloniam & Silesiam, quæ tum Regni Poloniæ pars erat, convertit: basilicas ædificat, ornat ac locupletat. Templa etiam in Oppidis & pagis permulta, studio pietatis certantibus inter se omnibus, exstructa. Quorum adhuc hodiè non pauca, (ut in arce Lublinensi unum; Sendomiriæ D. Mariæ alterum, alibi alia) picturis Græcorum more depictis, exornata conspiciuntur, & quales primi omnium autores religionis Christianæ, in hoc Regno, fuerint, quosvè in ea Magistros POLONI habuerint, (Bohemos nempè ac Moravos, post Cyrillum & Methodium, Græco more ac ritu sacra tractantes,) vel facilè loquntur. Ejusdem Miecislai tempore, ex vicinis Regionibus, maximè ex Bohemia, multi Sacerdotes acciti fuere.

Chytr in Vand.

Stranski Reip. Boh c. 6.p.252.256. 258

Damakwicz in Vit.Episc. Ulad.p 66.

Tùm apud POLONOS inoleverat mos, ut homines Equestris Ordinis, in templis, QUOTIES sacrum legeretur EUANGELIUM, Sacerdote apud altare pronunciante, unde recitaturus esset Euangelium, gladios mediotenus stringerent, quasi profitentes Euangelii & religionis defensionem: Choro autem respondente; Gloria tibi Domine, rursus reconderent. Diuque hic mos mansit in Polonia.

Miechov.l. 2.c.1. Cromer. l.3. p. 35.

Inter lumina Ecclesiæ Polonicæ, illo tempore, principem tenet locum VOITECHUS (sivè Woyciech, quod significat, Exercituum consolatorem,) aliàs Adalbertus, vulgò ALBERTUS. Fuit is secundus Pragensium in Bohemia Episcopus, in Græca religione ac disciplina natus & enutritus, deinde POLONORUM Apostolus, & doctor gratissimus, à Barbaris in Prussia, quibus Christi Euangelium prædicare cæperat, interfectus 23. April. An. 997. Paulò post obiit Miecislaus Princeps Christianus, Anno 999.

Miechov. lib.2 c.8.

Stranski c. 6.p.287. Cromer. l 3.p.36.

Religionem tùm Polonorum, Euangelicæ potiùs quàm Pontificiæ, conformem fuisse, ex instituta Decretorum, & traditionum humanarum, Verbo Dei contrariarum, in Ecclesiam à Pontificiis, sequenti tempore, introductarum, col-

latione liquidò constat. Quæ collatio, in aliis Theologorum libris, ex ipsismet Scriptoribus Pontificiis desumpta, videri potest.

David Chytr. in Vandal. Alsted. in Thes. Chr. p. 323.

RUSSI & MOSCI sub Ulodimiro Duce Kijoviensi à quo Kijoviensium & totius Russiæ Duces orti sunt, cui Anna soror Basilii & Constantini Zimiscæ Impp. nupta fuit, Christi doctrinam, Anno 980. à Græcis receperunt.

Sic ab Orientalibus Ecclesiis, in Regiones Slavonicas, Christiana Religio manavit.

Occidentales quoq; Ecclesiæ, Romani sivè Latini, subsidio veniebant Slavis, mox ab ipso Euangelii apud eos ortu, & Christianæ Ecclesiæ incunabulis.

Maximè verò puriores illæ Occidentales Ecclesiæ, quæ posteà VALDENSES dictæ, facem veritatis divinæ prætulerunt, ut aliis in Europa nationibus, ita & Slavis.

CAPUT II.

De Ecclesiis Christianis purioribus, ab Anno 1000. *ad Petrum Valdum, Anno* 1160. *in Gallia exortum.*

IN Occidente exorti sunt Scholastici, vel Quæstionarii Doctores: quorum Theologiæ Scholasticę initia cæperunt, circa Annum 1020.

Ab eo tempore cæptum est magis ac magis à Verbo Dei, cum aliis in rebus, tum præsertim in articulo de Sacramento Cœnæ Dominicæ, deflecti. Jam enim Transubstantiationis error, fons aliorum multorum, gliscebat.

Sigon. de Regn. Ital. lib. 8. Verner. Fascic. Temp.

Huic opposuit sese, circà Annum Christi 1049, BERENGARIUS Andegavensis ille Archidiaconus, Scholasticus, natione Gallus: docuitqué Corpus & sanguinem Christi esse in pane & vino, non substantialiter, sed sacramentaliter. Proinde cum jam plurimæ Ecclesiæ ipsi accessissent, in Synodo Vercellis, Anno 1050, & alibi damnatus; metu mortis doctrinam suam damnavit: dimissus librum contrà palinodiam

diam suam edidit, testificans, eam sibi fuisse per vim extortam. Tandem privatam agens vitam, in fide verâ & constanti, ex hoc seculo, feliciter ad Dominum emigravit, Anno 1088. ac discipulos post se, in omnibus terris, reliquit constantissimos. De quo prolixè scribunt, inter alios Thuanus Præfat. in Hist. sui temporis ad Regem Henric. IV. Magdeb. Cent. 12. col. 840. 20. 30. Jacobus Usserius, SS. Theolog. apud Hibernos Professor, de Christian. Eccles. success. & statu Cap. 7.

In POLONIA, etsi densæ tenebræ Religionis invalescerent, non eadem tamen semper fuit Romanę sedis & placitorum observantia. Historia quidem Calvi Montis adstruit, Pontificem Rom. Benedictum VIII. (aliis VII.) post obitum Miecislai, primi Christiani Polonorum Principis, in suo Senatu decrevisse, ut Dux Polonię Boleslaus Chrabri in Regem coronaretur, & jam coronam, ex purissimo auro paratam ad hoc habuisse, ut si fortè Boleslaus vellet, eam ei mitteret. Sed, ubi audivit, Boleslaum maluisse ab Imp. Ottone III. quàm à Papa coronari, Stephano Duci Hungariæ eandem misit. Eaqué causa videtur quibusdam fuisse, abrogatæ posteà Regno Polonię, coronæ & dignitatis Regiæ, ex occasione occisi à Boleslao II. Audace, Stanislai Episcopi Cracoviensis, 8. Maj. Anno 1079. Nam & Henricus II. Rex Angliæ jusserat occidi Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, quòd Rempub. turbaret, nec tamen propterea Alexander III. Pontif. Rom. dignitatem Regiam Anglis ademit: licet ab Episcopis Regni & Monachis Cantuariensis Ecclesię virgis cæsus fuerit Henricus II., & à singulis Episcopis quinos, à singulis monachis, qui erant 80, ternos ictus acceperit, & grandi ære obtinuerit, ne Regno exutus, Monasterio includeretur. Vide Molin. Hyperasp. lib. 1. c. 20. Boleslaus ille I. Rex Polonię Miecislai Filius ex Dambrowka natus Chrabri, id est, acris, propter excellentem virtutem, à Russis appellatus, juxtà religionem eam, qualem tùm reperit, toto corde Deum coluit, & gloriam ejus promovit, fi-

Stanisl. Lubienscius in Vitis Episc. Plocens. p. 49.
Sarnic. Annal. Pol. l. 6. p. 126.
Sarnic. l. 6. p. 133.
Stan. Lubienscius in Vitis Episc. Plocens. num. 1. p. 34.

deque constanti, unico fundamento salutis Christo JESU innixus, placidè obdormivit. Obiit Posnaniæ Anno Christi 1025. In Cujus sepulchro Epitaphium, vetustate penè consumptum, utcunque potest legi: *Hâc jacet intumbâ Rex pius, gloriosa columba, Bolislaus Chrabri.* Regni Fasces adeunte Boleslao II. Audace, Anno 1059. intrà tempus aliquod, Lampertus Zula Episcopus Cracoviensis electus, Pallium de more, à Pontifice Max. non petivit. Inde igitur imposterum Cracovia Archiepiscopum habere desiit.

Crom. Rerum Polon. l.4.p.60 61. Stanisl. Lubiens. in Vit. Episcop. Plocens. p. 32. num. 2.

Sub Uladislao I. cognomento Hermanno, qui Boleslaum Regem Fratrem suum sequtus est, & Principatum suscepit, Anno 1082. Polonos solenne quadraginta dierum jejunium, priore in Pomeraniam expeditione, promiscuo esu carnis & lacticiniorum, moribus & institutis Ecclesiæ Catholicæ contemptis, temeravisse, Cromerus conqueritur.

Lib. 5 p. 65.

Sub Boleslao IV. Crispo, Canonici Poloniæ, & Sacerdotes habuerunt uxores legitimas, Anno Christi 1148. Et facti sunt genere & soceri Nobilium: eratque magna inter Clerum & Nobiles concordia.

Sarnic. ex Chron. Uratisl. in Annal. Pol. l. 5. p. 249.

CAPUT III.

De Ecclesiis Reformatis dictis à Petro Valdo Anno 1160. *in Gallia exorto*, *VALDENSIBUS.*

PUrioris doctrinę sectatoribus accessit Petrus VALDUS Lugdunensis civis, pius, doctus & dives, circa Annum Domini 1160. quem Ecclesia illa Pastorem sibi legerat. Is S. Scripturam multitudini exposuit, in linguam Gallicam vertit, tractatus nonnullos edidit. Lugduni cum tutò vivere non posset, in Picardiam, longum post se discipulorum agmen trahens, secessit, ac eam ferè totam luce purioris Euangelii collustravit.

Thuan. Hist. lib. 5.

Appel-

Appellati sunt illi homines, qui tum cum Valdo, doctrinam & vitam manifestius reformabant, non tantum VALDENSES ab eodem Valdo; sed etiam Pauperes de Lugduno, quòd vitam eligerent pauperem; Leonistæ, à loco in quo nati, nempè à Lugduno, cui Germanicè nomen Leon / Gallicè *Lyon*; ALBIGENSES sivè Albigei, quòd, successu temporis, in oppido Galliæ Albigio hæserint, & inde doctrinam suam longè lateque sparserint; PICARDI, à Picardia Galliæ Provincia, &c.

Religio autem eorum, non tùm demum cœpta est, sed à multis retrò seculis: licet nomen Valdensium, vel aliud simile eis attributum non esset, & Valdus nondum exstaret. Quam in rem, superiùs adducti RAINERII Sachoni Ordin. Prædicat. Monachi, qui vixit A. 1254. firmum ac grave est testimonium. *Secta*, inquit, *hæreticorum ab olim fuerint multa: inter quas omnes Sectas, quæ sunt vel fuerunt, non est perniciosior Ecclesia DEi, quàm Pauperum de Lugduno, tribus de causis.* Prima, *quia diuturnior. Quidam dicunt, quòd duraverit à tempore Sylvestri. Alii dicunt, quòd à tempore Apostolorum.* Secunda *est, quia generalior. Ferè enim nulla terra est, in quâ hæc secta non serpat.* Tertia, *quòd omnes aliæ, cùm immanitate blasphemiarum in DEum, horrorem inducant, hæc Leonistarum magnam habet speciem pietatis: eò quòd coràm hominibus justè vivant, & benè omnia de DEo credant, & omnes Articulos, qui in Symbolo continentur confiteantur: solam Romanam Ecclesiam blasphemant & oderunt: cui multitudo facilis est ad credendum.* Huc usqué Rainerius.

Rainerius in Biblioth. Patrum. Tom. 4 part 2. Edit. Parisiens. Anno 1624. autore Jac. Gretsero.

Sigon. l. 14.

Doctrina eorum, paucis comprehensa Articulis, traditur in Hist. Boh. Æneæ Sylvii cap. 35. in Catalogo Testium Veritat. lib. 15. p. 1500. apud Usserium de Successf. Eccles. cap. 6. & 8. &c.

L. Dispersi sunt ex Albigensi tractu, tùm in Gallicas Provincias, PICARDIAM inprimis, tùm in Angliam, Germaniam, Bohemiam, Poloniam, &c. Ejecti per Ludowicum Galliæ Regem, ex Picardia, in Germania teste Chytræo,

Thuan. Præfat. Hist. sui tempor. l. 5. ad A. 1550. l. 6. p. 115.

 propè

Dav. Chytr. in Orat. de statu Eccles. Math Parif. in Henr. 3.

propè Moguntiam & Francofordiam ad Mœnum, aliquantisper docuerunt. De Moguntinis suprà narratum est, ex Fastis Limpurg. German. p. 93. 94. In Germania hinc inde multi dependebant à quodam Bartholomeo Superintendente, qui Episcopos suis creavit, & Ecclesias ordinavit.

In BOHEMIA, eodem Chytræo teste, VALDENSES, duobus ferè seculis ante Hussum, doctrinæ suæ semina sparserant, quæ inde in Moraviam, Poloniam, Silesiam, & quasdam Balthici littoris regiones, multis ante Hussum annis, propagata sunt: etsi non ità apertè & confertim. Quod ipsum recentior Bohemic. rerum scriptor ex Hageco confirmat, dum ait, religiosos quosdam ex Galliis, Germaniâ profligatos, Petri Valdi discipulos, An. 1176 in Bohemiam venisse, & delecto ad Zatecium domicilio, permultos sibi ex qualis qualis tùm adhuc Græcæ observantiæ incolis, familiares fecisse. Eadem autor Catalogi testium Veritatis ex Inquisitionum libris aliisqué minimè obscuris testimoniis, probat. *Habeo*, inquit, *Inquisitionem in Bohemia & Polonia contrà Valdenses sub Rege Boh. Iohanne, circà* 1330. *Domini Annum factam: ubi, inter alia, disertè fit mentio Collectarum, quas fratribus & præceptoribus suis in Lombardiam soliti sunt mittere. Et in alia Inquisitione*: *Invenio*, inquit, *eos esse solitos ex Bohemia, discendi Theologiam causâ, ad suos Præceptores Valdenses, in Lombardiam proficisci, veluti ad scholam seu Academiam quandam*:

Scranchi Reipub. Bohem c. 6. p. 256.

Catal. Test. Verit. lib. 15. p. 1505.

Ita VALDENSES, multis in locis quidem, sed in Galliæ partibus imprimis, & in Sabaudiæ quibusdam, montosis regionibus, usqué ad Lutherum Theologum Germano-Saxonicum, perdurârunt: ex quorum reliquiis pars florentissimarum Gallicarum Ecclesiarum Reformatarum exstructa, jam constat atqué componitur.

Lasic. de Frat. Boh. lib. 1.

Vocati autem sunt posteà Reformati in Gallia ab Adversariis Hugonotæ, Anno 1560. ab Hugone Capeto Comite Parisiensi: Atqué sic nomen illud VALDENSIUM paulatim exolescere cæpit.

Dugloff in Annal. MS.

In POLONIAM sub Lesco VI. Albo, Anno 1195 venit

Petrus

Petrus Diaconus Cardinalis, cognomento Capuanus, Legatus à Pontif. Max. Cælestino III. habitisque Synodis, Sacerdotibus imperavit, ut concubinas & UXORES, quibus tunc passim liberè utebantur, à se abdicarent. Elaboravit inprimis Capuanus iste sollicitè, in abrogando rescindendoque apud Polonos Matrimonio Sacerdotum, quod ad eam diem in usu retentum fuerat. Abhorrebat animus & voluntas quorundam ab isto interdicto: sed coacti id præstare, quod mandabatur.

Cromerus lib. 7. p. 119. Sarnic. l. 6. p. 258. Bielscius junior Chron. Pol. l. b. 2. p. 137.

In BOHEMIA verò, cum idem Legatus hoc ipsum ageret, nempè Cælibatum urgeret, ordinandisque ad Sacerdotium divortia injungeret, parùm abfuit, quin à Sacerdotibus lapidibus obrutus occideretur, Anno 1197.

Hagecus Hist. Boh. f. 212.

CAPUT IV.

De Ecclesiis Reformatis, in Anglia per Iohannem VICLEVUM Anno 1370. propagatis.

VAldensium in Angliam dispersorum doctrinam, illic conservatam, primus palàm asseruit, & studiosè, tùm vivâ voce, tum scriptis explicavit Johannes VICLEVUS natione Anglus, vir doctus & pius Anno Christi 1370. Quapropter hæreseos damnatus, & in exilium actus, in BOHEMIA aliquandiu, apud Matthiam Parisiensem, cujus Capite sequenti fiet mentio, latitavit. Ex qua post in patriam reversus, in constanti veritatis professione, diem sum placidè obiit, 31. Decemb. Anno 1387. cœtu discipulorum post se relicto.

Thomas Walden. Volum. 6. Rerum sacrar. Popliner. Histor. Franc. Joh. Jacobus Grasserus in Hist. Valdens. Joh. Pauli Perrini è Gallico in Germ. Translata. cap. 6. p. 36.

Doctrinæ ejus Articulos recenset Catalogus Testium Verit. lib. 18. p. 1814. David Chytræus in Orat. de Statu Ecclesiæ pag. 36. &c.

Catal. Test. Verit. l. 18. p. 1816. Chytr. in Orat. de statu Eccles. p. 36.

Scripsit, teste Æneâ Sylvio, plus quàm ducenta Volumina, pleraque contrà Papatum. Catalogum librorum VICLEVI, contrà Pontificem ejusque asseclas potissimùm scriptorum

ptorum

Dav. Chytr. in Orat. de statu Eccles. Math Parif. in Henr. 3.

propè Moguntiam & Francofordiam ad Mœnum, aliquantisper docuerunt. De Moguntinis suprà narratum est, ex Fastis Limpurg. German. p. 93. 94. In Germania hinc inde multi dependebant à quodam Bartholomeo Superintendente, qui Episcopos suis creavit, & Ecclesias ordinavit.

In BOHEMIA, eodem Chytræo teste, VALDENSES, duobus ferè seculis ante Hussum, doctrinæ suæ semina sparserant, quæ inde in Moraviam, Poloniam, Silesiam, & quasdam Balthici littoris regiones, multis ante Hussum annis, propagata sunt: etsi non ità apertè & confertim. Quod ipsum recentior Bohemic. rerum scriptor ex Hageco confirmat, dum ait, religiosos quosdam ex Galliis, Germaniâ profligatos, Petri Valdi discipulos, An. 1176 in Bohemiam venisse, & delecto ad Zatecium domicilio, permultos sibi ex qualis qualis tùm adhuc Græcæ observantiæ incolis, familiares fecisse. Eadem autor Catalogi testium Veritatis ex Inquisitionum libris aliisqué minimè obscuris testimoniis, probat. *Habeo*, inquit, *Inquisitionem in Bohemia & Polonia contrà Valdenses sub Rege Boh. Iohanne, circà* 1330. *Domini Annum factam: ubi, inter alia, disertè fit mentio Collectarum, quas fratribus & præceptoribus suis in Lombardiam soliti sunt mittere. Et in alia Inquisitione: Invenio*, inquit, *eos esse solitos ex Bohemia, discendi Theologiam causâ, ad suos Præceptores Valdenses, in Lombardiam proficisci, veluti ad scholam seu Academiam quandam:*

Stranchi Reipub. Bohem c. 6. p. 256.

Catal. Test. Verit. lib. 15. p. 1505.

Ita VALDENSES, multis in locis quidem, sed in Galliæ partibus imprimis, & in Sabaudiæ quibusdam, montosis regionibus, usqué ad Lutherum Theologum Germano-Saxonicum, perdurârunt: ex quorum reliquiis pars florentissimarum Gallicarum Ecclesiarum Reformatarum exstructa, jam constat atqué componitur.

Lasic. de Frat. Boh. lib. 1.

Vocati autem sunt posteà Reformati in Gallia ab Adversariis Hugonotæ, Anno 1560. ab Hugone Capeto Comite Parisiensi: Atqué sic nomen illud VALDENSIUM paulatim exolescere cæpit.

Dugloss in Annal. Ms.

In POLONIAM sub Lesco VI. Albo, Anno 1195 venit

Petrus

Petrus Diaconus Cardinalis, cognomento Capuanus, Legatus à Pontif. Max. Cælestino III. habitisque Synodis, Sacerdotibus imperavit, ut concubinas & UXORES, quibus tunc passim liberè utebantur, à se abdicarent. Elaboravit inprimis Capuanus iste sollicitè, in abrogando rescindendoquè apud Polonos Matrimonio Sacerdotum, quod ad eam diem in usu retentum fuerat. Abhorrebat animus & voluntas quorundam ab isto interdicto: sed coacti id præstare, quod mandabatur.

Cromerus lib. 7. p. 119.
Sarnic. l. 6. p. 258.
Bielscius junior Chron. Pol. l. b. 2. p. 137.

In BOHEMIA verò, cum idem Legatus hoc ipsum ageret, nempè Cælibatum urgeret, ordinandisquę ad Sacerdotium divortia injungeret, parùm abfuit, quin à Sacerdotibus lapidibus obrutus occideretur, Anno 1197.

Hagecus Hist. Boh. f. 212.

CAPUT IV.

De Ecclesiis Reformatis, in Anglia per Iohannem VICLEVUM Anno 1370. propagatis.

VAldensium in Angliam dispersorum doctrinam, illic conservatam, primus palàm asseruit, & studiosè, tùm vivâ voce, tum scriptis explicavit Johannes VICLEVUS natione Anglus, vir doctus & pius Anno Christi 1370. Quapropter hæreseos damnatus, & in exilium actus, in BOHEMIA aliquandiu, apud Matthiam Parisiensem, cujus Capite sequenti fiet mentio, latitavit. Ex qua post in patriam reversus, in constanti veritatis professione, diem sum placidè obiit, 31. Decemb. Anno 1387. cœtu discipulorum post se relicto.

Thomas Walden. Volum. 6. Rerum sacrar. Popliner. Histor. Franc. Joh. Jacobus Grasserus in Hist. Valdens. Joh. Pauli Perrini è Gallico in Germ. Translata. cap. 6. p. 36.

Doctrinę ejus Articulos recenset Catalogus Testium Verit. lib. 18. p. 1814. David Chytræus in Orat. de Statu Ecclesiæ pag. 36. &c.

Catal. Test. Verit. l. 18. p. 1816. Chytr. in Orat. de statu Eccles. p. 36.

Scripsit, teste Æneâ Sylvio, plus quàm ducenta Volumina, pleraqué contrà Papatum. Catalogum librorum VICLEVI, contrà Pontificem ejusque asseclas potissimùm scri-

ptorum

ptorum refert Jacobus Verheiden in Effig. Theol. p. 2. 3. Ac licet multi combusti fuerint, aliqui tamen conservati sunt: quos citat Usserius de success. Eccl. cap. 4. p. 76. & 106. David Chytræus in Orat. de statu Eccl., & alii. Multa quoquè continentur ex ejus scriptis apud Baleum, apud Orthuinum Gratium in Fascic. rerum expetend. & fugiend., quorum meminit Catalog. Testium Verit. lib. 18. pag. 1814. &c.

CAPUT V.

De quibusdam Veritatis testibus, præsertim Iohanne HUSSO, Anno 1400. in Bohemia.

INterdicto, circà An. C. 1350 in Bohemia, usui Cœnæ Domini sub utràquè specie, intercesserunt quidam docti piiquè viri; nimirum M. Johannes MILICZIUS, vir illustri prosapiâ oriundus, Canonicus Pragensis, Cathedralis in arce templi Concionator. Obiit 2. Febr. 1374. De quo Catal. Test. Verit. lib. 18. p. 1795. Diar. Hist. Bohem. Welesl. p. 6. CUNRADUS Stiekna; qui decessit è vivis 9. al. 25. Martii A. C. 1369. M. MATTHIAS JANOVIUS, sivè de Janova Pragensis, vulgò Parisiensis dictus, quòd Lutetiæ Parisiorum novem annos studiorum causâ vixisset, mortuus 30 Novemb. Anno 1394.

Diar. Welesl. p. 135. & 593. Catal. Test. Verit. l. 18. p. 1792.

Inter hos autem imprimis M. Johannes HUSSUS, ad sacram Bethlehemi in Urbe Pragensi ædem Concionator, Anno 1400. cultum divinum, ex Græcæ disciplinæ incunabulis, in Bohemia quondam repurgatum, ipsamquè exterorum Valdensium doctrinam, vel potiùs Christi Euangelium, post Viclevum, domi instaurat & postliminiò restituit.

Catal. Test. Verit ex Æn. Sylvio. Stranski Reipubl. Boh. c. 6.

Anno 1404 Pragæ publicè disputarunt Jacobus & Conradus Cantabrigienses, Viclevi discipuli, contrà Transubstantiationem, Confessionem Auricularem, &c. Extimulatus ad puriorem doctrinam fuit HUSSUS Indulgentiis, quæ cùm aliis in locis, tùm etiam Pragæ, jussu Johannis XXIII.

Joh. Lasici de Fr. Boh. l. 1. MS.

XXIII. aliis XXII. Pontif. Rom. venditarentur, Ann. 1412, vehementer eas impugnavit. Exstat Disputatio hæc ejus adversus Indulgentias Tomo 1. Hist. & monum. ejus fol. 174.

Tandem pellectus Constantiam, sub fide Sigismundi Cæsaris publicâ, à Concilio hæreseos damnatur, & ibidem ignis supplicio, de medio tollitur, 6. Julii: 1415.

Ad hoc Concilium Uladislaus Jagello Rex Poloniæ, de amplissimi Consilii sententia, Legatos miserat; Nicolaum Tramba Archiepiscopum Gnesnensem; Joannem Cropidlo Uladislaviensem; Jacobum de Korduanono Plocensem, Episcopos; Andream Lascarem Goslavicium Electum Posnaniensem Episcopum; Joannem Tuliscovium Calissiensem Castellanum, & Zavissium Garbovium cognomento Nigrum, virum clarissimum: Summo quidem studio annitebantur HUSSUM liberare Nobiles quidam viri BOHEMICÆ & POLONICÆ nationis: sed omnium labor inanis erat. E Bohemis istos præcipuè in Epistolis suis HUSSUS ipse commendat; *D. Iohannes*, inquit, *Lepha (aliàs de Chlum) & D. Venceslaus de Lesna, (sive de Lesseno, Lisno alii vocant, castello in Bohemia sito, aliàs de Duba) sunt intrepidi & Zelotypi promotores & protectores Veritatis.* POLONI de nomine non recensentur, sed generatim omnes insigni decorantur elogio: *Obsecro vos*, inquit, *ut Generosis Dominis, D. Venceslao Dubensi, D. Iohanni Chlumensi, & aliis Dominis* BOHEMIS *&* POLONIS *gratias agatis; utquè bonis omnibus grata sit eorum sedulitas, propterea quòd tanquam strenui defensores Dei veritatis opposuerunt se sæpius toti illi Concilio, pro liberatione meâ.*

Cromer. l. 19. p. 278. 279.

Hussi Hist. Tom. 1. f. 4. Hagec. Hist. Boh f. 370. Petrus Crygerus in Diatrib. Pasch. Germ. parte 2. c. 6. p. 267. 268. Hist. Hussi Tom. 1. Epist. 4. f. 58. Epist. 11. 20. 39. 51.

Dogmata HUSSI recenset Aventinus, Massæus Chronici mundi lib. 29. Mutius Chron. Germ. lib. 27. Æneas Sylvius, Bonfinius, Joh. Dlugossus in Annal. Pol. MS. parte 3. lib. 11. A. 1414. Sed & ipsa patent in Scriptis Joh. Hussi: nempè in Tomo 1. & 11. Histor. & monum. ejus impress. Norimb. A. 1558. Et in Postilla ejus Bohemica, excusa A. 1564. in quâ sententiam de Sacramento Cœnæ Domini suam a-

 am a-

Fol. 179. 180. am apertè exponit; Panem Eucharisticum esse Corpus Domini, & Vinum sanguinem Domini, sacramentaliter: fide manducari Christi corpus & sanguinem, ab iis solis, qui Christum in se, per fidem manentem habent: alios indignos & impios Sacramentaliter tantùm, sivè solùm sacramentum tanti mysterii recipere, atquè ideò damnationem tantum sibi edere & bibere.

Poggius Florentinus in Narrat. Æn. Sylvius Hist. Boh. c. 36. Hageccus f. 371. Hussi Collega HIERONYMUS PRAGENSIS, ob eandem Veritatis cœlestis professionem, damnatur & flammis exuritur, ibidem Constantiæ, 30. Maj, Anno 1416. De quo plura Tomo II. De Persecutionibus.

CAPUT VI.

De primis Hussi dogmatum & religionis Sectatoribus, HUSSITIS dictis in Bohemia, ab A. 1415. & 1416. ad Annum 1450.

Æn. Sylvius c. 35. Cuthenus p. 137. Diar. Welesl. p. 86. 422. Scranski c. 2. p. 66. VIces Hussi in docendo subiit, & plebem ad calicem Domini admisit M. JACOBUS vulgò JACOBELLUS, (falsò à quibusdam Misnensis ex Misnia Germanus, appellatus) Bohemus natione, de Stribro urbe Bohemicâ, quæ Latinis dicitur Misa, ad Misam fluvium sita.

Intereà, amissis his duobus Veritatis testibus, HUSSO & HIERONYMO, acceptisquè à Consilio literis, dogmata Hussi Vicleviquè, & usum Sacræ Cœnæ sub utraquè specie, inhibentibus, Bohemi irritati adversus Sigismundum Imper. bellum moverant calamitosissimum, Anno 1419, Duce Exercitus primo & præcipuo Johanne de Trotznova Viro Nobili, Ziska, id est, monoculo, quòd uno careret oculo, vocato. Milites is suos appellavit Taboritas à castris, quæ Tabor Hungaris, Bohemis & Polonis dicuntur: qui A. 1420. locum quendam, decimo à Praga milliari, naturâ munitum, ad amnem Lusnitzium mœnibus cinxerunt, & ut quisquè tentoria fixerat, ita exstructis sibi domibus, Civitati Ta-

Welesl. p. 403. 174. Æn. Sylvius c. 37. Cuthen. p. 141.

Cuthen. p. 209.

ti Tabor nomen indiderunt. Iidem ad montem non longè ab arce Lipnicia jacentem in Bohemia, montem hunc Oreb, Dubrav.l.24. & seipsos Orebitas cognominarunt. Ipse verò ZISCA pe- p.233. ste extinctus est, in Moravia Pribislaviæ 11. Octobr. Anno 1424. sepultus Czaslaviæ. CUNRADUS quoquè Vestpha- Diar. Welesl. lus Archiepiscopus Pragensis, 7. Jul. 1421. Euangelico- Stranski cap. rum, qui tum Hussitæ vocabantur, religionem amplexus est; 6.p.284 idemquè Consistorio Presbyterii Pragensis Hussitico, sigillum officii contulit, & jurisdictionem confirmavit, electis interim in Consistorii Administratores quatuor Parochis Pragensibus, M. Johanne Przibramo, M. Procopio Pilzeno, M. Jacobo sivè Jacobello Misensi, & Johanne Zelivço. Atquè hoc erat initium Consistorii sub utraquè: quod Sigismundus Imp. Archiepiscopatum restaurans, Ordinibus permisit & juramento stabilivit.

Mortuo Zisca, Taboritæ distracti fuêre in duas partes; quarum una vetus Taboritarum nomen retinuit; altera no- Dubrav l.27. vum Orphanorum vocabulum usurpavit, quasi significarent, p.256. Æn.Sylv.c. jam se Patre esse orbos. 47.p.43.

Ac in Religione quidem Hussitæ non consentiebant. Nam Camerar. de plærique in solum calicem intenti, circa sacræ Cœnæ usum, Frat.Boh. p. 44. reliqua Hussi dogmata securè negligebant, & in cæteris o- Cuthen. p. mnibus Romanę Ecclesiæ adhærebant. Dicti sunt ideò Ca- 212.213. lixtini, seu claudicantes Hussitæ. In quâ factione erat veteris Civitatis in urbe Pragensi Senatus, & Civitates aliæ quædam, & magnus Nobilitatis Bohemicæ numerus. Vulgò nuncupabantur etiam Pragenses, & Magistri Pragenses.

Taboritæ quoquè illi divisi, numero pauciores, diversas nonnihil in fide sententias sequebantur, cæteroquin fideliores Hussi discipuli. Veteres puritatem ac simplicitatem in o- Dubrav. lib. mnibus articulis & ceremoniis urgebant. Novi sivè Orpha- 26.p.244. ni, quædam in Religione ac ritibus cum Calixtinis, quædam cum Veteribus Taboritis communia habebant, quasi medii inter ambos illos. Ob eam discrepantiam, in Comitiis Pra- Hagecus fol gensibus 1. Maj, 1431, Colloquium de Religione inter ipsos 495.b.

Camerar. de Fratr. Boh p. 52.

Hussitas institutum fuit; sed exercitu Germanorum in Bohemiam irruente, in aliud tempus dilatum; Nihilominus communem causam, communibus armis tutati sunt. Et præcipuè Taboritæ Veteres & Novi sivè Orphani, etsi aliquando inter se dissentirent; ubi tamen extrinsecus vis ingruit, junctis viribus, in unis castris sese defenderunt.

Bucholc. Ind. Chron. Alsted. Thes. Chron.

Bello hoc apud Bohemos, ultrà annum quartum decimum, continuato, Cæsar cum Pontifice, ut nihil marte profici animadverterunt, Basileam convocato iterum 7. Decemb. (cœpit enim 19. Julii) 1431. Concilio, Bohemos ad amicam dissensionis transactionem placidissimè invitant, de securitate publicâ, quoquo modo vellent, satisfactionem promittentes. Taboritæ, cum Orphanis & plebs fermè omnis, eundum esse negabant: contrà Nobilitas petendum esse Concilium ajebat. Quapropter missi sunt ab Ordinibus Regni ad Concilium, 6. Decemb. 1432. Bohemorum legati. E Theologis: Johannes Rokitsanus (Rokitsanam alii vocant) Pragensium ad Lætam Curiam sivè in Templo Urbis Cathedrali Divæ Mariæ dicto, Prædicator. M. Petrus Payne Anglus Viclevita. Udalricus Baccalaureus, & M. Nicolaus Peldizymovius, dictus etiam Biskeupecius, Sacerdos Taborensium: His posteà adjunctum Martinum Lupacium Taboritarum Theologum, quidam annumerant. Ex Proceribus verò, in legatione illâ fuit Procopius cognomento Holy sivè Rasus, Taboritarum Dux, ad stuporem vir magnus & fortis. Vilhelmus Kostka Baro de Postupitz. Benedictus de Mocrovaus, & Matthias de Chlumczan. Veniunt cum Comitatu suo CCC Equitum, Basileam 4. Januar. 1433. Ubi humaniter excepti, & de postulatis interrogati, obtulerunt IV Articulos, eosquè sibi permitti rogârunt. Erant autem Articuli ita concepti:

Sylvius cap. 49. p. 47. Hagec. f. 406. Sylvius c 49. Melesl. p. 604. Catal. Test. Verit. l. 19. p. 1836. Cuthen. p. 214.

Camerar. de Fratr Boh. p. 54.

Sylvius cap. 50. Dubrav. l. 24. Synops. Persequ. Boh.

1. Ut in Cœna Domini Calicis usus Plebi restituatur; Quò, referendus est sacrorum omnium linguâ vernacula usus.

2. Clerici ne seculariter regnent,

3. Ver-

3. Verbum Dei liberè doceatur.

4. In peccata publica publicè animadvertatur.

Tandem omnia (Rokitſano Archiepiſcopalis dignitatis ſpe dementato, reliquoſque Legatorum dementante) ità tranſacta ſunt: ut Bohemi ad obedientiam ſedis Romanæ redire, ejuſdemque dogmata & ritus omnes obſervare polliciti ſint: excepto Calicis, & Vernaculæ in ſacris uſu, qui ipſis promittebatur liber, ut & alia poſtulata.

Hos quatuor Articulos COMPACTATA, uſitatiſſima in illis Regionibus appellatione, appellârunt. Chytr. in Orat. de ſtatu Eccl.

Itaqué miſſi ſunt in Bohemiam à Concilio & Cæſare Legati, qui Bohemos in Eccleſiæ gremium eſſe receptos, charoſque haberi Filios, declararent, Anno 1433. Camerar. de Frat. Boh. p. 54.

Poſt hoc Concilium, Huſſitarum pars major in comprehenſas Compactatis Baſilienſibus pacis conditiones conſenſit, & ſacrorum ritus Romanos, (ſolo Calicis in ſacrâ Synaxi uſu, plebi etiam reſervato,) amplexa eſt prorſus omnes. Dicti ſunt ideò CALIXTINI. Stranski c. 6. p. 263. 264.

Pars verò minor, Taboritarum veterum cum novis ſivè Orphanis, nequé his Compactatis aſſentiri, nequé ab illuſtrata jam tum, ex Verbi Dei fontibus Religionis doctrinâ, deſciſcere voluit. Hi à ſtudio purioris doctrinæ, Zelotæ; vulgò autem, tùm à Caſtris ſuis, tùm ab Oppido Tabor, TABORITÆ dicti. Cap. 2. p. 40.

TABORITARUM ſacerdotes, à Calixtinorum ſocietate ſejuncti, ac conſtituto Tabori Presbyterio, Sacrorum Ordini ſuo præfecerunt Epiſcopum ſivè Antiſtitem M. Nicolaum Peldizimovium. Cap. 6 p. 291.

Eminebant inter eos, Procopius Holy ſivè Raſus, Taboritarum à morte Ziſcę Dux. Bedrichus Straznicius. Vilhelmus Koſtka. M. Petrus Payne Anglus. Venceſlaus Coranda, &c. Sylv. c. 44. 47.

Viri erant pugnaciſſimi, hoſtibuſqué ſuis graves, atqué omnibus formidabiles. Qui tamen Veteres cum Novis ſeu Orphanis, poſtea bellis adverſus Pontificios & Calixtinos geſtis, Hagec. f. 407. Sylv. c. 51. Cuthen. p. 215.

gestis, consumpti sunt, diuturnis; eorumqué Duces, ac inprimis Procopius Holy, 30 Maj. 1434. telo transfossus concidit.

Lupacius, cum aliis quibusdam, ad Rokitsanum Calixtinum transiit. Reliquiæ Taboritarum, fraudibus & vi, penitùs oppressæ sunt, Anno 1444. & sequentibus aliquot, ad Annum circiter 1448.

Wenceſl. p. 113.

Dogmata Religionis Taborensium, Æneas Sylvius, Epistola 130. ad Joh. Carvial Cardinalem, & ex eo Joh. Lasicius in Hist. de Fratr. Bohem. MS. lib. 1. exponit. Eorundem Taboritarum est illa Confessio fidei, quam Matthias Flaccius Illyricus Lutheri discipulus, in capita digessit, & titulo Valdensium, Basileæ in vulgus edidit Anno 1568. De quâ sic ipse in Catal. test. Verit. *Ego*, inquit, *Taboritarum Confessionem Anno* 1431. *scriptam habeo, penitus cum nostrâ doctrinâ consentientem, validissimisqué argumentis subnixam, quam aliquando edam.* Sed vitiosè excusam editamqué recognovit, & argumentis Capitum, Prologomenis, notisqué illustravit Balthasar Lydius Ecclesiastes Dordrechtanus, in libro cui titulus, VALDENSIA, edito Roterodami Anno 1616. Tom. 1. & 11. Scribit autem, illius Disputationis contrà Rokitsanum & Pontificios Pragenses, esse autorem Johannem à Lukanetz Sacerdotem Taboritam: & probat ex Joh. Cochlæi Historia Hussitica, Anno 1549. Moguntiæ editâ.

Lib. 15. pag. 1506.

Valdens. Lydii Tom. 1. c. 1. p. 1.

CAPUT VII.

De Reformatione Ecclesiarum, per Hussitas Bohemos, in POLONIA.

Lib. 16. p. 260.

HUSSUS, inquit Cromerus, POLONIAM etiam pestifero afflavit hæreseos veneno. Sigismundus Cæsar idem in Oratione suâ refert. *In Polonia*, ait, *&* *aliis Provinciis*, (non solùm in Bohemia) *animi hominum doctrinâ Hussi sunt imbuti.*

Paulò

Paulò ante hæc tempora Rex JAGELLO Olgerdi Filius, Gedimini nepos, Magnus Dux Lithuaniæ, ex Ethnico Christianus factus est, dictusquè in sacro Baptismi lavacro ULADISLAUS: idquè ex occasione Conjugii cum Hedvige filia Ludovici Regis Hungarorum & Polonorum, 14 Febr. An. 1386. infrà quadriennium post Ludovici obitum. Sub hoc Jagellone LITHUANI Religionem Christianam receperunt, Anno 1387. Ac ut in ea confirmarentur, Uxor ejus, Pragæ domum peramplam LITHUANIS, qui honestis disciplinis operam darent, procuravit, possessionesquè peramplas, unde eis sumptus suppeditarentur, adjecit. Vetus & Novum Testamentum, de Latino in Polonicum, circà An. 1390. translatum legit. Ejus studio motus JAGELLO Rex, vocavit Anno 1394. in Poloniam, ex Bohemia Sacerdotes: qui vulgari Slavonicâ linguâ, longo tempore sacra administrârunt, extrà muros Cracovien. in Oppido Cleparia dicto, in Templo Sanctæ Crucis.

Cromer. l. 15 p. 253.

Miechov. l. 4 c. 41.
Bielsc. senior. p. 383.
Dlugloss. in Annalib. MS. Miech. l. 4. c. [illegible]

Idem Academiam Cracoviensem, (cujus fundamenta, Casimirus II. Rex Polon.: Casimiriæ quæ est pars Urbis Cracoviæ, jecerat,) Anno demum 1400. restauravit ac consummavit, in ipsamquè Urbem Cracoviam transtulit: legante certam sumptuum partem Hedvige Reginâ, quæ 12. Julii, 1399, obiit.

Crom. l. 12. p. 214. & l. 16. p. 254.
Bucholc. ad An: 1400.
In Descript. Civit. Crac. Templor: & ornam. Polon. edit. 1647. p. 21.

Ultimæ quoquè Regis Jagellonis Uxoris Sophiæ, Exemplar Biblicum, in membrana descriptum exstat, ad cujus calcem hæc sunt adscriptæ: Absoluta sunt hæc Biblia, in Castro novæ Urbis Corczyn, ad mandatum & voluntatem Sereniss. Reginæ Polon. Sophię: translata per Andream de Jassowitz; scripta per Petrum de Cadoszitz, 18 August. Anno 1455. superstite adhuc viduâ Sophiâ Reginâ, regnante jam Filio ejus Casimiro Jagellonide. Fuerunt ista Biblia, in Bibliotheca illustris cujusdam Patroni.

Actum deinde cum quibusdam Bohemis Hussitis, nempè Taboritis, Procopio Holy, Petro Payne Anglo, Bedricho Straznicio, & Vilhelmo Kostka, Anno 1431. Cracoviæ de

Crom. l. 20. p. 298.
Bielsc. Junior l. 3. p. 337.

Reli-

Religione: adhibiti Doctores Academiæ Cracoviensis, qui errores ipsorum disputando refellerent; præsente Uladislao Rege & Senatu Regni.

Dlugoff in Annal.Pol. MS. parte 3. l.11. An. 1432. Cromer.l. 19.p.287. *Venerat*, inquit Dlugossus, *Sacerdos quidam Bohemicus ad Vladislaum Regem, venena per prædicationem suam, quam jam ordiri cœperat, disseminaturus Vicleviftica. Quem Sbigneus Olesnicius Episcopus Cracov. gravissime objurgatum prædicare vetuit: ejus quoquè communionem Vladislao Regi interdixit: quatenus & ipse, & Regnum suum, non extrà noxam modò, sed etiam extrà* Lib.20. pag. 302. *noxæ notam suspicionemquè versaretur apud exteros.* Hæc Dlugossus. *Sacerdotem*, inquit Cromerus, *hæreticum, qui ad Regem venerat, Sbigneus ejecit.* Scribit porrò Dlugossus, Presbyterum Bohemum, & in tabulâ, & aliis in locis, sectam Bohemorum multipliciter rationibus pluribus apud Laicos promovisse & extulisse. Dlugoff. Annal.Pol.MS. parte 3.l.11. An. 1433.

Miechov. Chr.Pol.l.4. c.48 p. 289. Stranski cap.6.p.292. Quum autem esset Rex Uladislaus in Przifzow, Anno 1433. venit ad eum, in die Sanctæ Hedvigis nuncius M. Christiani Prachaticy de Praga Theologi, sed inprimis Mathematici insignis, Astronomi magni nominis, quidam Sacerdos sectâ hæresis Bohemicæ infectus, referens; quòd eo ipso anno plures conjunctiones Planetarum, & Ecclypsis sub terra fierent, mutationes & Principum obitus, significantes: Monuitquè, ut & ipse domui suæ disponeret. Sequente Anno 1434. pridiè Calendarum Junii, obiit Uladislaus Rex, Grodeci, inter prandendum febri correptus.

Dlugoff. Annal.Pol. MS. part.3.l.11. A 1424. Ejus Frater patruelis, Vitoldi germanus, Sigismundus Coributus Lithuanus; Communionem, inquit Dlugossus, utriusquè speciei, in Bohemia, & per se & per suos agitare cœpit, Bohemorumquè pestiferis favere erroribus.

Cromer.l. 21.p.317. *Favebat*, inquit Cromerus, *Bohemorum sectæ, inter alios, Abrahamus Sbanscius Iudex Posnaniensis, Bohemosquè Sacerdotes hæreticos*, (Hussitas) *domi suæ alebat, per quos virus in populum spargeret.* Sendivoius Ostrorog Palatinus Posnaniensis & Capitaneus Maj. Polon. Generalis, Dux Exercitus Maj. Polon. & Bohemorum contrà Crucigeros. Stanislaus Ostrorog Palatinus Cromer.l. 17.p.172. l.25.pag. 378.

latinus Calissiensis. Johannes Mensicus Dambrovius, Palatinus Russiæ. Johannes Giza sivè Gizovius Præfectus copiarum Regni: qui Ziscæ Bohemo auxilia ex Polonia submittebat. Petrus Corsbocus, de domo & familia Kurtzbachiana. Jacobus Rogovius Nadobny, gente DJialossius. Johannes Kuropatva Genere Srenavius. Spitko Melstinius Palatinides Cracoviensis, cui hæresin impingit Cromerus. Derslaus Rytuanius Palatinides Lanciciensis. Johannes Strasz. Aliorum nomina Annales non expresserunt, ac temporis vetustas obliteravit.

L.20.p.302.
Pag 289.
Bielsc. junior l.4.p.429 & l.3.p 337.
Lib.21.p. 311. 317.
Simon Theoph. Turnov. in speculo Veritat.

Anno 1448. Legato Pontificis Eugenii, Cracoviam ingredienti, Academia nullum honorem exhibuit, adhærens Concilio Basiliensi, quod decreverat: Concilium esse suprà Papam; non Papam suprà Concilium. Quam conclusionem & ipse Nicolaus Pontifex approbaverat eiquè subscripserat.

Sarnic. Annal. Pol. lib. 7.p. 356. 365.

Anno 1460. ipse Casimirus III. Rex Poloniæ, restitit Pontifici, non permittens ei, pro arbitrio Episcopatus distribuere. Et cum Rex in colloquio, à Legato Pontificis exasperatus dixisset: *Malle se Regno excidere, quàm aliquem pati se invito fieri Episcopum*: Legatus vociferari cæpit: *Prastare ut tria Regna pereant, quàm ut jus & autoritas Pontificis perturbetur aut imminuatur.*

Cromer. l. 25.p.370.
Sarnic. l.7. p.366.

CAPUT VIII.

De posterioribus Hussi Sectatoribus, in Bohemia, & quidem primò FRATRIBVS *sic dictis, Anno* 1450. *exortis, eorumquè* VNITATE *ad annum* 1517.

Ex ipsis Fratr. Boh. monumentis.
Laurentii Crassonici MS.
Joh. Blahoslai MS. de Orig. Unit. Fr. Boh.

Secessionem à Calixtinis nonnulli ab Anno 1450. meditabantur & moliebantur: iiquè FRATRES posteà dicti. Quod quidem futurum prædixerant; Matthias Janovius sivè de Janova Pragensis, vulgò Parisiensis dictus; ipse

Hussus; atqué Rokitsanus. MATTHIÆ Janovii Canonici Pragensis, divinandi facultate præditi, hæc sunt verba: Tom. I. Histor. & monum. Hussi, in lib. de Abominatione sivè de Antichristo, Hussi nomine edito, cap. 37. *Surget*, inquit, *novus populus, secundum novum hominem formatus, qui secundum Deum creatus est: ex quo novi Clerici & Sacerdotes provenient & assumentur*: qui omnes oderint avaritiam, & ,,gloriam hujus vitæ, ad conversationem cœlestem festinan- ,,do. Hæc tamen puto agi successivè, & in temporibus à ,,Deo & pro eo dispensatis. Hoc autem facit atqué faciet ,,Deus, propter suam bonitatem & misericordiam divitias- ,,qué longanimitatis suæ & patientiæ, dans locum pœniten- ,,tiæ peccatoribus inveteratis, fugiendiqué à facie furoris ,,Domini: donec similiter patientur, & successivè populus ,,carnalis & Sacerdotes & Clerici defluent, & quasi à tinea ,,consumentur. Idem MATTHIAS, Regi Bohemiæ VENCESLAO, in frequenti coronâ Nobilitatis, omnia futura prædixit, de bellis & pugnis Ziscanis; Sigismundi successoris ejus difficultatibus, hujusqué Filii immaturâ morte, & quodam Kunstatinæ familiæ posthunc, non improsperè, sed tamen non admodum diu regnaturo; cujus tempore oriturus esset inermis populus, sinceræ religionis amator, tantoqué majores vires sumpturus, quantò magis ab Adversariis suis premeretur. Verum, inquit, præter unum hîc adstantem, nullus nostrum hæc visurus est. Quæ posteà FRATRES ex hoc ipso Aulico Regis, Venceslao dicto, intellexerunt: cum se Unitati eorum benè senex adjunxisset. Sic & HUSSUS quâdam Epistolâ, è carcere Constantiensi ad Bohemos missâ: *O quàm gratum esset*, inquit, *si per tempus mihi liceret improbitates nunc cognitas patefacere, ut fideles servi Dei possent eas cavere. Sed spero in Deum, quòd mittet post me ma- ,,gis strenuos: & nunc sunt, qui meliùs patefacient*, malitiam An- ,,tichristi, & exponent animas suas ad mortem, propter ve- ,,ritatem Domini nostri JESU Christi, qui & vobis & mi- ,,hi daturus est gaudium vitæ æternæ. Nec dissimilia his

Fol. 418. a. Catal. Test. Verit. l. 18. pag. 1792.

Lasicius de Frat. Boh. MS. lib. 1.

Tomo 1. Histor. & monum. Huss. Epist. 13. p. 61. b.

JACO-

„JACOBUS ille MISSENSIS Bohemus, Bethlehemæ, Husso exusto, concionari solitus, dictitabat. ROKITSANI quoque primarii Calixtinorum Ecclesiastæ, postquàm se, à Fratribus jam exortis, sæpè consuli videret, ista fuère, eadem „de re verba: Sequuturum esse seculum felicius, quo ea, quæ „sunt in Ecclesia contaminata, pristino nitori restituentur, „veterata innovabuntur, fides, sacramenta, ministeria Ec-„clesiastica repurgabuntur. In Ecclesiâ Babilonem depor-„tatâ, nihil rectè geri; sed tempus jam instare ejus, ex capti-„vitate liberationis. *Tùm verò demum fundamentum ejus, in „ipsis Sacris Scripturis, jacietur: quemadmodum templum Israë-„litarum, à Babiloniis dirutum, in ruinis prioris instauratum fuit. „Nos, inquiebat, superficiem premimus: sed prodibunt brevi, qui „fundamenta veritatis è profundo eruent.* Quod mox, Deo propitio, factum esse, primùm quidem in Bohemia, deinde „in Germania, res ipsa loquitur. Occasionem ità FRATRIBUS ad secessionem à Calixtinis, præbuit ipse Rokitsanus: qui resumpto in Pontif. Rom., investituram Archiepiscopalem ipsi denegantem, odio; cum ex Apocalypsi & Daniele, magnum illum Antichristum, omnesquè nisi ad obsequio ejus secedant, miseram & damnatam turbam; pro Religionis norma non Compactata, sed legem Christi habendam; omnia è fundamentis Apostolorum ab integro excitanda esse, disertè & graviter demonstrabat. Sed cum non admoveret operi manum, cordatiores ex Auditoribus, inter quos vel primarius GREGORIUS Rokitsani ex Sorore nepos, hactenus Monachus in Cœnobio Pragensi, collatis consiliis, Rokitsanum adeunt, angores conscientiæ detegunt, consilium petunt. Illè amicè excipit, zelum collaudat, tractatus quosdam, maximè Petri Chelcicii viri pii & docti, cujus monumenta quadam, scriptis Hussi Norimbergæ excusis, adjuncta sunt, contra irreptitias in Ecclesiam abominationes, legendos offert, eoquè modo magis inflammat: silentium tamen & patientiam suadet.

Lasicius de Fratr. Boh. MS lib. 1

De Persequ. Eccl. Bohem. MS.

Compend. Hist. Boh: MS. Simeon: Theoph. Turnovii. Joh. Lasic. de Frat. Bohem. Camerar. de Frat. Bohem.

Erant etiam nonnulla Taboritarum scripta, de Fidei do-

In Præfat. Confess. Boh.

Edit. A. 1573 Strański c. 6. p. 265. ctrinâ, relicta; quæ in manus quorundam illo tempore venerunt. Cum iterùm & tertiò auctiores jam numero instarent: ut, quod verbis doceret, re ipsâ exhibere ne differret, respondit: magnæ molis esse negotium; præcipitanter hic nihil agi posse.

Moliebatur interim in Papam quicquid poterat; etiam cum Ecclesia Græca Consensum. Cum enim Florentinæ Synodi decretum, quo Bohemi ceu Hæretici, ab Ecclesia separabantur, promulgatum esset; acta sunt Pragæ Anno 1450. Ordinum Comitia, Sacerdotumqué Synodus. Atqué hîc, Rokitsani consilio, communi autem omnium consensu, provocatio facta est ad Græcam Ecclesiam, & Legati cum literis Constantinopolim missi. Græci capita doctrinæ à Legatis audiverunt, & de consensu mutuo lætati sunt: scriptaqué ad Bohemos, jam tum majorem in Ecclesia reformationem ex Verbo Dei urgentes, Epistolâ, eos in fide confirmârunt, additâ promissione de ordinandis eis Ecclesię Ministris. Erant literæ in membrana Cyanei coloris, cerâ obsignatę, cum subscriptionibus Patriarchæ, & præcipuorum ejus Episcoporum, datę 18. Januar. Anno 1451.

Prolata est posteà hæc Epistola in lucem Pragæ, ex Bibliothecâ Collegii Caroli IV. studio Doct. Caspari à Nydbruck viri clarissimi ac indagandæ antiquitatis studiosissimi, Regis Maximiliani Consiliarii; & typis descripta Vitebergæ Anno 1564. Eadem Epistola Græco-Latina adjuncta est Davidis Chytræi Orationi, de statu Ecclesiæ in Asia, Græcia &c. ad calcem libri, editi Francofurti A. 1583. Sola Latinà exstat in Catal. Test. Verit. lib. 19. p. 1834.

Hæc cum lentam præberent spem, Rokitsanus denuò suos animare, publicèqué spem jam jam apparituræ reformationis facere: nihil restare aliud, nisi ut secessio fiat, tàm à Calixtinis, quàm à Pontificiis ipsis in universum. Cui simile Lupacii quoque consilium fuit. Cum dicerent Rokitsano: Secedamus igitur; te ducem, te doctorem, te patrem agnoscemus, venerabimur, sequemur: Duram, inquit, offertis

fertis provinciam; res plena est periculi.

Compellatus porrò ab eis eo nomine, importunitatem exprobravit, rogavitque; ut se misso facto, ipsimet secederent: se illis à Prorege Georgio Podebradio locum aliquem, ubi securè degant & purâ conscientiâ Deo serviant, impetraturum. Quod etiam præstitit, ac impetravit ditionem Liticensem, in locis montanis, Silesiæ vicinis.

Fuerunt illi partim Sacerdotes, partim Cives Pragenses, nonnulli Equestris Ordinis: inter quos præcipui; Gregorius Creicius; alter Gregorius Rokitsani è sorore nepos, uterqué genere nobilis; Matthias Convaldensis; Thomas Przelaucius; Elias Chrzenovius; Procopius; Halar; Vitus; Georgius Peticostelscius &c.

Prævia hâc septenni, eâque seriâ & maturâ deliberatione, conciliis ultrò citroqué habitis, à CALIXTINIS secessionem faciunt, Anno 1457. ac peculiares cœtus multis in locis, solâ divinâ ope fulti, erigunt. Omissis enim bellis, quibus *paulò ante* Taboritæ, furori Adversariorum sese opposuerant; quævis potius pro veritate Christi pericula, patienter subeunda statuerunt; intenti solum puritati doctrinæ propagandæ, & Disciplinæ Ecclesiasticæ arctioribus vinculis adstringendæ & conservandæ. Buchole. Ind. Chronol.

Constanter isti omnia retinuerunt, quæ semel ab HUSSO acceperant; ad plura etiam atqué majora, quæ intacta ab illo erant, instinctu spiritus Sancti, adinstar Taboritarum, & olim Valdensium, non multo post tempore, progressi.

Pastores habuerunt è Calixtinis sacerdotibus in pagis tractus illius Liticensis, Chelcicio, Vilemovio, Convaldo degentibus, nonnullos; quos & amor sincerioris doctrinæ, & studium vitæ Christianæ commendabat. Inter eos præcipuus fuit MICHAEL Pastor Ecclesiæ Sambergensis, qui Samberga relicta, in pagum Convaldum concesserat.

Atqué omnes isti sese mutuo nomine FRATRES, totam verò Congregationem UNITATEM FRATRUM appellabant, quemadmodum & hactenus. Jam enim certum In Præfat. Ration. Discipl. Eccl. U. F. B.

tum inter se ordinem, ad servandam fidei & charitatis unanimitatem erexerant. Apologiis & libris suis, circà initia reformationis suæ, fundamentum causæ M. Hussi, (legem Christi sufficientem esse ad Ecclesiæ militantis regimen, sine additamentis legum humanarum) respectantes, & ne à fundamento hoc, vel ipsi vel posteri recederent, præcavere volentes, subscribebant: Fratres legis (seu Regulæ) Christi. Fratres igitur isti, non sunt Valdenses, ut ab ignaris rerum; neque Picardi, ut à malis calumniosè ac falsò cognominantur.

Verum enimverò metuentibus, ne Pastorum defectu, cœptum Dei opus fatisceret, venit in mentem; Ministerium sacrum, è suo corpore sivè ex domesticis suis, qui essent à Calixtinis segregati, constituere. Idem suadebant eis Lupacius, Stephanus, & Martinus Germanus, Calixtinorum Sacerdotes.

In Præfat. Rat. discipl. U.F.B.p.2.

Cùm verò, paulò ante illa tempora, Valdensium è Gallia pulsorum pars, in vicinia Austriæ, cum uno & altero Episcopo suo consedissent, FRATRES Legatione ad eos facta, animum hunc suum aperiunt, consiliumque & Christianam coalitionem, expetunt. Collaudant illi propositum, & in effectum deduci mandant: si cœtus illi hominum, puram Euangelii doctrinam amplectentium, à dissipatione præservari debeant, videndum esse, ne Pastores fidi deficiant. Non expectandum igitur, dum Romanæ Ordinationis aliqui, veritatis amore ducti, ad illos transeant, seque illis Pastores dent: sed ordinandos esse domi, pro necessitate.

His excitati & confirmati, conveniunt ex ordine Sacerdotum, Nobilitatis, literatorum, civium & ruricolarum, in pagum LHOTA, (quæ vox ex servitute liberationem notat) propè oppidum Richnon, circiter LXX viri, Anno Christi 1467. Hospes ille, in cujus ædibus illa fuit Synodus, DUCHEK vocabatur. A sacris auspicati, cum jejunio junctis precibus & concionibus, primò Directores, qui ad tempus cœtum gubernarent, eligunt viros tres Gregorium illum

illum Rokitſani cognatum, Procopium Baccalaureum Hradecenſem, & Johannem Clenovium: Deinde ſeligunt inter ſe XX. viros; ac novem horum ſegregant, è quibus Deus ſumeret, quos Paſtores Eccleſiæ ſuæ dare vellet: reliquos verò undecim rei huic peragendæ deſignant. Prætereà parant duodecim convolutas chartulas: ex quibus novem vacuæ fuerunt, tres autem inſcriptum verbum, EST, felicis ſortis ſeu voluntatis divinæ ſignum, habuêre. Moxqué univerſas confusè in vaſculum allatum conjiciunt: &, Gregorio ad preces monente, rurſus orant Deum: ut, pro ſuâ in Eccleſiam benevolentia, cujus redimendæ ac in unum corpus fidei cogendę causâ, filium ſuum unigenitum dederit, ſpiritumqué ſanctum in terram miſerit, & doctores, ductoreſqué ſemper illi dederit, ex illis novem viris, unum, duos treſvé ſimul Eccleſię ſuæ Miniſtros deligat: ſin id nollet, ne faciat: quod quidem fieri potuit, ſi puræ omnibus chartæ obveniſſent. Exinde jubetur accedere puer, ac novem chartas è *vaſculo illo* promere, totidemqué delectis, in medio adſtantibus, tradere ſingulas ſingulis. Hi verò eò, ubi undecim alii conſederant, accedentes, ſuam ſinguli apud eos chartam deponebant.

Ubi inventi ſunt tres, quorum ſignatæ fuerunt ſchedulæ; Matthias Convaldenſis, 25. annos natus, Thomas Przelaucius, ac Elias Chizenovius. Perhibent inter illas preces & ſortes, approbationem hujus propoſiti eorum fuiſſe à Deo factam, voce hâc ad aures ipſorum cœlitùs demiſsâ ab illiſqué auditâ, *Geſt ma vvule: giz' geſt czáſ*: Eſt mea voluntas: jam eſt tempus.

Joh. Blahoslaus de Orig. Fratr. Boh. MS. Simeon Theoph. Turnov. in Compend. Hiſt. de Frat. Boh.

Tum ex templo omnes Deo gratias agere, ſorti conſentire, electis ac deſignatis obedientiam, Chriſto autem per eos fidem, datis dextris polliceri: eoſdemqué rogare, ut munus laborioſum, ad quod ſe divinitùs vocatos eſſe ipſimet cernerent, alacribus animis ſuſciperent. Annuentibus illis, ſibiqué cœleſtis auxilii ſpem facientibus, læti omnes, Carmine in eam rem compoſito, grates Deo, ſummâ cum devotione con-

ne concinunt; cujus hoc est initium: *Gaudeamus omnes simul hodiè, gloriam Deo tribuamus, quod nobis fidos excitaverit Pastores*, &c. Extat Bohemicum in Canticis editis A. 1618. sub litera I. xv. p. 351. *Radugme se vvzdy spoleczne*, &c. Polonicum in Canticis editis primùm A. 1554. sub litera F. ix. deinde A. 1569. sub litera E.I.p. 163. *Raduimy sie dzis spolecznie, &c.* posteà limatum & verbotenus è Bohemico redditum in Ecclesiaste sacri cœtus, libro Polonico sic dicto Andreæ Wengerscy, edito A.1646.l.1. part. 1. p. 39. Germanicum in Canticis editis A. 1606. sub litera I. ix. p. 336. Frewen wir vns all in ein/ &c.

Hist. MS. Boh. de Orig. Unit. Fratr. Lasicius de Fratr. Boh. lib. 2.

Tandem omnia de Cœnæ Dominicæ usu, juxtà præscriptum Christi concludunt.

At nondum in illâ Synodo, ordinati & confirmati erant illi tres ad Ministerium: sola tantùm ipsorum electio intercesserat. Sciebant quidem, nihil jam ad inaugurandos Ministros de fuisse; imò ex institutione Christi, exemploquè Apostolorum, ab aliis Presbyteris sivè Ecclesiæ Pastoribus, quos scriptura sacra ab Episcopis non distinguit, sed eodem hoc nomine indigitat omnes, legitimè ordinari & sacris initiari potuisse. Compertum habebant, eam Episcoporum ὑπεροχὴν, solisquè illis ordinandi alios Verbi divini Ministros potestatem concessam, non esse jure aut præcepto divino, vel Apostolicâ auctoritate, ac de lege necessitatis, ut nullâ ratione aliter fieri queat, olim introductam; sed humanâ Ecclesiasticæ politiæ, ex occasionibus certis, institutione & designatione. Nam sicut Apostolorum tempore, inter baptizatos gliscebant dissidia, qui ab eo nominari volebant, à quo essent baptizati; ita, post Apostolos, inter ordinatos ad gregis Christi curam, factiones & schismata exoriebantur, qui adhærere Presbytero, ab eoquè dependere cupiebant, à quo essent ordinati: *Ideò*, inquit, *Hieronymus*, *decretum est: ut unus de Presbyteris electis, superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Sicut ergò (addit,) Presbyteri, sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi*

Act. 20. 28.

1 Cor. 1. 12. 13.

Hieron. in Cap. 1. ad Titum.

ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos: ita Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate, Presbyteris eſſe majores, & in commune debere Eccleſiam regere. Quod poſteà, (ſcribit idem,) *unus è Presbyteris electus eſt, qui cæteris præponeretur, in Schiſmatis remedium factum eſt: ne unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam, eam rumperet.* In Epiſt. ad Evagrium.

Veruntamen, ad occurrendum quoquo modo Adverſariorum calumniis, præſertim ſub initia reformationis illius, idem ſibi quoad fieri poſſet, obſervandum putârunt. Cumqué dicti illi VALDENSES, legitimos ſe habere Epiſcopos, legitimamqué & non interruptam ab Apoſtolis uſqué ſucceſſionem affirmarent: miſſos ad ſe, crearunt tres è FRATRUM Miniſtris, jam ante alibi ordinatis, ritu ſolenni Epiſcopos; illiſqué Miniſtros ordinandi contulerunt poteſtatem: nempe, 1. Michaelem Sambergenſem dictum, Sacerdotem Romani chriſmatis. 2. Senem quendam Valdenſium Sacerdotem, qui ad Fratres tranſierat. 3. Sacerdotem quendam Romanæ ordinationis. Poſteriorum horum duorum nomina ſunt ignota. In Præfat. Rat. Diſcipl. U.F.B. pag. 3.

Sed iſti, tùm ob abuſum apud Adverſarios Epiſcoporum nominis, tùm majoris odii ac invidiæ evitandæ causâ, SENIORUM potiùs appellatione acquieſcebant, uti & hactenus. Quanquam res ipſa & officii ratio illorum eadem eſt: ſivè Epiſcopi, ſivè ſeniores Superattendentes cum adjectione, ſivè ſeniores, Superintendentes abſolutè, ſivè Inſpectores, ſivè Decani, ſivè aliis nominibus, Græcis vel Latinis vocentur. Wilhelm. Zepperus in Politia Eccl. lib. 2. cap. 14.

Mox igitur, coactâ iterum Synodo, Michael Sambergenſis novus FRATRUM Senior, illos tres nuper electos Miniſtros, ritu Eccleſiaſtico ordinavit. Ubi ſimul unus, ex trium iſtorum novorum Miniſtrorum numero, communi omnium conſenſu, Senioribus tribus, quartus Matthias Convaldenſis, eſt additus. Iſti verò, plerunqué quaterni vel quini, pares officio, honore & titulo, SENIORES Miniſtri, exceptо quòd unus eorum ordinis causâ præſideret; totius Ratio Diſcip. U.F.B. p. 27.

 UNI-

UNITATIS hujus custodes ac directores, tanquam in specula positi præ aliis, excubabant & providebant: ut societas illa, Ordinis certi, disciplinæqué arctioris vinculo, magis ac magis colligaretur, conjunctis fraternæ charitatis consiliis & auxiliis firmaretur, nec ullo discordiarum fomite, vel adverso rerum statu, rumperetur ac dissolveretur. Quod quidem hactenus, singulari & mirando Dei beneficio, successit: ut, etiam pressa creverit, nec dum inter tot decumanos persequutionum fluctus dilapsa sit.

Senioribus illis quaternis, adjuncti fuerunt alii ex Ministrorum numero: (nam aliquot adhuc alios habuerunt Romanæ Ordinationis), qui eis, in rebus totius UNITATIS curandis, & ordine ac disciplina conservanda, præstò adesse magis obstringerentur. Dicti autem sunt isti CONSENIORES, tanquam cum Senioribus alii Seniores. Horum tamen, nempè Seniorum & Conseniorum, aliquando diversa officia videri possunt in Ratione disciplinæ Ordinisqué Ecclesiastici Unit. Fratrum Bohem. p. 28. 29. 32. 33.

Proinde hæc prima Seniorum & Conseniorum è Ministris Fratrum Boh. fuit Anno 1467. coordinatio.

SENIORES.

1. MICHAEL, Sambergensis dictus.
2. Senex quidam, Valdensium Sacerdos.
3. Sacerdos quidam Rom. Ordinationis.
4. MATTHIAS Convaldensis.

CONSENIORES.

1. Gregorius, Rokitsani nepos sororius.
2. Thomas Przelaucius.
3. Elias Chrzenovius.
4. Johannes Chelcicius.
5. Laurentius Crassonicius.
6. Procopius, Baccalaureus.
7. Lucas.
8. Johannes Taboriensis.

9. 10.

9. Johannes Clenovius.
10. Albertus.

Quantum ad coalitionem ipsam cum Valdensibus, antequam hæc effectui dari potuisset, dissipati sunt boni illi Valdenses denuò, primariusqué ipsorum Episcopus STEPHANUS Viennæ igni exustus.

Circà Annum 1474. quæsiêre FRATRES, quòd pridem erat illis in animo, an usquam gentium essent ejusmodi Christiani: qui, ut ore Christum confiterentur, ita moribus referrent; puriorem, ex Verbo Dei, doctrinam sequerentur; nec Pontifici Romano obstricti essent: quibuscum fraternâ societate jungerentur, peterentqué ab iis ea, quæ ipsorum UNITATEM perfectiorem ornatioremqué redderent. Designatis ad iter, sumptum suppeditàrunt, quidam Fratrum è Nobilitate Patroni, præcipuè Bohussus sive Bohuslaus Kostka Baro à Postupitz, Litomisliæ Dominus: qui etiam à Rege Uladislao, (Casimiri Regis Poloniæ Filio natu maximo, Pragæ 21. Aug. 1471. coronato,) diplomata eis impetravit, securi transitus & salvi reditus, per ditiones Regum ac Principum quorumvis. Acceptis igitur mandatis, delecti ad hoc iter, Constantinopolim versùs, per Poloniam, contendunt. Unde, divisis itineribus, perrexêre; Lucas Pragensis Baccalaureus, in Græciam vicinasqué regiones, versùs Italiam, &c. Maressus Cocovecius Nobilis Bohemus, per Scythiam in Moscoviam, & alias Slavici generis regiones; Martinus Cabatnicus Civis Litomislensis, adjuncto sibi Judæo interprete, in Palæstinam atque Ægyptum: cujus liber de hâc Peregrinatione exstat Bohemicus, Anno 1491. typis excusus, & recusus Anno 1542. Fuit is Martinus Cabatnicus ex Unitate Fratrum Bohem., artium quidem Scholasticarum & linguarum, præter vernaculam Bohemicam, imperitus; sed in rebus dextrè agendis prudens ac sedulus. Id ei præbet testimonium Adamus Baccalaureus, Civis & Notarius Litomislensis, in Præfat. ad peregrinat. ejus Hierosolymitanam. Casparus verò Marchicus infirmior viribus, reditum suorum

Camerar. de Frat. Boh. p. 119. 120.

Comitum, Constantinopoli operiebatur: ità tamen; ut interim Thraciam, & loca ei finitima, perlustraverit. Domum reversi, nihil se eorum, quæ cupiebant, & quorum gratiâ iter tantum susceperant, observâsse, nuntiârunt.

Bohusl. Byleiovius Sacerdos Calixtinus. in Chron. Boh. Edit. Norimb. An 1537. lib: 3.
M. Paul. Stranski Reipubl. Boh. Cap. 6.
Ex monum. Frat. Bohem.

Cumquè ita cœtus palàm agitare & numero augeri Fratres cernerentur, provocarunt eos, de consilio Nobilitatis ad Disputationem Magistri Calixtinæ Societatis. Venerunt igitur Pragam, sub Eidus Septemb. Anno 1479. muniti fide publicâ, ipsorum antesignani, Michael olim Sacerdos Ecclesię Sambergensis Senex; Johannes Chelcicius, & Procopius. Colloquio paulò post in Carolina domo, instituto, & dies aliquot continuato, post multas altercationes, diversi abiêrunt.

Anno 1481. Pars Unitatis Fratrum, ex Moraviâ, à Matthia Rege Hungarię tùm occupante Moraviam, Lusatiam, & Silesiam, ad instantias veritatis hostium, ejectorum; assumpto secum Verbi divini Ministro Nicolao Slanio, per Hungariam & Transylvaniam, in Valachiam vulgò ac generatim sic dictam, propriè verò partem ejus Polonis propiorem Moldaviam usque, penetrârunt. Quò, intrà biennium Fratres ejusdem Unitatis, ex Bohemiâ miserunt Eliam Chrzenovium cum literis, quibus eos excitârunt, ad tolerandas æquo animo, in alieno solo, ærumnas. Vixerunt illic cum Moldavis Transalpinæ Valachiæ conterminis, sub Stephano Regionis illius Principe, non diutius sex annis: quidam pauciores ponunt; posteaquè in Moraviam redierunt. De quo plura Tomo II. de Persequt. hîc attigisse sufficiat.

Joh. Innocent. Petricius Hist. Rerum in Pol. gest. A. 1620. & 1621. pag. 5. 6.

Anno 1489. misêre iidem FRATRES in Gallias, & Italiam; Lucam Pragensem & Thomam Germanum, indagaturos ac perquisituros, cœtus pios & veritatis cœlestis amantes, in eâ Europæ parte, quæ in Christianitate primas tenere existimabatur. Quibus Regionibus dum vacant perspiciendis, inveniunt plærosque Christianos, à Christi doctrinâ & vitâ alienos; quosdam tamen, Dei timore præditos, sub cruce, & variis periculis gementes, quibuscum de Religione

con-

contulerunt, & invicem sese ad sinceram pietatis praxin excitârunt. Inciderunt quoque in Galliâ, in Valdenses ejusdem sortis, qui eos planè hospitaliter & fraternè exceperunt. Morati verò aliquandiu Romæ, id viderunt oculis, quod animus pridem horruit. Reversi ad suos, omnia quæ observârunt, enarrant.

Nonnulli jam, è Proceribus, etiam Baronibus, videlicet Kragirziis, Kostcis, Zerotiniis &c. FRATRUM disciplinæ sese tradebant: illisque Oratoria, (Templa enim publica, Regni autoritate, Calixtinis relinquenda erant) in oppidis & vicis suis, exstruebant: ut paulò post, circiter Annum 1500. propè ducentæ essent, per Bohemiam & Moraviam, Fratrum Ecclesiæ. In Præfat. Rat. disc. U. F.B. p. 3.

Anno 1504. ad Colloquium de Religione, cum Academicis & Consistorianis, Kal. Jan. instituendum, poscente id Rege à Patronis Fratrum, mittuntur; Lucas Pragensis, & Laurentius Crassonicius. Sed, extincto sub diluculum ejus diei, quâ comparere debebant in Consistorio, morte subitaneâ M. Martino Poczatecio, Universitatis Rectore, & totâ Civitate concurrente, nec secretò sed publicè, Colloquium illud haberi; flagitante, res tota in aliud tempus dilata fuit, Fratribus dimissis.

Ab illo tempore cæpit sermone hominum celebrari Erasmus Roterodamus, artium humanitatis, sincerioris que Theologiæ instaurator. Ad eum igitur FRATRES miserunt Antverpiam, ubi tunc degebat Anno 1511. Nicolaum Claudium & Laurentium Voticum, cum Religionis suæ Apologia, Noribergæ, (quod mirum est,) tunc typis excusâ atque divulgatâ. Oblato dono, rogarunt omnium Fratrum nomine: ut librum diligenter perlegeret; ac notatos, si qui in eo invenirentur errores, candidè ipsis indicaret: quos agnoscere, & cedere melioribus parati promptiquè semper essent. Sin verò nihil in ea, Christianis indignum offenderet, ornaret eos suo, quod tunc magni ponderis fiebat, testimonio, ac, quantum posset, ab injuriâ defenderet. ERASMUS se id Camerar de Frat. Boh. p. 124. 125. 126.

 factu-

factūrum polliceri; munus sibi acceptum esse, dicere; Fratribus veri cognitionem, quam pridem multi boni expetierint, gratulari; ac de multis cum Legatis, (docti enim & prudentes fuerunt,) conferre. Qui legati, interjecto aliquanto temporis intervallo, quo Religionem inferioris Germaniæ dispiciebant, reversi ad eum rogant, num libellum legerit, qui tàm multa alia legerit, suaqué scripserit. Verùm is varias prætendens occupationes, negare sibi otium omnia evolvendi fuisse: tamen, haud paucis perlectis, nullum errorem animadvertisse, idemqué de cæteris existimare. Quod ad testimonium, id nequé tutum sibi videri, nequé Fratribus necessarium esse: cum ideò, quod in eo nequaquam ii acquieturi essent, ad quos fama de Picardis pervenisset; tùm quod tali, hominum omnibus invissorum, commendatione, id tantùm efficeret; ut sua scripta, autoritate Pontificiâ, ex manibus hominum excuterentur, ex quibus veræ pietatis semina percipi vulgò putarentur; & paulatim repullulascens Religio multum juvaretur, quæqué ab omnibus liberè legerentur. Cum igitur suæ censuræ accessione, nequé nobiliores nequé meliores reddi possent; præstare, ut sese ipse ad meliora servaret Ecclesiæ tempora: Fratres verò, sicut instituissent puriùs Christi regnum; more suo propagarent dilatarentqué. Reversi Bolislaviam Legati, ERASMI dicta suis referunt, aliud de eo antea sperantibus. Quæ hi æquis
Joh. 5. v. 34. tulerunt animis, illa Christi perpendentes verba: Ego testimonium ab homine non accipio.

CAPUT IX.

De Calixtinis quibusdam, puriorem doctrinam sequentibus, in Bohemia.

MOrtuo Johanne Rokitsano, 22. Febr. 1471. non potuerunt Calixtini habere Sacerdotes, nisi in Italia ordinatos, ubi tamen ad renuntiandum Compactatis pleriqué obstrin-

obstringebantur. Nonnulli igitur è Calixtinis Scholastici, (inter quos fuit Johannes Bechinka,) ab Academia Pragensi acceptis literis, in Armeniam usqué, Ordinationis causâ, profecti erant; & illic explorato in præcipuis fidei articulis consensu, ordinati.

Intereà venerat 2. April. 1482. in Bohemiam, purioris ut ajebat, Religionis amore, Sanctuariensis ex Italiâ Archiepiscopus, Augustinus Lucianus de Bessariis. Pragam venit 20. Octob. 1483. & Administrator Consistorii factus, Calixtinis Sacerdotes ordinavit, Cœnamqué Domini sub utraque specie administravit. Tandem extremum vitæ diem clausit Calend. Martii, 1493. Huic successit Philippus Novavilla Sidoniensis & Mutinensis Episcopus: qui 28. Maji, 1504. ex Italia venit Pragam Bohemorum. Intrà anni spacium Cuttenbergam migravit: ubi etiam, quemadmodum hactenus Pragæ, integram Cœnam Domini, id est, sub utraqué, populi distribuit, & Sacerdotes Calixtinis ordinavit. Excessit è vivis, ibidem, 21. Octob. 1507. Defunctis duobus hisce Episcopis, Calixtini rursus, Ordinationem Sacerdotum suorum, à Pontificiis requirebant.

Hagec.f 452. Cuthen. p. 303. 304. 305. Diar. Welesl. p. 119.402. 542. Stianski Reip.Boh.c. 6.p.292. Hagec.f.461. 462. Cuthen. p. 307.308. Diar.Welesl. p.290.543.

CAPUT X.

De Reformatis, per Lutherum, Zuinglium, & alios in Germaniâ, Ecclesiis, ab Anno 1517. *ad Annum* 1650.

IN brevi hâc delineatione, ortus & progressus Ecclesiarum Dei, ab Apostolorum tempore, præsertim in Regionibus Slavonicis, ventum est ad Reformatas, in Germania, Ecclesias, ab Anno 1517. non modò, quòd tum ab Ecclesiis Germanicis aliquâ etiam ex parte accesserit quippiam Reformationi Ecclesiarum in Regiones quasdam Slavonicas; sed etiam quia Slavos Germanis olim permixtos fuisse, atque etiamnum esse, constat ex Historiis; ex appellationibus nonnullarum Civitatum (Rostok, Lubek, Lipsk, Stetin &c.) Slavonicis; Dav.Chytr. in Vandal.

Sarnic. Annal. Polon. Cromer. Hist. Pol. lib 2.

vonicis; & linguæ Slavonicæ usu, in quibusdam Germaniæ partibus. Ideò & Biblia utriusqué Testamenti Slavonica habent Vandali in Germania, Latino charactere, quorum hic est titulus: *Biblia, tu ieuse, Suetu Pismu, stariga inu Noviga Testamenta, Slovanski tolmazhena, skusi Iuria Dalmatina. Quæ verba sic Latinè sonant;* Biblia, hoc est, sacra Scriptura Veteris & Novi Testamenti, Sclavonicè translata, per Georgium Dalmatinum. Excusa sunt Biblia hæc Vandalica Vitebergæ, Anno 1584.

Et sanè instaurata superiori seculo linguarum & artium optimarum studia; affulsuram denuò, post depulsas tenebras Euangelii lucem, ut in aliis Regnis & Provinciis, ità potissimum in Germania; non secus ac aurora est clari solis prænuncia, præsignificârunt. Memorabilibus autem mediis Deus usus est, cultiores excitaturus literas: nempè, Typographia, Græcorum exilio, & Scholarum publicâ apertione.

Abrah. Scultet. in Annal. Eccl. Decad. 1. p. 1, &c. ex Pancirollo de novis repertis, lib. 2. tit. 12. Joan. Froben. Tomo 1. Oper. Luth. Jen. f. 389.

Typographiam Germania invenit Anno Christi, 1440. primis libris Moguntiæ excusis. Hujus beneficio primùm Erasmi Roterodami, deinde Lutheri libri variis locis excusi, & in omnem Europam fuerunt transmissi.

Græcis Exulibus, post expugnatam à Turcis Anno 1453. Constantinopolim, asylum Italia aperuit. Inter quos celebres, Bessarion post Cardinalis, Trapezuntius, Gaza, Argyropylus, & alii. Ex hoc Italiæ velut emporio, præclaras literarum merces in patriam suam importârunt Germani: quorum primus fuit Rudolphus Agricola Groningensis Frisius; proximus ab eo Johannes Capnio. Horum vestigia sequtus est magnus ille Erasmus.

Cum verò in Comitiis Vormatiensibus, quæ prima Maximilianus Imp. Friderici Filius, Anno 1495. celebravit, omnibus suffragiis decretum fuisset: ut Septemviri, in sua quisqué Ditione, publicis Scholis sedem figerent: Fridericus III. Saxoniæ Elector, Anno 1502. Vitebergæ; Joachimus I. Brandeburgicus Elector Anno 1506. Francofurti ad Viadrum Academias condidêre. Sed Archipalatina Heidelbergen-

bergensis Academia, instituta jam fuit à Ruperto II. seu Ruffo, Duce Bavariæ Anno 1346. in quâ celebris ille artium instaurator, Rudolphus Agricola, obiit 28. Octob. 1485. ætat. circiter 42. expletis.

Sic literæ, & artes, & cum illis totus Mundus, ipsaqué inprimis Religio, renovari cœperunt. Nam & Biblia Hebraica (vulgò Complutensia) cum Translationibus tribus, Chaldaicâ, Græcâ, & Latinâ, Francisci Ximenii Cardinalis curâ, typis descripta publicantur Anno 1515. Hæc proximo Anno 1516. excipit Novum Testamentum, unà cum Annotationibus, ab Erasmo quinquagenario Latinè conversum, ex fontibusqué correctum.

Sequente mox Anno 1517. successit in Germania, insignis & longè latequé sparsa Religionis mutatio. Præviderunt quidem hæc tempora jam ante, ac disertè prædixerunt, inter alios Johannes Hussus, & Hieronymus Pragensis: quorum ille in mediis flammis Anno 1415. die 6. Julii, Constantiæ; *Hodie*, inquit, *Hussum* (Anserem Bohemis notat) *crematis*; *post centum annos Cygnus veniet, quem comburere non poteritis*: Hic, 1416. die 30. Maji, intentâ voce professus est: Carnifices suos post centum annos sibi responsuros. Hinc Bohemos, desiderio istorum Doctorum suorum, numismata cudisse, inscriptione horum verborum: Post centum annos respondebitis Deo & mihi. Et his sanè exactis apparuisse Lutherum, autor est Pontificius Historiographus, Petrus Matthias. Joannes Hilten Isennaci Anno 1502. Monachus Franciscanus, initium fore Anno 1516. inclinantis Pontificiæ potentiæ, prædixerat. Melanchton vidisse se enarrationem Danielis, manu Hiltenii, & in eâ vaticinium hoc scriptum, refert in libello altero Epistolarum, pag. 81. In eundem ferè sensum, Andreas Proles Lipsensis Augustinianorum Provincialis Anno 1511. *Excitabit*, inquit, *Dominus Heroem, ætate, viribus, industriâ, doctrinâ, ingenio & eloquentiâ præstantem, qui Reformationem incipiet, erroribusqué sese opponet*:

Stumpfius in descript. Concil. Constant. Tomo II. Histor. & monum. Hussi. fol. 357.

Scultet. Annal. Eccl. Dec. 1. pag 6.

Pag. 5.

Joh. Wolfius Lection. Memorab. Tom. 2 p. 4.

Pag. 32.

net : Ei Deus animum dabit , ut Magnatibus contradicere ausit : & ipsius ministerium salutare , Dei beneficio, comperietis.

Sleidan. Occasionem autem isti Reformationi præbuerunt Indulgentię, jussu Leonis X. Pontif. Rom. per Johannem Tecelium Monachum Dominicanum, in Germania venum expositę. Has enim, inter alios, præcipuè MARTINUS LUTHERUS Saxo Islebius, Monachus Augustinianus, Theologiæ Doctor, improbavit, ac publicè in Academia Vitebergensi, contrà eas sibi disputandum duxit. Itaque Theses numero xcv. prid. Calend. Novemb. Anno 1517. foribus Templi arcis affixit. De eo videatur Polydorus Virgilius de Invent. rerum lib. 8. cap. 4. pag. 498. 499. & Laurentius Surius Carthusianus, in Commentario rerum in orbe gestarum.

Mathesius in Vitâ Lutheri.

Pag. 92. 93.

Sleidan. lib. 1. p. 11. Patronus LUTHERI causę exstitit Fridericus III. Elector Saxoniæ. Moritur intereà Maximilianus I. Imp. 12. Jan. 1519. cui succedit Carolus V. Austriacus.

Erant verò jam tùm, in Helvetia quoqué, & Germaniâ superiori, vitæ & doctrinæ probatę Viri aliquot: qui missis hominum commentis, Dei solius mandata Auditoribus annuntiabant: Johannes Vesselus Groningensis, Luthero nondum nato; Johan. Keisersbergius; Johannes Creutzer, seu Cruciger, Volfgangus Fabricius Capito; Johannes Oecolampadius: ac inprimis HULDRICUS ZUINGLIUS apud Helvetios in pago Wildenhauss natus, vir cordatus & insigniter doctus, in loco qui vocatur Glaris, Latine Glarona, (aliis Clarona,) ex iisdem fontibus, eandem penè doctrinam haustam, æternum Euangelium prædicavit Ann. 1516. cum LUTHERI nomen, in istis locis, nec dum fuisset auditum. Quin imò, ipsemet anteà, puriorem de Justificatione sententiam, à Thoma Wittenbachio Brielensi, Theolog. Professore Basiliensi, Præceptore suo, rectè edoctus fuit, Anno 1505. ex cujus Disputatione publicâ etiam didicerat: Indulgentiarum negotium, nihil esse, quàm fucum & dolum: idqué

Zuinglius Explanat. Articuli 18. Tom. 1. p. 37. Joan. Sleidan. de stat. Relig. l. 1. p. 19. Leo Judæ Præfat. in Annot. Zuinglii in N. T. Chronic. Bullingeri MS.

qué antequam LUTHERUS de iisdem Indulgentiis oppugnandis vel cogitâsset. Sed in primariâ Urbe Tiguri demum Cal. Jan. An. 1519. Primam Concionem habuit, & Euangelium secundum Euangelium enarrare, id est, beneficium Redemptionis nostræ in unico Christo demonstrare cœpit, magno cum Auditorum applausu. Non multò post venit illuc, à Pontifice missus Samson Mediolanensis Franciscanus, præco Indulgentiarum: cui se ZUINGLIUS, omnibus viribus opposuit.

Zuingl. Tom. 1. Operum. p. 132.

Chron. Bulling. MS.

Hactenus LUTHERI Disputationes contrà errores Pontificios, per totum triennium tantùm inter literatos, in Scholis, continebantur. Anno demum 1520. ubi se damnatum Romę, librosqué suos incendi & exuri cognovit Lutherus, ad majora progressus, in Templo etiam docuit: Papam esse Antichristum, ac vehementer admonuit, qui saluti suæ consultum esse vellent, ut à Regno Pontificio sibi caverent.

Sleidan l. 1. p. 32.

Ex eo tempore Lutherus sectatores suos vocavit Euangelicos, & ità voluit distingui, non à Christianis, & veris Catholicis, (ut existimat Hosius) sed à Pontificiis. Nam Christianum, Catholicum, & Euangelicum esse, non sunt opposita, sed subordinata. Ideò Apostolus Paulus dicit, se colere Deum Spiritu suo in Euangelio Filii ipsius: nec se pudere Euangelii Christi; quod est potentia Dei ad salutem cui vis credenti: Ac de Timotheo scribit, quod cum ipso servierit Deo in Euangelio, vocatqué eum Ministrum Dei, & adjutorem suum in Euangelio Christi: Ab eâ professione Euangelii Christi, post Apostolorum tempora, primi illi Christiani dicebantur quoque Euangelici; & fides eorum, doctrina Euangelica. *Propheta*, inquit, *Hilarius*, *in lege licet manens, Euangelicus tamen & Propheta simul. Domus Dei est Ecclesia, & omnes fidei Euangelicæ spectatores.* Sic & nunc Christiani veriqué Catholici, à Pontificiis distincti, vocantur Euangelici: quòd Euangelium Christi, ab Apostolis acceperint, in eo stent, ac per illud in fide serventur.

Hosius Operum Theol. de hæres. l. 1 fol. 209.

Rom. 1. 9. 16.

Phil. 2. 22.

1 Thess. 3. v. 2.

Hilar. in Psal 51. fol. 14. b.

1 Cor. 15. 1. 2.

F 2 Anno

Anno dein 1521. citatus Vormatiam LUTHERUS, ad prima Caroli V. Comitia, coràm Imperatore, & Imperii Proceribus, rationem eorum quæ scripserat, quæqué docuerat, intrepidè exponit, 17. & 18. April. Inde 26. April. discessit. Deinde 8. Maj., Cæsar publico decreto LUTHERUM proscribit: qui ideò in arce Wartbergh, propè Isenacum, delituit menses circiter decem. Eò in loco, quem Pathmum & eremum suam nominavit, plurima scripsit. Inde rediit Vitebergam Anno 1522. qui Annus initium est Reformationis Ecclesiarum in Silesia. Patronus ejus Fridericus III. Elector, sapiens dictus, obiit 5. Maji, 1525. ætat. 63. Cui successit pari fide & pietate Frater ejus, Johannes Elector.

Scult. Annal. p. 117.

Anno 1529. procurante Landgravio Hassiæ, coactus fuit Marpurgi Theologorum conventus, cui ipse LUTHERUS & ZUINGLIUS interfuêre: ubi, post multas collationes diuturniores, summus inter eos in doctrina consensus agnitus & constitutus fuit; unicâ hâc quæstione; De modo præsentiæ Corporis & sanguinis Christi in Cœna, indecisâ manente: & sic utrinqué discessum, eâ in futurum lege, moderatjùs & fraternè magis, absqué omni contentione, de eâ agerent partes. Hæc, sivè conciliatio, sivè tolerantia Christiana, aliquot annos inviolata mansit.

Joan. Sleid. de statu Relig. l. 6. fol. 103. b. Scult. Annal. Eccl. p. 196.

Anno 1530. Carolus V. Imp., Comitia Augustæ Vindelicorum, habenda indixit. Eò venit ipse 15. Junii. Convenerunt etiam frequentes Principes, ac status Euangelici, (Protestantes à Protestatione opposita decreto Spirensi, An. 1529. dicti;) & particularem quarundam Germaniæ Ecclesiarum, de præcipuis Religionis Controversiis, ex Dei verbo, conscriptam Confessionem Cæsari exhibuerunt, ad reddendam fidei rationem, & Adversariorum calumnias refellendas. Cui scribendæ Lutherus præcipuam suppeditavit materiam, delineatis Articulis XVII. de controversis capitibus: Melanchton concinnavit: reliqui in his Comitiis, una cum Melanchtone, præsentes Theologi Euangelici, Justus Jonas,

nas, Georgius Spalatinus, Andreas Osiander, Johannes Agricola, Islebius, & alii, examinârunt & approbârunt, suffragante etiam Luthero, qui Coburgi in arce tum subsistebat, ut esset vicinior, si quâ fortè res ipsius consilium postularet. Subscripserunt eidem, Johannes Elector Saxoniæ, Georgius Marchio Brandeburgensis, Johannes Fridericus Dux Saxoniæ, Ernestus Dux Brunsvicensis, Philippus Landgravius Hassię, Franciscus Dux Luneburgensis, Volfgangus Princeps Anhaltinus, Noriberga & Reutlinga. Publicè autem prælecta fuit hæc Confessio 25. Junii, à prandio, postridiè Johannis Baptistæ (fuit dies Sabbathi, præcedens Dominicam II. Trinitatis) in Palatio Cæsaris. Consederant, (inquit Justus Jonas,) Cæsar & Electores, & absentium Electorum legati utrinqué. Deinde ex utroqué latere alii Principes & Ordines Imperii. Recitabat Confessionem Christianus Beyer, Electoris Saxonici Cancellarius, articulatè, distinctè, & clarè, ut ab omnibus exaudiretur. Absolvit totam duabus horis. Satis attentus erat Cæsar, qui sibi curavit eam Confessionem reddi Italicâ & Gallicâ linguâ, per Alphonsum Valdesium Hispanum, & Alexandrum Sohneis.

Hanc Confessionem Cæsar tradit reliquis Principibus, ut cognoscant: hi deinde suis Theologis, qui contrarium scriptum & Confutationem opponunt.

Interim Argentinenses, Constantienses, Memmingenses, & Lindavii, doctrinæ suæ Confessionem scriptam, tradunt quoque Cæsari: quia de Cœna Domini, non idem per omnia, quod Saxones atque socii, sentiebant. ZUINGLIUS etiam doctrinæ suæ Confessionem ad Cæsarem mittit.

Prioris illius Confessionis Augustanæ, (sic enim dicta fuit à loco, in quo conscripta ac in publicum producta fuit,) Apologiam, à Philippo Melanchtone scriptam, Protestantes offerunt Cæsari 22. Septemb.

Hinc prima pax Euangelicorum Religioni, usqué ad futurum Concilium, tractari cœpta, quæ primum Sueinfurti, postea verò Noribergæ in Comitiis 23. Julii: 1532. decreta Abrah. Scult. Annal. p. 370.

& promulgata est. Eodem Anno, 13. August. cursum vitæ suæ exegit Johannes Elector Saxonię, ætat. 63. sincerus dictus. Cui successit Filius Johannes Fridericus Elector.

Christoph. Pezelius Mellif. Histor. parte 3. p 428.429. edit: Marpurg. in quarto.

Anno 1533. Legatum quendam Hugonem Randonem, ad Saxoniæ Ducem Electorem Protestantem, misit Clemens VII. Pontif:; per quem certiorem eum fecit; se concedere & polliceri, liberi & Generalis Concilii celebrationem, &c. Quod si intrà biennium Concilium non habeatur, jam jam se illis secundùm Augustanam Confessionem vivendi potestatem facere, &c. Ex quo, & illud obiter observandum, peculiari quadam divini Numinis gratiâ factum; ut Protestantes non modò ex Imperatoris, sed etiam ex ipsius Pontificis consensu, Religionis suæ exercitium obtinuerint.

Helvetii Euangelici Anno 1535. conveniunt Basileæ & Confessionem scribunt: quam in altero Conventu ibidem confirmant.

Anno 1538. Conciliatio illa, sivè tolerantia Christiana inter Lutherum & Zuinglium, in articulo de Cœna Domini, ante annos novem facta Marpurgi, ob malevolos rupta, rursus operâ Buceri, pacis amantissimi, restituta, certaqué Formula, cui utraqué pars subscripsit, conscripta fuit. Verùm ne hæc pax quidem diuturna. Quinquennio dehinc Lutherus, inconsideratâ Stephani Vildi delatione, quòd traducatur, quasi in partes Helvetiorum secesserit, incensus, Confessionem parvam, adversus eosdem emisit. Sed facti præcipitis mox eum pœnituit: & ante iter Islebianum, lethale sibi, in Consistorio, spontè non rogatus in hæc prorupit verba: *Mi Philippe, fateor in negotio de Sacramento nimium esse factum!* Respondit Melanchton; *Ergò mi Domine Doctor, ut consulatur Ecclesiæ, edamus lene aliquod Scriptum, in quò sententiam nostram claré explicemus.* Lutherus adhæc: *Mi Philippe, ego quoqué hâc de re sollicité cogitavi; sed sic redderem totam doctrinam suspectam. Itaqué hoc optimo Deo committam: agite vos etiam aliquid post mortem meam.* Sed post mortem ejus, scintillæ hę flammam, quæ hodieque domum Dei depascit, ingentem dedêrę.

Admonit. Neust. cap. 6. p. 23. Pareus Comment. 1 Cor. 3. v. 13. p. 173.

Tan-

Tandem Anno 1546. quo LUTHERUS 18. Febr. è vivis excessit, Bellum Protestantium Germanicum sivè Saxonicum, Smalcaldicum, (à mutuo Principum Euangelicorum fœdere Smalcaldiæ Anno 1529. proposito & agitato, dictum,) exarsit. De cujus infelici successu plura videri possunt, tum alibi, tum Tomo II. De Perseqution.

Cum autem de Germaniæ libertate, jam triumphare videretur Carolus V. Comitia Augustæ Vindelicorum, Anno 1547. celebravit. Præcipuum ejus Postulatum fuit 18. Octob. ut Principes omnes Concilio Tridentino, (quod inchoatum fuit 7. Januar. 1546. finitum 4. Decemb. 1563.) sese submitterent. Iisdem in Comitiis, Cæsaris jussu, Protestantibus invitis ac reluctantibus scribitur liber de Religione, qui posteà INTERIM dictus est, nempè Formula Inter-Religionis, usque ad Concilii finem servanda. Publicatur autem 15. Maj. 1548. *Liber ille* (ut Thuanus scribit) *Capita complectebatur, recepta hactenus Pontificia Religioni prorsus consentientia; nisi quod sacerdotum Conjugium non penitùs damnabat, nec carnis & sanguinis Christi, sub utraque Communionem omninò rejiciebat; sed utrumque tolerandum esse proponebat, donec de totâ re, ex Concilii sententiâ decerneretur.* Thuan. Hist. lib. 4.

Inter-Religionem istam nonnullæ ex Reformatis Ecclesiis, prorsus repudiarunt: aliæ verò, metu Cæsaris perculsæ, humani aliquid passæ sunt.

Quadriennio post armata hæc Comitia, secunda Pax Religionis, in transactione Passaviensi, An. 1552. inita est, anno à priori Pace vigesimo. Ejus Pacis secundæ promotor Mauritius Elector, in pugnâ cum Alberto Marchione Brandeburgensi victor, accepto vulnere, exspiravit 11. Julii, 1553. ætat. 32. Cui successit in gubernatione Frater Augustus Elector. Johannes autem Fridericus Elector Saxoniæ, ex captivitate quinquenni 19. Maj. 1552. à Carolo V. dimissus, vita functus est, 3. Martii, 1554. ætat. 51. Thuan. Hist. lib. 10. Sleid. lib. 4.

Dum verò Carolus V. Imp. relictâ Germaniâ, in Hispaniam navigaret, Anno 1556; Imperii verò gubernationem omnem

omnem fratri Ferdinando Romanorum Regi 1558. commendaret: non multò post, eodem Anno, in Monasterio Ordinis S. Hieronymi ad S. Jodocum, exspiravit 21. Septemb. ætat. 59. currente anno. De quo etsi referat Zenocarus Historicus; dicere illum solitum fuisse: *se inutilem mundo, inutilem Deo esse in hâc vitâ, sæpequè errores suos publicè ingemiscentem lamentatum esse, ac ex tot annis, quos vixisset, nunquam unum diem Deo, prout decebat servisse*: tamen ista prodere literis vel noluit, vel non ausus est; quemadmodum moriturus clàm quæsierit de viâ salutis certissimâ, ex Francisco Bivero, singulari suo Sacerdote, quem secum in Germania sæpè habuit. *Negabat*, enim, *sibi in Christum credenti, Monachorum opiniones, de incertâ peccatorum veniâ, quam scilicet pœnæ quadam Purgatoriæ sequerentur, satisfacere posse*; memor eorum, quæ sæpenumerò in Germania hâc de re dici, ac in Confessione Augustanâ olim sibi legi audiverat. Respondit Franciscus: Salutem hominis in sola peccatorum gratuitâ condonatione consistere: hanc verò illos omnes, qui promissiones de Christo firmâ fiduciâ amplecterentur, haud dubiè obtinere. Deum enim ita mundum dilexisse, ut Filium suum unigenitum in terras dimiserit, cumqué Justitiam omnium credentium in ipsum, esse voluerit, ac in hoc solo acquieverit: quod Apostolus ad Ephesios scribens, Gratiam Dei vocat: *Gratiâ*, inquiens, *estis servati, per fidem, idqué non ex vobis: Dei donum est: non ex operibus, ne quis glorietur.* Proinde Carolus V. Imp. inter pias preces, in sola morte Christi fiduciam locans, placidissimè obdormivit. Perlata posteà hæc res ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, Bivero exitium attulit. Nam postquam facta est, in eum ac tredecim alios Euangelicorum dogmatum sectatores, diligens inquisitio: omnes octavo post fata Caroli (21. Sept. Anno 1558. mortui) die 21. Maj. 1559. Valdolidi in Castilia vivi combusti sunt. Hæc de Imp. & Bivero refert Joh. Las. in hist. Frat. Boh. lib. 6. scribitqué se ea ex Hispano quodam oculato teste, Parisiis audivisse. Buch. Ind. Chron. p. 596. An. 1559.

Bucholc. Ind. Chron. p. 590.

Joh. Lasicius de Fratr. Boh. lib. 6. ex Hispano quodam.

Thuan. Histor. lib. 21. fol. 430.

Balth. Lydius tomo 1. Valdens. in Ep. dedic.

Ferdi-

Ferdinandus I. Caroli V. Frater, delatum ad se ab Ordinibus Imperium, Francofurti ad Mænum plenariè suscepit 18. Martii, 1558. Sed Paulus IV. Pontifex Rom. Ferdinandum, quoad vixit, pro Imperatore agnoscere noluit, quòd se inscio Imperium accepisset, & pacem Lutheranis dedisset. Eo enim regnante, Anno 1552. Passaviensis illa transactio, de quâ paulò superiùs, obtenta; in qua Pax, profitentibus Augustanam Confessionem concessa est. Hæc Concilium Tridentinum dissipavit, pacem in Religione constituit, captivis Principibus libertatem reddidit, & libro Interim finem attulit. Hanc Anno 1555. sequutum est decretum: ne Principi, Comiti, aut Civitati Imperiali ulli, bellum inferatur, aut quocunqué modo vis adhibeatur aut noceatur, doctrinę aut Religionis causâ. Quod Anno 1559. Augustę, in conventu Imperii, renovatum & confirmatum est, cum exequiæ funeris Carolo V. factæ sunt. Sub hoc igitur Imperatore Ferdinando, Germania altâ pace Passavicâ quievit. Idem à Pio IV. Pontif. Rom. integrum usum Cœnæ Dominicæ, pro suis impetravit. Tandem obiit Viennæ, 1564. ætat. 61.

Cui successit Maximilianus II. Filius, Hungariæ & Bohemiæ Rex. Is, vivo adhuc Patre Ferdinando, Concionatorem Euangelicum, Joannem Sebastianum Pfauserum secum habuit, conquestusqué est circà Anno 1560. per legatum & literas, quas Abrah. Scultetus Theologus Palatinus, vidit & legit, ad Fridericum III. Electorem Palatinum; se propterea in Patris Cæsaris offensionem incurrisse, metuereque ne brevi exul ad Palatinum veniat: quod si fiat, ut domum ejus apertam & hospitalem inveniat, petit. Legit ejusdem Imp. literas Scultetus, ad Paulum Eberum, Vitebergensis Ecclesiæ Antistitem, in quibus suum de Religione sensum plenissimè aperit. Summa hæc est: *optat, ut ex scripturis sacris Euangelium ubiqué locorum prædicetur: Hierarchia autem Romana, qualis nunc est, retineatur.* Unde & Romam de eo perlatum, quòd & Prædicatorem aleret, sæpiusqué concionantem audiret, quum plæraqué Regni loca, licet non in Civitatem Pragen-

Nicol. Reusnerus in Icon. Virorum illust. p. 317. Abrah. Scultet. de Curriculo Vitæ suæ p. 8.

Petr. Suavis in Hist. Concil. Trident. lib. 5.

 sem,

ſem, Communionem Calicis introduxiſſet: nequé id Rex interdum diſſimulabat, ſe Cœnam niſi plenam accipere non poſſe. Pius IV. quoqué, per nepotem ſuum Marcum Altempſium, eum monuit, in fide Catholica perſtaret, ſpe oſtentatâ ſucceſſionis in Imperium. Rex ei reſpondit; ſe Pontifici de tàm propensâ voluntate gratias agere maximas, ſed animæ ſuæ ſalutem, rebus omnibus mundanis habere cariorem: quam loquendi formulam, Romæ dicebant idioma eſſe Lutheranorum, quod alienationem ab obedientia illius ſedis implicet. Ut autem Euangelicè, hoc eſt, piè vixit; ità Euangelicè piçqué, Jeſu Chriſti ſubnixus merito, mortuus eſt Ratisbonæ in Conventu Principum Imperii, 12. Octob. 1576. ætatis 49. Quâ de causâ Theologi Pariſienſes defunctum laudare, niſi annuente Pontifice noluerunt, quod parùm Catholicè mortuus fuiſſet. Hinc Abraham Scultetus in Concione ſeculari, 1617, habitâ Heidelbergæ: *Certis,* inquit, *documentis conſtat, tria illa auguſta Imperii capita, Imperatorem dico, Carolum V., Ferdinandum, & Maximilianum, eodem ſolatio fidequé nixos, ex hâc diſceſſiſſe vitâ; quam ex ſacris fontibus hauſtam, propinavit populo Lutherus, oſtendens, in Chriſti morte ſalutis noſtræ rationem ſitam omnem eſſe.*

Sub Maximiliano & Succeſſore ejus Rudolpho II. Filio, in Germania, Bohemia, Moravia, Sileſia, & alibi, tranquillus utcunqué fuit Eccleſiæ ſtatus.

De propagatione veræ Religionis, inde ab initio Reformationis in Germania, in Urbes, Provincias, ad Equeſtrem ordinem, ad Principes, & inde ad externa quædam Regna; videantur Annales Eccleſiaſtici, Concio ſecularis, Narratio Hiſtorica de Curriculo vitæ Abrah. Sculteti, &c.

Melch. Adamus in Vitis Theol. Germ. p 472.

Hâc occaſione SLAVIS etiam lux Euangelii affulſit. Matthias Flacius, quem edidit Illyrici ſeu Slavoniæ oppidum Albona, (quod & cognomen ejus Slavonicum denotat; inde dictus Illyricus) audivit Vitebergæ Lutherum & Melanchtonem Anno 1540. in Theologicis; & ab eis in veritate inſtructus cœleſti, egregia ac Theologiæ Studioſis utilia ſcri-

pta

pta in publicum emisit. Ejus popularis *Matthias Garbatius*, (cognomine etiam Slavonico ità vocatus) disciplinæ rigidus exactor, literas Græcas profitebatur Tubingæ: ad quem Flacius Illyricus Basileâ, sub exitum Anni 1539. sese contulerat. Primus autem Truberus, (cognomento quoqué Slavico sic nuncupatus,) in Rosterkly pago Carniolæ natus; mulierculis apparitiones jactantibus, & inde exortis idololatricis cultibus, acriter se opposuit, monuitqué plebem; in Christo solo & uno Redemptore quærerent salutem, pœnitentiam agerent, vitam emendarent; de cæterò ne tantillum sollíciti. Ideò bello Germanico confecto, An. 1547. dum pericula ei imminerent, in Germaniam superiorem concessit. In absentia ejus, multum Ordines Carniolani, Proceres, Nobiles & Cives solicitè cum Austriacis egerunt: ut Confessio Augustana, & Truberi præsentia concederetur. Ac obtinuerunt ut permitteretur ei quidem in Carniola habitandi, sed non concionandi potestas. Ejectus deinde An. 1548. Carniolanâ Provinciâ venit Norimbergam; ubi, promotus ad Ministerium, fideliter Ecclesiæ servivit. Revocatur à suis Carniolanis An. 1560. sed impedimenta inciderunt talia, ut vocatio irrita fuerit. Cum autem antehac invenisset artem lingua Vandalica scribendi, hactenus nunquam visam, nec in literis nec libris usurpatam, subsidio Principis Christophori Wurtenbergici, & conjunctis operis duorum quorundam, officinam Typographicam instituit Vandalicam: quam ad rem plurimùm contulit liberalitas Generosi Domini Johannis Ungnadii; qui unicè id egit, ut Ecclesiæ Carniolanæ ædificarentur hoc modo. Vocatus denuò Truberus Labacum in Carniolam, ubi delatus ad Ferdinandum I. Imp. fidei suæ Confessionem, cum fructu, édidit. In Slavonicam linguam traduxit Catechismum, Novum Testamentum, Locos Communes Theol., Augustanam Confessionem, Examen Melanchtonis, Postillam Lutheri, &c. Atqué his suis laboribus effecit Truberus: ut Euangelii doctrina non solum in Ducatu Carniolæ & Carinthiæ, sed

Pag. 573. Pag. 574. Pag. 575. Pag. 576. Pag. 577.

etiam in finitimis Regionibus; imò in ipsa Turciâ, fuerit propagata. Inter alios Patronum habuit Generosum illum Baronem Joannem Ungnadium à Sonneneck: qui multa pia Euangelicorum scripta in Slavonicam vel Croaticam linguam, transferenda curavit: & ad Turcicas gentes, ut Christianismo imbuerentur, transportanda, operâ usus hujus Truberi Carniolani, Stephani Consulis Histriani, & Antonii Dalmatæ, in Tubingana Typographia. Ita de suis SLAVIS Carniolanis & aliis, Truberus benè meritus obdormivit in Domino, Derendingæ propè Tubingam in Germania, An. 1586. quo etiam obiit Augustus Elector Saxoniæ, eique succeßit Filius unicus, Christianus.

Pag. 578.

Sub hac Religionis veræ propagatione, Scholæ in Germania celebriores Euangelicorum, quædam ante Lutheri disputationes erectæ, paßim apertę fuerunt.

ACADEMIÆ: in Germania superiore: Heidelbergensis, Basiliensis, Altorfina Noricorum, Tubingensis, Argentinensis, Vitebergensis, Lipsensis, Marpurgensis, Francofurtensis ad Viadrum, &c. In Germania inferiore, sivè Belgio confœderato, Lugduno-Batava sivè Leidensis, Franckerana, Groningana, Ultrajectina. In Borussia Ducali, Regiomontana.

GYMNASIA, sivè Scholæ eminentiores; Herbornensis, Bremensis, Gorlicensis in Lusatia superiori, Goltbergensis, Uratislaviensis, Freistadiensis, Bregensis, Bethaniensis sivè Schönaichiana in Silesia: Vallis Joachimica, in Marchiâ Brandeburgica: Dantiscana, Elbingensis, Torunensis in Borussia. Plura de Scholis Euangelicorum in Germania videantur, tùm alibi, tùm apud Alstedium in Thesauro Chronol. cap. 30.

At inter complures remoras & impedimenta cursus Euangelii, deplorandæ sunt acerrimæ Theologorum Euangelicorum, alioquin in fundamento veræ fidei consentientium, de quibusdam Controversiis, contentiones.

Duæ verò sunt præcipuæ illæ Controversiæ: in quibus: qui

qui affirmativam tuentur, vulgò Lutherani vocantur: 1. De Corporali Christi in Cœna præsentia. 2. De Ubiquitate Corporis Christi: quod dogma, post Lutheri obitum, strenuè promoverunt, Joachimus Westphalus, Brentius, Flacius Illyricus, &c. De eo Liber Concordiæ publicatus est An. 1580.

Librum quidem hunc Christianus I. Elector Saxoniæ Augusti Filius, An. 1586. abrogavit, Corpus doctrinæ, aliaquè Philippi Melanchtonis scripta restituit, &, convocatis moderatis Theologis, Ecclesias reformare instituit: sed cum Anno 1591. è vivis excessisset, mortem ejus excepit in Saxonia, ad formulam Concordiæ reditus. Alsted. Thes. Chron. c. 58. p. 561.

Recrudescentibus igitur Ecclesiasticorum certaminibus, Theologi Electoralis Palatinus, Ecclesias Euangelicas in Germania, edito scripto hortantur, Anno 1605. ut fraternitatem mutuò alant stantibus & manentibus locis controversis: quod piè fieri posse, multis demonstrant. Bucholc. Ind. Chronol.

In eam quoquè rem prodiit Exhortatio, nomine Ecclesiarum Polonicarum Bartholomæi Bythneri Theologi, Anno 1614. recusa 1618. Irenicum verò, sivè de Unione & Synodo Euangelicorum conciliandâ, liber Votivus Davidis Parei, Theol. Profess. in Acad. Heidelberg. 1615.

Eodem fine 3. Martii 1631. Lipsiæ, Theologi Euangelici, Brandeburgici cum Hassiacis, & Saxonici, Colloquium privatim inter se instituerunt, finitum 23. Martii.

Hoc pium Theologorum in Germania, de Concordia ineunda consilium & studium postquam Anglis innotuit, promptum & isti suum animum & operam obtulerunt, Unionem eam meditantibus, Anno 1632. intercedente, & cum pluribus Theologis eâ de re per literas conferente, Johanne Duræo Britanno. De quo Pacis Ecclesiasticæ studio Hypomnemata, Judicia, Epistolæ, Scripta extant varia. Effectum tamen tam laudabilis & necessarii propositi exoptatum expectatumquè, hoc exulceratissimo seculo, nondum videmus; idquè magno Ecclesiæ Dei detrimento. Nihilominus

pius quidam & doctus Theologus alius; De Christiana inter Europæos Euangelicos Concordiâ sivè Tolerantiâ in charitate stabiliendâ, edidit Tractatum, nudam & simplicem majoris operis delineationem exhibentem, Anno 1647.

CAPUT XI.

De Reformatis, in BOHEMIA & MORAVIA Ecclesiis; & quidem de continuatâ VNITATE FRATRVM, ab Anno 1517. ad Annum 1650.

THOMAS Przelaucius, uno & quinquaginta annis, Ministerio Ecclesiastico; primâ illâ sorte, de quâ superiùs, sibi collato; fidelissimè perfunctus, Senior Unitatis Fratrum, Luthero bonum eventum, in Christi Ecclesia reformanda repurgandaqué precatus, debitum naturæ persolvit, Anno 1518. pridiè Festum Matthiæ, Prerovia.

Anno 1519. die 14. Octob. Johannes Slechta Kostelecius Nobilis Bohemus, quædam de Fratribus, malâ fide ad Erasmum Roterodamum perscripsit, minimè ab eo laudata: at quæ veriora erant, ea non improbavit Erasmus. Sic enim Slechtę respondit, Lovanio, Cal. Novemb. 1519.

Epist. Erasm. Roterod.l. 14.p. 484. 487.

„*Quod sibi FRATRES Sacerdotes eligunt, non abhorret à „consuetudine veterum. Sic electus est S. Nicolaus, sic Ambro„sius. Quòd indoctos, tolerabilius esset, si vita pietas penset eru„ditionis inopiam. Quòd se invicem Fratres ac Sorores appellant, „non video, cur debeat reprehendi. Atqué utinam eadem appella„tio mutua charitatis perseveret apud omnes Christianos! Quòd „minùs tribuant Doctoribus, quàm divinis voluminibus, hoc est, „plus deferant Deo, quàm hominibus, rectè sentiunt. Iam tam„etsi non abhorret à vero, Christum & Apostolos in quotidiano ve„stitu consecrâsse: tamen impium est condemnare, quod non absqué „salutari consilio post à Patribus est institutum. Quod si istis tan„toperé placet Domini precatio, ea & nostri sacrificii pars est. De „festis diebus, non multum abest istorum opinio, à seculo Hiero„nymi.*

Pag. 488. 490.

mi. Nunc in immensum crevit festorum turba; cum nullis ebus plus scelerum committat vulgus: &, quod est inhumassimum, coguntur esse otiosi totos dies, nec victum alendis suis tarunt. Sint crebra festa, sed in templis: quibus peractis, redeit homines ad sanctos labores. Ita Erasmus.

Anno 1520. scripta Lutheri in Bohemiam quoqué perıerunt. Nam & ad Senatum Pragensem scripserat de inuendis, ac in templa inducendis puris Euangelii Minıis. Quo tamen scripto, non multum effectum est. Camerar.de Frat.Boh.p. 127.

FRATRES igitur, nulla ratione prætermittendam dilatan- Christianæ charitatis occasionem arbitrati, ablegarunt ad ıtherum, Anno 1522. Johannem Cornu Domazlicensem, Michaelem Album; qui ipsi gratularentur lumen agnitæ ritatis, & apprecarentur, ut ea sese ipsius operâ, in orbem rrarum quàm latissimè effunderet. Qui legati addiderunt si, licet satis animoso animum, & de suâ Unitate ignarum udierunt: conciliataque tunc fuit ipsis benevolentia ejus qué amicitia. Cujus Fratrum legationis, Lutherus ipse, in riptis suis ad Spalatinum, & Paulum Speratum Theologum ıentionem facit. Pag. 99.

De his Fratribus Matthias quoqué Miechoviensis, Anno 523. Cracoviæ mortuus, in Chronico Regni Poloniæ, ita ribit: *His temporibus duæ duntaxat supersunt in Bohemia secæ Hæreticæ, Hussitarum & communionis calicis, seu sub utraque ecie, pro una; & FRATRUM seu Valdensium, pro altera computata.* Starovolscius in Hecatont. scriptorum Pol.p.107. Miechov.l. 4. c.50.p.296.

An. 1523. ediderunt Fratres Germanicè Catechesin pueilem, à Luthero visam: in quâ cum scriptum legeretur; adrationem à Sacramento Cœnæ Dominicę abesse debere, ropterea quod in eo corpus Christi naturâ suâ minimè lausum esset, rogavit, ut hâc de re aliquid apertiùs conscriberent. De hâc sacramenti adoratione Lutherum scripsisse ad Fratres Bohemos, ab eo Valdenses tum dictos, quos Picardos alii vocabant, Bucholcerus testatur: additque in hoc libro primùm Martinum Lutherum meminisse opinionis Beren- Bucholc.Ind. Chron.p. 494.

Berengarii, de Cœna Domini, antequam cum Helvetiis de eâ dimicare cæpisset.

Abrah. Scult. Annal. Eccl. p. 157. Miserunt igitur Fratres alium ejusdem argumenti libellum, ad Lutherum: qui rescripsit eis Germanicè, ostendens, quid ipse hoc de Sacramento sentiret, ac sentiendum aliis censeret: quæ obscuriora in eorum scriptis existimaret, quæqué illorum instituta probaret, &c. Reperiuntur istæ Lutheri Germanicæ literæ Tomo Jenens. 2. fol. 220. Ad quæ Fratres rursus, Anno eodem, Luthero linguâ Germanicâ rescripserunt, ab ipso rogati, ut suam quoqué de ejus scripto ferrent sententiam; extant Bohemicè in archivis eorum, Latinè in Hist. Joh. Lasicii de Fratr. Boh. MS. lib. 4. Quibus ille tum acquievit, nihilqué contrà ea reposuit. In illis literis suis Lutherus, inter alia hæc scribit de Fratribus:

Tomo Jen. 2. f. 231. *Testimonium vobis perhibere volui, quòd propius accedatis ad puritatem Euangelii, quàm omnes alii, quos ego cognoverim:*

Anno 1524. missus est rursum à Fratribus Vitebergam, idem, qui ante Joh. Cornu, vir doctus, tàm Colloquii cum Luthero, quàm disciplinæ, in renascenti Ecclesia, cognoscendæ causâ. Quæ cum illic non ex voto succederet, Fratres cum Luthero toto decennio commercium intermiserunt. Is verò tum propterea, tum ex malevolorum obtrectationibus, de Fratribus suspicari, & liberiùs quædam eorum instituta carpere, in primis suis lucubrationibus, & sermonibus Convivialibus.

Anno 1532. doctrinæ suæ Euangelicæ libellum, ex Bohemico in Latinum idioma conversum, ad Georgium Marchionem Brandeburgensem, Ludovici Regis educatorem, ex consilio Conradi Kragerii à Kragek, Neo-Boleslaviæ in Bohemia Domini, Patroni sui, scripserunt. Liber hic, Tiguri primùm impressus est, Anno 1533. sed Fratribus insciis. Imprimitur denuò Vitebergæ, Martini Lutheri operâ, eodem Anno: cui etiam amicam & commendatitiam præfixit Epistolam. Quem quidem libellum ad Georgium Marchionem miserant. Quoniam autem interpretis, qui idiomatis

Abrah. Scult. Annal. Eccl. p. 411.

Bohe-

ohemici non admodum erat peritus culpâ, variabat prior à posteriore; factum est, ut tertiò librum illum, è Bohemico Latinè translatum, nempè Apologiam veræ doctrinæ Fratrum Bohem. multis in locis auctam & recognitam, publicacarent. Vitebergæ Anno 1538. In cujus Præfatione priorum editionum rationem reddunt, pag. 1. 2. 3.

Cum verò FRATRES viderent, audirentquè Lutheri in asserenda veritate profectum, & majorem ergà se propensionem, cæperunt rursus familiariùs agere, & tractare cum eo, per suos internuncios, de rebus Theologicis. Quod epistola Lutheri ad Benedictum Bavorinium Seniorem, cæterosquè Fratres Bohemos scripta An. 1535. in archivis Fratrum, & Historia Lasicii MS. lib. 4. consignata, testatur. Quæ tum quoquè Melanchton scripserit ad eundem Benedictum Bavorinium, id docet ejus epistola Confessioni Vitebergæ excusæ, addita.

Eodem Anno Fratres Bohemi & Moravi, assiduis improborum maledictis lacessiti, Confessionem fidei suæ legendam cognoscendamquè Ferdinando Regi, Viennæ 14. Novembr. obtulerunt. Quam ut in Germanicam linguam translatam legit Joh. Fridericus Elector Saxoniæ, qui tunc temporis ad Regem venerat, multis palàm verbis laudavit. Lasic. l. 4.

Anno 1536. quo fatis concessit Erasmus ille Roterodamus, missi à Fratribus ad Lutherum denuò, Johannes Augusta, atquè Erasmus Sommerfeld à Tumice, vir Equestris Ordinis, censuræ ejus gratiâ, de Confessione fidei suæ, & Apologia; redierunt domum cum literis Lutheri, scriptis Dominica post Festum Omnium Sanctorum: quibus omnia ferè illorum probabat. Comprobârunt eadem Anno 1538. Justus Jonas, Joh. Bugenhagius, Caspar Cruciger, & Philippus Melanchton. Lutherus autem, edi in lucem permissâ Confessione, præfatus est in eam. Videatur hæc Lutheri præfatio, in Confessione fidei eorum, decem annis ante obitum ejus scripta, & Vitebergæ typis excusa, per Georgium Rhau, An. 1538. recusa ibidem Anno 1573.

Anno 1540. miserunt rursus ad Lutherum Fratres, Johannem Augustam; ad Martinum verò Bucerum Argentorati ad Rhenum viventem, Matthiam Erythræum, Czerwenka dictum: tùm, ut judicium de Ecclesiis suis, & Confessione fidei, magis ac magis explorarent; tùm ut Argentinensis, aliarumque Ecclesiarum Reformat. ritus Religionis, moresque pernoscerent. Epistola Fratrum ad Bucerum, 16. Junii, Litomisliâ scripta, Buceri amicum & fraternum de rebus Ecclesiasticis, cum Erythræo, in præsentiâ aliorum Theologorum Argentinensium, Colloquium, & Responsum scriptum, exstat in Archivis Fratrum, & in Historia de Fratr. MS. Lasicii l. 4.

Ità, vivo adhuc Luthero, FRATRES Bohemi, fraternas instituebant collationes, etiam cum Argentinensibus Theologis: inter quos erat & Johannes Calvinus, Gallicæ tùm Ecclesiæ Argentinæ Minister. Pari studio scripsêre, communionem fidei Bohemis Fratribus gratulando, & in quibusdam amicè monendo, ad Johannem Augustam, Doctor Capito, & Johannes Calvinus. De quo in epistolis Calvini, epist. 371.

Anno 1542. Johannes Augusta, & Georgius Israel, Fratrum Ministri, cum Joachimo Prostiborio, viro nobili, & aliquot comitibus, profecti Vitebergam, visitârunt Lutherum, renovandæ & confirmandæ cum eo sanctę amicitiæ gratiâ. Vitebergâ discessuris, Lutherus in præsentia multorum illius Academiæ Professorum, valedixit, & per eos toti Fratrum Unitati, dextram societatis dedit, his eos allo-

Gal. 2. 9. quutus verbis: *Sitis vos Apostoli gentis Slavonicæ; ego cum meis, ero Apostolus gentis Germanicæ.* Et brevi pòst, aliquot mensibus elapsis, Lutherus ad eundem Joh. Augustam Epistolam misit; quâ societatem illam confirmat, estque in Confessione fidei Fratrum Boh. Vitebergę editâ, An. 1573. ad calcem posita.

Anno 1548. Pars Unitatis FRATRUM, à Ferdinando I. è locis quibusdam, præcipuè ditionibus Regiis, pulsorum ali-

uot centeni numero, unà cum aliquot Verbi divini Miris, sedes alibi extrà Patriam, quærere coacti sunt. Ac nulli in Majorem Poloniam, Posnaniam, Curnicum, sminum, & Samotuliam, cum suis Pastoribus, (Matthia quila, Urbano Hermone, Joh. Coritanio, Matthia Paterlo,) circa 25. Junii appulerunt: atqué ab Andrea Comià Gorka Castellano Posnaniensi & Capitaneo Maj. Polon. enerali, aliisqué Magnificis & Nobilibus viris, hospitaliter ccepti fuerunt. Cæteri rectà, cum Joh. Girkio, in Prussiam ontenderunt. Ad Fratres in Maj. Polon. commorantes, enerunt posteà, eisqué se conjunxerunt, ex eadem Unitae Ministri, circà 16. Aug. Matthias Syonius Senior, Georgius Israel, & quidam alius. Sed omnes, qui in Maj. Polon. substiterant, inde 24. Aug. in Borussiam Ducalem illos qui præcesserant, sequti sunt. Thorunii tamen, primâ Prussiæ Regię Urbe, menses aliquot morabantur, & sacra more suo, in privatis conductis ædibus, celebrabant. Ubi cives quidam utriusqué sexus, abdicata Religione Pontificia, Euangelicam, quam Fratres illi Bohemi profitebantur, amplexi sunt: idemqué fecerunt nonnulli Posnanienses, qui Nundinis durantibus, Conciones illorum frequentabant. Relicto igitur in ea Urbe novellę Ecclesiæ Concionatore, in illam Prussię partem, quam Albertus Dux tenebat, perrexerunt; ac mense Decembri, eò devenerunt. Examinatis in fide diligenter Ministris & Legatis illorum Regiomonti, 27. & 28. Decemb., cognitum est: Confessionem Fratrum Bohemorum, tunc quidem ore prolatam, antęà verò scripto traditam, ab Augustana nihil re ipsa differre. Eorum, qui examinati sunt, nomina: Johannes Szerny, Matthæus Stregicius, Georgius Israel, Urbanus Hermon, Matthias Aquila, Matthias Czerwenka, Johannes Girk, Adamus Szturm, Nicolaus Bytessius. Examinantium verò, ad id ab Alberto Duce designatorum Theologorum nomina: Doctor Petrus &c. Doctor Melchior Isinderus, M. Fridericus Staphylus, Johan. Funccius, & Johan. Taccلius Concionator Aulicus Principis.

H 2 Quo-

Quocircà magna utrinqué lætitia, sancto consensu, in doctrina sana uniuntur: permissoqué Fratribus propriorum Ministrorum Boh., & receptorum inter ipsos in Bohemia rituum usu, solenniter 13. Januarii, quæ Dominica fuit, Anno 1549. Quidzini (Germanis Marienwerder) in Templum introducuntur, ac insigni fidei & pietatis elogio decorantur.

Venerat illo tempore, Noriberga Regiomontum, Andreas Osiander Theologus: qui nactus, ex animi sententia locum, unde posset diu meditata divulgare, cœpit sensim à communi Orthodorum de Justificatione hominis, doctrina discedere. Quà ex re orta inter eum, & Vitembergenses dissensio, pacem Ecclesiarum haud mediocriter perturbavit, & convulsit Academiam Regiomontanam recentem, nempè constitutam 17. Aug. 1544. Hoc in conflictu, scriptis publicis An. 1551. excitato, judicabant Fratres ea committi, quæ Christianos dedecerent. Quare vocati ab Alberto Principe, nominatim Matthias Erythræus, (sivè Czervenka) cum Joh. Laurentio, displicere sibi hanc Theologorum pugnam dixerunt: tanti momenti Controversiam, non coràm universa ecclesia, quæ facilè malis exemplis offendi soleat; sed in Synodo virorum, sincera pietate, modestia, rerumqué divinarum peritia, insignium, componi debuisse: ubi, is qui, ab aliis spiritibus Prophetarum Prophetis se subjicientibus, erroris convictus esset; vel mutaret sententiam, vel, si in pertinacia persisteret, potestate Clavium ecclesiæ Dei, à cœtu Fidelium excluderetur. Eum morem sua in Ecclesia esse: id Christum suis præcepisse, & Paulum Corinthi fecisse. His Princeps auditis, petiit: ut etiam ipsi cum Osiandro disputarent. Quod fecerunt, Erythræus & Laurentius: ille semel, postquam vidit contumax hominis ingenium; hic sæpè multumqué. Nihilominùs perstitit in errore illo Osiander, usqué ad obitum. Qui error, regenerationem confundens cum gratuita hominis Justificatione, paucis refutatus est in Epist. à Calvino, pluribus à Theologis Vitembergen-

:gensibus. Obiit Osiander hic Regiomonti 17. Octob. 152.

Anno 1549. iidem Fratres Bohemi, Posnaniæ primùm in Maj. Polon. subinde è Borussia illuc venientes purioris Ecclesiæ fundamenta jecerunt, & Anno 1553. Ordinarium ei Pastorem Georgium Israelem dederunt. Exinde paulò post, plures aliæ in vicinia Ecclesiæ Christo collectæ fuerunt.

Anno 1557. in Moravia Slezanis Synodus habita; omnis Cleri numerus major Ducentis capitibus erat. Accesserunt è Maj. Polon. Magnates; Johan. Crotoscius, Johan. Tomicius, Raphael Lescinius, Jacobus Ostrorogus, Albertus Marszevius. Seniores erant, Johannes Augusta, Matthias Czervenka, Johan. Blahoslaus Pastor Ecclesiæ Evanczicensis.

Anno 1560. FRATRES certorum negotiorum causâ, atqué ut amicitiam & societatem piam cum Theologis Germanicarum Ecclesiarum renovarent, & quorundam malevolorum calumniis maturè occurrerent, atqué malè persuasos meliùs de rebus suis edocerent, ablegârunt Boleslaviâ Bohemorum 11. die Maji, legatos suos, viros doctos, Joh. Rokitam, & Petrum Herbertum, ad quosdam Principes, & præcipuos Theologos regionum illarum. Hi igitur, ut Göppingam, ultimis diebus pervenerunt, ubi erant Duces, Volfgangus Bipontinus, Palatinus Rheni, & Christophorus Dux Wurtembergensis ac Teccensis, Comes Montis-Beligardi, rogati ab illis, statum Ecclesiæ tàm Bohemicæ, quàm Polonicæ exposuerunt. Audierunt libenter omnia Principes, hospitium Fratribus apud se, si alicunde rursus pellerentur, polliciti. Aderat tum ibidem Petrus Paulus Vergerius, (olim Episcopus Justinopolitanus,) Ducis Wurtembergensis Consiliarius; qui, dum vixit, nihil magis optabat, quàm ut in sinu FRATRUM diem extremum clauderet, multis palàm eos ornans laudibus. Die 5. Junii, Christophorus Dux Wurtembergensis, legatis illis Fratrum responso dato, Confessionem fidei ipsorum approbavit, in præsentia Jaco-

bi Andreæ Pastoris Ecclesiæ Göppingensis, Johan. Brentii, Vergerii, & aliquot Consiliariorum; & in literis Stutgardiâ 18. Junii datis, ad Ducem Nicolaum Radzivilium Palatinum Vilnensem, ad Lucam Comitem à Gorka, & Stanislaum Comitem ab Ostrorog, FRATRES Bohemos etiam in Polonia degentes, commendavit. His expeditis, internuncii Fratrum discesserunt. Rokita quidem certis de causis in Poloniam: Herbertus verò ulteriùs ad Helveticos Theologos perrexit: & cum viris doctis Heidelbergæ, Argentorati, Basileæ cum Sulcero Pastore; Tiguri cum Bullingero, & Petro Martyrē; Bernę cum Musculo; Genevæ cum Calvino, Petro Vireto, Theodoro Beza, & cæteris Collegis eorum, de negotiis Ecclesiasticis, amicè & ingenuè contulit. His confectis, Herbertus cum literis Theologorum, affectus ad fovendam servandamquè sanctam unitatem propensissimi plenis, mense Julio, ad Fratres rediit.

Anno 1561. die 5. Jan. Johannem Laurentium, missum in Prussiam à Senioribus, ad cognoscendum statum Ecclesiarum, interrogârunt Thorunensium Concionatores ac potissimum Benedictus Morgenstern, quam ob causam Fratres, qui doctrinam probarent, Confessione Augustanâ comprehensam, non sinerent suos uti, in Ecclesia Ministerio ejusdem professionis Concionatorum? Respondit is causam ejus rei præcipuam esse, neglectum apud asseclas Confess. Augusti:, & quidem tùm in illa Urbe legitimi Ordinis, & Disciplinæ Ecclesiasticæ. Deliberaturos super hâc re Fratres, quibus eam illicò, domum reversus, relaturus sit. Tandem, post dilutas Morgensterni calumnias, quibus doctrinam eorum aspergebat, in eam iverunt sententiam Fratres: ut Auditores, quos habebant Thorunii, operâ Concionatorum loci illius in Ministerio Christi uterentur, ac ipsorum curæ subjecti essent. Velle enim se, respectu unius Euangelii Christi, & societatis Sanctæ, cum LUTHERO olim Vitebergæ initæ, cum omnibus puræ doctrinæ sectatoribus, pacem & amicitiam colerè, nec ullam occasionem scandali

in

Ecclesia dare: modò disciplinam Domini omnes, quantum ·i potest, verâ vitæ pietate custodiant. Gratum id fuit orgensterno, & Collegis ejus; qui etiam disciplinæ Ecclesticæ studium, quantum fieri posset, Auditoribus Fratrum illiciti sunt.

Consederant verò FRATRES Bohemi in Prussia pötissium Ducali, Nidburgi, Gardææ, Holstini, Regiomonti, mbrounæ, (Gilgenburg Germanis vocatur,) Dziasdoe aliàs Soldaviæ, & Quidzini, quod etiam Insula Maria-, Germanis Marienwerder/ appellatur: ubi adhuc pars empli, in quâ suo idiomate tum temporis rem divinam fabant, Bohemicum Templum nuncupatur.

In Patria tandem, sub Maximiliano II. in Regem Bohem. nno 1562. coronato, respirarunt & efflorescere iterum eperunt. Is enim oblatam sibi FRATRUM Confessiom legit, omnesquè illi subscribentes in Regiam protectiem suscepit.

Hoc Anno Slezanis Moravorum, in Synodo Fratrum, Aluthi quos Discipulos seu Lectores vocant, 77. Diaconi 51. inistri sivè Pastores 17. simul creati: & paulò antè eodem nno, Acoluthi 18. Diaconi 14. Ministri 11. Ità uno anno Clerum cooptati sunt; Acoluthi 95. Diaconi 65. Ministri 8. Numerus omnium 188.

Sic Maximilianus II. idem etiam posteà Fratribus patronium præstitit: dum Ferdinando I. Patri, Viennæ 1564. tat. 61. mortuo, hactenus jam Hungariæ & Bohemiæ Rex, Imperio successit.

Anno 1573. cum Vitebergensi Academia ejusquè Theogis, amicitiam & fraternam societatem renovârunt.

Post Annum 1574. Fratres è Prussia, alii in Patriam, alii Maj. Polon. reversi sunt: perpauci in Prussia manseunt.

Anno 1575. permisit Maximilianus II. ut Ordines Regni ib Utraquè, omnes congregati, generalem Fidei Confesonem conscriberent. Consistorii autem constituendi potestatem,

ſtatem, quam patebant, aliud in tempus diſtulit: promiſitqué, non defuturum ſe, aut certè Filium, Ordinum petitioni. Proinde tentata eſt, eodem Anno Pragæ, à Fratribus, & Auguſtanæ Confeſſionis ſectatoribus, in religione concordia: & feliciter cœpta, perfecta fuiſſet, ac uberiores fructus jam eo tempore protuliſſet: nî Cæſar, altero ab hoc Anno, 12. Octob. 1576. ætat. 49. in Comitiis Ratisbonenſibus, rebus humanis exemptus fuiſſet. Communis tamen illa & unica Fidei Confeſſio Bohemica, Anno 1575. in Generalibus Comitiis, ex ſcriptis Huſſi, & Confeſſione Fratrum, à deſignatis ad id, Paulo Preſſio, SS. Theolog. Doctore, Lipſiâ ad profeſſionem in Academia Pragenſi vocato, & Georgio Stregicio aliàs Vettero Fratrum Miniſtro, concinnata, priùs ab Academia Vitebergenſi approbata, deinde Maximiliano II. oblata, ab eo confirmata, conceſſaqué fuit.

Ex Apolog. Fratr. contrà Samuel. Martin. p. 33. 82.

Anno 1579. FRATRES ad ſacra Biblia, è fontibus Hebraicis atqué Græcis, Bohemicè vertenda, & Annotationibus illuſtranda, animum curamqué intendunt. Delecti aliquot, qui partitis inter ſe operis, rei diu exoptatę incumberent; ſumptus liberaliter ſuppeditante, Johanne Zerotinio Barone à Nameſt, Caroli & Johannis Dionyſii Patre. Quos inter, primas tenuerunt partes, Hebraicæ linguæ periti, M. Albertus Nicolaus Sileſius, & Lucas Helicæus Polonus Poſnanienſis, Patre Judæo baptizato natus; Joanne Æneâ Seniore; Eſaiâ Cæpollâ, Georgio Stregicio ſivè Vettero Conſenioribus; Johanne Ephraimo, Paulo Jeſſenio, Johanne Capitone, Miniſtris literatis eos juvantibus. Prima pars ſivè Pentateuchus, 29. Maji abſolutus, eodemqué Anno, in quarto editus eſt: quod opus ſimul atqué vidit Epiſcopus quidam Pontificius: Certè, inquit, hic labor nec idiotarum eſt, nec parvarum virium humanarum: Secunda pars, Anno 1580. in lucem prodit: Tertia An. 1582. Quarta 1587. Quinta 1588. Sexta, Novum Teſtamentum etiam cum Annotationibus, prioris editionis, operâ potiſſimùm Johan. Niemchanii Senioris, 1593. poſterioris editionis correctiùs & lo-

cupletioribus Annotatis illustriùs, studio Zachariç A-
is Senioris, An. 1601.
ab Rudolpho II. Imp. Patris Maximiliani successore, Ca-
arium Gregorianum An. 1582. introducitur.
c Scholæ, Ecclesiæ & Reipubl. seminaria, ne Fratribus
emis deessent, constitutum est in Synodo Boleslavien.
1584. ut solenniores penes ipsos Fratrum Seniores so-
ntur: in Bohemia, una Boleslaviæ; in Moravia aliæ, tùm
nczicii, tùm Prerovię. Evanczicii ab Anno 1575. ali-
ndo vixit Exul Esromus Rudingerus Professor olim Vi-
rgensis: ibidemqué apud Fratres Paraphrasin in Psal-
prælegit, cum Scholiis & Protheoriis, An. 1579. abso-
m: quæ posteà Jacobi Monavii cura, Gorlicii An. 1581.
is exscripta est. Ea Psalmorum per Paraphrasin, Scho-
ué ac Protheorias, de singulorum, quando scripti sint,
pore & occasione, Explicatio ab eruditissimis viris cen-
ır digna, quæ vel maximis Commentariis præferatur.
omus hic *scripsit* Narratiunculam de Ecclesiis Fratrum,
no 1579. quæ extat apud Camerarium in libro de Frat.
.. Author etiam est libelli, de Origine Ubiquitatis, An-
1597. Genevæ editi. Idem, occasione Cantionum Bo-
icarum, Ambrosio Lobwassero autor fuit, ut Psalmo-
Paraphrasin Germanicam illam adornaret, ad rhythmos
licos. Quæ passim posteà in Ecclesiis Reformatis Ger-
icis usurpari cœpit. Latitant ejusdem viri meditationes,
d viros quosdam eruditos, lucemqué ut videant, optan-
n esset. Ibidem, Anno 1591. Amandus Polanus SS.
col. Doctor, nomen suum profiteri voluit inter Mini-
os Fratrum. Cui Fratres significarunt, gratissimum id
fore: sed perpenderet prius, Fratres in paupertate vitam
re, nec ullos habere reditus. Is quum per biennium in- In Rat. disci-pl. U. F. B.
Fratres vixisset, dicere solitus fuit: alios habere plus
coriæ Christianismi, Fratres plus Praxeos.
Anno 1609. Rudolphus II. Imperator, Maximiliani II.
ius, Ordinibus Regni sub utraqué, sivè Evangelicis Con-
I sisto-

ſiſtorium inferius, Academiamqué arbitrio eorum, prout etiam antiquitùs ad illos pertinuit, reformandam tradidit; additâ Conſtitutione publicâ,(quam Majeſtatis literas nominant,) quâ donationem illam confirmavit,& Templa Scholaſqué ab Euangelicis vel poſsideri, quas poſsident, vel exſtrui ubi opus, ubiqué permiſit: affligi quenquam Religionis nomine, etiam è ſuis, Catholicorumqué Procerum, imò & Eccleſiaſticorum ſive ſpiritualium ſubditis, vetuit: futuros Reges Succeſſores ſuos, ad hæc ſanctè obſervando obſtrinxit: & deniqué Ordinibus Defenſores, libertatis hujus cuſtodes, è medio ſui eligendi, facultatem conceſsit.

Poſt impetratam igitur & obtentam Conſtitutionem publicam, ſivè literas illas Majeſtatis, Ordines Euangelici proprium Conſiſtorium Eccleſiaſticum, & Academiam Pragenſem, ex ſuis hominibus, conſtituunt; novaqué tàm in Urbe, quàm extrà Urbem Pragenſem, Templa exſtruunt. Renovatio hæc Conſiſtorii ab Ordinibus Euangelicis, primùm facta eſt, 7. Octob. 1609. Primus in Conſiſtorio renovato, Adminiſtrator fuit Elias Schuda ſivè Scudus Calixtinus. Alter, Sigiſmundus Crinitus Lutheranus ſeu Auguſt. Confeſſ. Tertius & poſtremus Georgius Dicaſtus Helveticæ Confeſſionis. Ex Unitate Fratrum, Adminiſtratoris Collega proximus fuit, primò Matthias Cyrus Senior; deinde Johannes Cyrillus. Huic Fratrum Unitati, Pragæ Templum Bethlehem dictum, tanquam veræ Huſſi progeniei, conceditur: qui alterius quoqué Germanici & Bohemici, propè Templum Germanicum ad Salvatorem, in antiqua Urbe Pragenſi, 27. Julii fundamenta jaciunt. Templorum valvis affigebatur paſſim:

Templa patent, Leo latus ovat, firmante Rudolpho,
Quam dederas Fidei, Maximiliane, fidem.

Crevit ità purior Religio, ſublato paulatim Pſeudo-Huſſitiſmo,nempè Calixtinis,per totum Regnum: ut vix centeſimus quiſqué ſupereſſet, qui non Euangelicam profiteretur doctrinam.

Anno

Anno 1618. Assessores Consistorii Pragensis, erant isti numero XII.

1. Georgius Dicastus Administrator.
2. Johannes Cyrillus Consistorii, idemqué Unitatis Fratrum senior.
3. Helvicus Garthius SS. Theolog. Doctor.
4. Adamus Clemens. 5. Johannes Rosatius.
6. M. Victorinus Verbenscius. 7. M. Samuel Martinius.
8. Johan. Corvinus U. F. Consenior.
9. Paulus Fabricius U. F. Consenior.
10. M. Johannes Campanus } Academiæ Pragens. Professores.
11. M. Nicolaus Troilus.
12. M. Jacobus Zabonius.

Sed tam felix Patriæ Ecclesiæqué status, non diu duravit. De quo plura leges Tomo II. De persequt.

Anno 1627. & maximè 1628. egressi sunt, quibus cœlestia præ terrenis cordi erant, hæreditariis suis relictis sedibus, possessionibus cunctis, aliquot centeni utriusqué sexus, hinc inde, in Misniam, Lusatiam, Silesiam, Marchiam Brandeburgicam, adeoqué in Belgium ipsum Confœderatum, dilapsi; nonnulli in Transylvaniam, Hungariam, Poloniam, Lituaniam, Prussiam, Russiam commigrârunt. Ubi, præsertim inter eos, apud quos olim Ecclesiarum suarum colonias plantaverant & propagaverant, pias Unitatis suæ Fraternæ reliquias, licet extrà solum natale, ad ea usqué tempora, prisco illo ordine, ritibus ac disciplinâ gubernant, fovent, atqué conservant.

Ea verò Ratio Disciplinæ Ordinisqué Ecclesiastici in Unitate Fratrum Bohemorum, è Bohemico Latina facta, exstat Typis exscripta, Anno 1633. cum annexis de illa, ad calcem libri, præclaris quorundam magni nominis Theologorum testimoniis; nempè, Lutheri, Philippi Melanchtonis, Buceri, Pauli Vergerii, Bezæ, Zanchii, Oleviani, Zachariæ Ursini, Davidis Chytræi, Petri Martyris, Johan. Calvini, Volffgangi Musculi, Amandi Polani, Abrahami Buchol-

ceri. Quibus adde sequentia:

Andreas Fricius Modrevius, de Republ. emendanda, lib. 4. de Eccles. cap. 28. Edit. 1559.

„ *Sunt populi in Bohemia, cognomento* FRATRES, *quos* „*alii Picardos, alii Valdenses vocant. Apud eos, ferunt, o-* „*mnibus interdictum esse commessationibus ac ebrietatibus, Cho-* „*reis, ludis chartarum & talorum, &c. Violatores hujusmodi in-* „*terdicti, post unam & alteram admonitionem, ex cœtu ejici,* „*communione omnium rerum privari: nec prius cœtui restitui, nisi* „*pœnitentiæ signa publicè dederint. Cum igitur natum sit compa-* „*ratum, ut homines in perpetuo otio vivere non possint: nec Fra-* „*tribus, ob hujusmodi interdictionem, fas sit, animum ad ludum* „*& res ludicras adjicere: ex hâc re fieri, ut diebus negotiosis, in* „*laboribus operum sese exerceant; sacris autem, in ædes alicujus* „*confluant, & alii legant, (habent enim libros sacros suâ linguâ* „*conscriptos, multique illorum nôrunt literas,) alii audiant. Ac* „*propterea inter eos esse, & artifices rerum multarum optimos, &* „*permultos in literis sacris eruditiores, quàm sint apud nos multi* „*sacerdotum. Neque illud est reticendum, esse in eorum Ecclesiis* „*institutum: ut peculiares creentur ministri, qui infirmos invi-* „*sant; eique operam tribuant, vel docendo, vel consolando, vel a-* „*lia officia præstando. Quid simile apud nos? multi homines pa-* „*làm impurè & flagitiosè viventes, accedunt statis temporibus ad* „*Presbyteros, tùm Confessionis, tùm Sacræ Cœnæ causâ. Cumque* „*id annis recurrentibus faciant, nec ulla in eis vitæ emendatio ap-* „*pareat: tamen nullo negotio, & absolutionem à peccatis obtinent,* „*& in Communionem Cœnæ Domini admittentur.*

Joh. Lasicius, in Historia de Fratribus Bohem. lib. 7.

„ *Anno* 1581. *Argentorato domum rediens, deflexi nonnihil* „*ex itinere ad Fratres Boleslaviam atque Pragam: quorum* „*eo tempore Senior erat Iohān. Calephus, gravis & severus, ut* „*sunt omnes. Certè lustrando diligenter singulas, atque de omni-* „*bus percontando, videbar mihi in Ecclesia Ephesina, vel Thes-* „*salonicensi, seu quavis alia Apostolicâ fuisse, oculis ea intuens,* & au-

„*& auribus hauriens meis, quæ legimus in scriptis Apostolicis, E-*
„*pistolis Ignatii Martyris, S. Martialis, Iustini Apologiis, A-*
„*pologetico Tertulliani.*

Henricus Altingius SS. Theol. Doctor, & Professor in Academ. Groningensi.

„ *Ordinationis vestræ Ecclesiasticæ, quæ rebus integris apud vos obtinuit, synopsin legi cum voluptate, aliisque legendam dedi, etiam Politicis. In quâ etsi non pauca diversa sint à ritibus Ecclesiarum nostrarum, prout esse oportet pro diversâ indole genioque hominum: tamen illud præ cæteris placuit, quod omnia ad pietatem & Ordinis sacri debitam venerationem, video esse singulari curâ accommodata, &c.*

CAPUT XII.

De Calixtinis, puriorem doctrinam, in Bohemia & alibi, ab Anno 1517. continuantibus ad Annum 1650.

PRagâ Bohemorum, mense Octobri Anno 1519. Hussiti- ci sive Calixtini Sacerdotes, scribunt ad Lutherum, cumqué adhortantur ad constantiam & patientiam, & esse hanc Theologiam puram, quam doceat, affirmant. Tomo 1. Epist. Lutheri p. 210. Scultet. Annal. Eccl. Decad. 1. p. 43.

Lutherus quoqué ad Bohemos, tertio Kalend. Augusti Anno 1522. dat literas, quibus gravissimè eos ad constantiam in agnitâ veritate cohortatur: & ne vanâ spe pacis, ab Evangelicâ puritate rursus deficiant, ad Pontificios, dehortatur: ne reos se faciant innocentis sanguinis Joannis Hussi, & Hieronymi Pragensis. Tomo 11. Epist. Luth. p. 85. Sculter. Annal. Eccl. p. 114.

Ità Calixtinorum etiam in Bohemia nonnulli, excitato in Germania Luthero, velut expergefacti, non modò puriorem, quam hactenus amplecti cæperant, Euangelii doctrinam continuare; sed & Ministrorum ordinationem, Vitebergæ potiùs, quàm Romæ quærere, animum induxerunt. Joan. Sleidan: de statu Relig. l. 3. fol. 42. 43.

Sed huic proposito quædam obstitêre difficultates: idqué hâc occasione. Anno 1524. mense Januario, Ordines Bohemiæ

hemię & Moravię, magno numero Pragam collecti, convocatis etiam Ecclesiarum Pastoribus, (inter quos fuerunt, è Moraviâ, Paulus Speratus, & Benedictus Optatus, purioris doctrinæ asseclæ,) Academiæ verò Magistris præsidentibus, xx. Articulos Reformationis quodammodo prodromos, concluserant. Inter quos isti: Si quis Euangelium, absqué humanis additamentis docere vellet, prohibendum non esse. Missas venales quæstui servientes, abrogandas esse. Elevationem Monstrantię paulatim dedocendam: Consecrationes herbarum, & superstitiosos similes ritus, intermittendos, &c. Ac præfecerant jam Consistorii Pragensis Administratorem sub Utraqué Anno 1523. M. Gallum Czaheram, ad Lætam Curiam Palæo-Pragæ, hominem Luthero familiarem: qui Vitebergæ aliquandiu vixerat, & Lutherum publicè, tanquam insigne Dei organon, deprædicabat, eiqué ad Pragenses, de Ministrorum Ordinatione, scribendi autor fuerat. Spes igitur fuit cuivis bono melioris Ecclesię status magna; sed illa brevis. Nam paulò post, offensam Regis Ludovici declinaturus, ad Calixtinorum ingenium rediit, & in Comitiis ejusdem anni, mense Julio celebratis, Articulos prioribus contrarios vulgare, Compactatorum renovationem urgere, inqué Regis & Pontificiorum gratiam, furiosè Reformatos persequi cœpit. De quo Tomo II. de Persequt.

Stranski Reip.Boh.c. 6.p. 239.

Scultet. Annal.Eccles. p. 271.

Succedebant porrò Calixtinis in Bohemia & Moravia, non solum Lutherani sivè Augustanæ Confessionis; sed etiam Helvetici seu Helveticæ Confessionis socii. Lutherani passim; Helvetici in Ditionibus Nobilium & Civitatibus quibusdam, cœtus suos habebant, & sacra Ministeria, videlicet Pragæ, Cuttenbergæ, Reginæ-Hradecii, Zatecii, Lunę, Czaslaviæ, Litomierzicii, &c. In Bohemia: Trzebici &c. in Moravia. Utriqué loca & templa Calixtinorum occupabant, & in plerisqué, ritus eorum externos sequebantur. Omnes autem isti Euangelici, tàm Fratres, quàm Calixtini; iiqué posteà alii Lutherani, alii Helvetici, nominabantur

vul-

vulgò sub Utraqué, nempe specie Cœnâ Domini utentes: eoqué titulo à Pontificiis, qui sub Una, discriminabantur.

In Consistorio Pragensi, tres erant ex Unitate Fratrum Ministri; Lutheranis majori ex parte constabat illud Consistorium. Nam & Calixtini in eorum castra transibant. Helvetici pro suo Dicastum Administratorem agnoscebant: &, qui anteà Servestam Anhaltinorum ordinandos mittebant, Pragæ id, in Consistorio obtinebant. Archidecanus, Ecclesię Cuttenberg. Antistes, more antiquo apud Pontificios & Calixtinos recepto, vocabatur: qui Nobilitati vicinæ Ministros, alibi ordinatos suppeditabat. Nam Calixtini, quibus Cuttenbergæ & alibi, Magistratus arbitrio, Lutherani vel Helvetici surrogabantur, gaudebant libertate & privilegio ab Archiepiscopo concesso, vocandi Ministros unde liberet. Quam libertatem Magistratus, puriorem amplexus doctrinam sequebatur.

Schola Cuttenbergæ, Anno 1595. nova erigitur, Rectore constituto Viro docto M. Augustino Lucano Suidnicensi.

Dispersi & hi, ab Anno 1628. tàm Lutherani, quàm Helvetici, extrà fines Patriæ, suas quæsiêre sedes. Illi inter suæ fidei professores; isti partim Fratribus Exulibus, partim aliis Reformatis conjuncti, asylum atqué refugium, Deo clementer providente, invenerunt.

CAPUT XIII.

De Reformatione Ecclesiarum, in POLONIA & Magno Ducatu LITHUANIÆ continuata ab Anno 1500. ad 1650.

DEnsis errorum ac superstitionum tenebris, ut alibi, ita & in POLONIA, lumen veritatis illatum obscurantibus, Vulgus ambulavit in simplicitate cordis sui, & Sathanæ profunditates, quibus maximè à Christo receditur, non cogno-

cognovit. Multis idem, quod ducentis illis Hierosolymitanis in Absalomi contrà Patrem conspiratione, accidit: qui Conjuratorum turbam sequti sunt, euntes simplici corde, & causam penitùs ignorantes. Erant ut oves, non habentes Pastorem. Plærique solum Deum colebant, & in solâ ejus misericordia, solâque Christi morte, totam suam ponebant fiduciam: juxtà præceptiones illas & quæstiones, tum infantibus baptizandis, tum adultis morientibus, Deo pro sua sapientia, rem ita disponente, proponi solitas. Infantibus hoc præcipitur, circà Baptismum: *Sume fidem cœlestium præceptorum; Talis esto moribus, ut Templum sancti spiritus jam esse possis; Ingressusquè Ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis latus agnosce: HORRESCE IDOLA, RESPUE SIMULACRA, cole Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Filium ejus, qui vivit & regnat cum eo, & spiritu sancto in æterna secula seculorum, Amen!* Adultis vero moribundis, hæc inculcantur: *Credis, non aliter te posse salvari, nec vitam æternam ingredi, nisi per meritum Passionis Domini nostri Iesu Christi? Etiam. Pone ergò totam spem & fiduciam tuam, in eâdem acerbissima passione & morte Christi: Huic morti te totum committe, nil dubitans aut desperans de misericordia Dei: In nulla alia re fiduciam habe; hâc solâ Christi morte te totum contege, totum immisce te in hac morte, totum confige; in hâc morte totum involve. Etsi Dominus Deus voluerit te judicare, dic: Domine, Mortem Domini nostri Iesu Christi objicio, inter me & tuum judicium, aliter tecum non contendo: ipsius meritum offero pro merito, quod ego debuissem habere, nec habeo,* &c. De quibus legat, qui volet, in Agenda sivè Obsequiali, secundum rubricam Ecclesiæ Metropolit. Gnesnens. Editâ Anno 1503. Ipsiæ, fol. 3. 20. Cracov. 1605. in Operibus Hosii Cardinalis Confess. Petricov. cap. 73. fol. 137. b. Huc facit ejusdem argumenti, etsi recentior precatio Stanislai Hosii Cardinalis, Episcopi Varmiensis, in Operibus ejus lib. 5. Confut. Prolegom. Brentii, pag. 315. b. 316. a. descripta: & hinc in Catholico Precationum selectiss. Enchiridio, concinnato per M. Simo-

1 Sam. 15. 11.

Marc. 6. 34.

M. Simon Verepæum, excuſo Antverpiæ, An. 1614. cap. 5. pag. 18. in Corona B. & immaculatæ Virg. Mariæ, cum Orationibus & Meditationibus, ſecundum normam Fr. Minorum S. Franciſci de Obſerv., impreſſa Cracoviæ, 1617. recuſa 1631. pag. 165. 166. 167. *Caro tua ſumus, ô Iudex vivorum & mortuorum, &c. Si merita à nobis requiris, ecce proferimus tibi meritum Paſſionis tuæ, meritum Crucis tuæ, meritum mortis tuæ: Hæc ſunt merita noſtra; hæc interponimus inter nos, & inter judicio tecum contendere recuſamus; de quo ſolenniter* PROTESTAMUR.

Reperiebantur quoque, circa illa tempora non pauci, qui Reformationem Eccleſiarum, per Huſſum ejuſque ſectatores in Bohemia factam, arripiebant. Inter ipſos Sacerdotes erant, qui adminiſtrabant Cœnam Domini, etiam Laicis ſub Utraque ſpecie. Teſtatur id Andreas Fricius Modrevius de Republ. emendandâ, Tractatu I. de Cœna Domini, An. 1558. ſcripto, pag. 599. *Adhuc, inquit, vivunt qui Adamum quendam Preſbyterum, Creſlai Curoſvancy Epiſcopi Vladiſlao, procuratione, exuſtum meminerunt; propterea, quod ſpeciem utramque Sacramenti Laicis dederit.* Obiit autem Epiſcopus iſte, Anno 1503.

Seculo decimo quinto finiente ſeu Anno 1500. Nobilitas Majoris Poloniæ, Poſnaniæ congregata, juxtà Parochiale Templum, vehementer urſit reſtitutionem Calicis in Cœna Domini à Sacerdotibus: ut omnibus ſub Utraque ſpecie Euchariſtia præberetur. Allegabat inſtitutionem Chriſti, morem primitivæ Eccleſiæ, exemplum Bohemorum: minabaturque arma, & Decimarum ademptionem, nî obtineret. Sed Epiſcopus Poſnanienſis, in ſpeciem propoſitum eorum laudans, ac monens, ordinem ſervarent, ſe id à Pontifice facilè impetraturum, totam rem eluſit. Hæc, ex ore Martini Granovii, centenario majoris, & aliorum, audita refert Simeon Theophilus Turnovius, in ſpeculo Relig. Chriſtianæ, in Polonia & Lituania, Polonicè edito An. 1599. & in adjuncta ejus Apolog. Artic. 6.

Non defuiſſe, in hac captivitate ſpirituali Babilonica,

pias apud Polonos animas gementes, docet Epistola Bernardi Lublinensis, ad quendam Simonem Cracoviensem Bibliopolam, Anno 1515. scripta, & in Catalogo Testium „Verit. lib. 19. p. 1939. 1940. relata; *Nuper Dominus Jo- „annes Pilsensis attulit mihi Chronicam Bohemorum, &c. Visa „mihi sunt judicia Domini abyssus multa, & extrà Euangelium, „nullas omninò constitutiones esse curandas, &c. Quod si verum „est, debere immutari celebrationem Paschæ, novumquè Calenda- „rium constitui: quis dubitabit, & in aliis Romanos potuisse er- „rare, & fortè aliorum meliores ritus sine causâ damnasse? &c. „Qui discursus si peccato nos obnoxios facere debeat, quàm in ar- „cto miseri Christiani positi sumus, quibus etiam comperta verita- „ti, per decreta hominum, assentiri non liceat? &c. Ego verò „in his malis unicum refugium habeo, ut potissimùm Christo cre- „dam, & in eo totam spem reponam, &c.*

Accensâ, in vicina Germania, Euangelii luce, per Martinum Lutherum, Anno 1517. & alios, in diversis locis, puriorem Christi doctrinam populo tradebant, circà Annum 1525. doctores Euangelici in Polonia; Martinus Glossa Magister studii Cracov., Joannes Seclucianus, Samuel Monachus Dominicanus, Johannes Cosminius 1542. Laurentius Prasnisius, 1544. Felix Cruciger Scebresinus, in Ecclesia Niedviedzensi, 1546. Jacobus Silvius in Ecclesia Chrencicensi, 1547. &c.

Joh. Lasicius in Apologetico adverf. Anton. Possevinum. p. 15.

Apud Lituanos ab Anno 1539., Lutheri Sectatores ex Germaniâ, vestigium posuêre, autore quodam Abrahamo Culva Theologiæ Doctore; qui in urbe Vilnensi Scholam aperuerat, in qua 60. Discipulos erudiit.

An. 1548. Fratres Unitatis, à Ferdinando I. ex Bohemia pulsi, venerunt in Maj. Polon. in quâ Ministri ipsorum docere cœperunt veritatem cœlestem solenniùs, quam ulli ante hâc, exemplumquè cultus divini, in cœtu suo Bohemico, Polonis ostenderunt. Et licet inde, mandato Regis exacti, in Borussiam, sese Ducalem contulissent: quidam tamen eorum, valetudinis curandæ gratiâ, Posnaniam reversi, purioris

oris Ecclesiæ fundamenta illic jaciebant: donec Anno 1553. Ecclesiam dictam Confessionis Bohemicæ, palàm erigerent.

Paulò post Ministri Confessionis Augustanæ ex Germania, & Confessionis Helveticę ab Helvetiis, origine Religionis reformatæ, & ceremoniarum, sumptâ; idem Euangelium annunciare, & in toto Regno Ecclesias Euangelicas passim aperire cæperunt.

Protinus & in Lituania, lux hæc Dei clarè affulsit.

Et quidem Anno 1553, reversi ex Maj. Polon. à Jacobo Ostrorogo, in terram Cracoviensem, Felix Cruciger & Franciscus Stancarus, quam illic non effecerant, ordiri Ecclesiarum reformationem, in Minori Polonia tentarunt; sed illa lentè nimis succedebat. Georg. Israel in Hist. de Eccles. Maj. Pol. MS.

Anno 1554. Stancaro, ob hæreseos de Mediatore Christo suspicionem derelicto; Cruciger ab Ecclesia novella electus & constitutus Superattendens, moliebatur porrò, cum quibusdam suis Reformationem. Ast, nullum aliarum Ecclesiarum Reformatarum exemplum sequti, nihil dum præstitêre. Intereà quidam relatione acceptâ, Fratres Bohemos in Maj. Polon. Verbum Dei prædicare, Ecclesiam Christi colligere, ordine jam pridem in Unitate Fratrum Boh. usitato & comprobato, autores fuerunt: ut Felix Cruciger cum suis Ministris, per literas à Jacobo Ostrorogo petierint, dari sibi copiam aliquorum Fratrum Bohem. ad Colloquium, de rebus Ecclesiasticis instituendum. Venerunt igitur 24. Martii Anno 1555. in pagum Chrencice Minor. Polon. ad Synodum delegati Fratrum; Georgius Israel, & Johan. Rokita. Atqué hoc primum fuit Ministrorum ex utraqué Polon. congregatorum Colloquium. Moxqué eodem Anno 1555. Euangelici Min. Polon. è Districtu Cracov. Goluchoviam in Major. Polon. ad Raphaëlem Comitem Lescinium profecti sunt, ad continuandam de Ecclesiæ negotiis collationem, cum aliis Maj. Polon. Ministris. Comparuerunt: Felix Cruciger, Alexander Vitrelinus, Andreas

ſlavienſis, Johannes Tomicius Caſtellanus Rogoſnenſis, Jacobus Comes ab Oſtrorog, Albertus Marſevius, Petrus Grudziecius, &c, Ex Minori Polon. Staniſlaus Laſocius Succamerarius. Lencicienſis, Hieronymus Philippovius, Andreas Triceſius Poëta, &c.

Duravit iſta Synodus, decem dies, à 24. Auguſt. ad 2. Septemb. in quâ Confeſſio fidei Fratrum Bohem. cum Apologia, Ratio Ordinis & Diſciplinæ Eccleſiaſticę, Catecheſis, Cantiones ſacrę, cæteraqué eorum ſcripta lecta, audita, examinata, percepta, & comprobata fuerunt omnia: in eamqué Fratrum Bohemorum Unitatem, datis ſibi mutuò dextris, ultimâ Auguſti congregati in Templum, abſolutis ſacris precibus, Euangelici Minoris Poloniæ, tranſierunt: ac ſequenti die, 1. Septemb. qui erat Dominicus, uſu Cœnæ Dominicæ, unà cum ipſis confirmârunt. Ibidem, inter alios ſacros Actus, ſacro ſunt initiati Miniſterio, quidam è Fratribus, more ac ritu ipſis uſitato; Johannes Laurentius, Johan. Rokita, Johan. Petraſius, Georgius Philippenſis, & Stephanus Bydſovius.

Conjunctionem iſtam cum Fratribus Bohemis, gratulati ſunt Polonis, Joh. Calvinus, in Epiſtola ad Johan. Carnieſcium: Wolfgangus Muſculus, ad Miniſtros Polonicos Epiſt. Anno 1556.

Eodem Anno 1555. in Comitiis Regni Petricovię, Nuncii terreſtres, ex Provinciis ſuis, poſtulârunt Concilium Nationale.

Circà modum illius, Euangelici in eam ibant ſententiam;

1. Ut Concilii Præſes ſit Sigiſmundus II. Auguſtus, Rex Poloniæ.

2. Judices ut ſint pii ac Chriſtiani aliqui Principes, quos Regia Majeſtas, etiam ex aliis Regionibus, advocare poſſit.

3. Norma dijudicandarum Controverſiarum, ſola ſit S. Scriptura, per collationem locorum & dictorum ejus.

4. Partes sint, tum Euangelici Theologi, cum suis asseclis; tum Episcopi Pontificii, cum suis.

5. Doctos viros, ab exteris Germaniæ partibus, esse convocandos, in Controversiis de Religione expeditissimos; nempè, Johan. Calvinum, Philippum Melanchtonem, Theodorum Bezam, Eustachium Quercetanum, &c. Nec non Johannem à Lasco, Patritium.

6. Confessionem Fidei edendam esse, pro majore autoritate Concilii, & confirmatione veritatis Christianæ.

Petri Suavis Polani Hist. Concil. Trid. l.5.p.465.

In eam rem, in Concilio Tridentino, Anno 1556. Sigismundi II. Augusti, Regis Poloniæ Legatus, Regis sui Regniqué nomine, exhibuit Paulo IV. Pontifici Rom. quinqué postulata: 1. *De Missâ, linguâ Patriâ ac populari celebranda.* 2. *De Cæna Domini sub Utraqué specie percipienda.* 3. *De Sacerdotum Conjugio.* 4. *De Annatarum solutione tollenda.* 5. *De Concilio ejus Nationis, ad abusus ibi reformandos, & opiniones varias in Religione conciliandas, convocando.* Sed hæc ille postulata impatienter audivit, & acriter in horum singula, seorsim repetita, invectus est. Imò dum cognovisset Pontifex Rom. in Polonia hoc agi, ut Nationale Concilium cogeretur, in quo de repurganda doctrina, dequé tollendis abusibus, deliberationes essent, id ille nullo modo sibi ferendum ratus, mittit ad Regem Polon. Aloysium Lipomanum, qui consilia illa impediat. De quo Pauli Vergerii Episcopi quondam Justinopolitani, videri potest Epistola, quam ad Sigismundum II. Augustum Poloniæ Regem, Anno 1558. dedit. Ubi inter alia, scribit: Illud, quod est gravissimum, reverenter moneo, me scire, nonnullos esse, qui sibi persuadent, posse rationem inveniri, quâ & verus Dei cultus, quem nos urgemus, retineatur, & tamen Paparum obedientia non excutiatur. Ego verò affirmo, quod errent toto cœlo, qui ita sentiunt. Nulla enim potest esse luci communitas cum tenebris; nulla Christo cum Beliale concordia: ut Apostolus inquit.

2 Cor.6.14.15.

Ità contrà nitentibus, Pontif. Romano & Sacerdotibus Pontificiis, omnis de hoc Concilio consultatio irrita fuit.

E Scholis porrò vicinis, domum redibant Poloni, Religione purâ imbuti. Quod ipsum quidam asserit: Cum restitueretur, inquit, lux Euangelii in Saxonia, his postrẽmis temporibus, primùm doctrina reformata, in Silesia Goltbergæ publicè est proposita: cumqué ibi Schola cresceret cum Ecclesia, celeriter factum est, studio & diligentia Valentini Trocendorfii: ut rectè institutis his, qui ex vicinis locis mittebantur, semina repurgatæ doctrinæ, in Silesia & vicina Polonia, feliciter passim spargerentur. In hac Schola hausit Euangelii doctrinam, mox à teneris, & receptam constanter tenuit, inter alios è Polonis, Raphael Comes à Lesno Palatinus Brestensis Cujaviensis, & pòst Palatinatu ultrò, quò meliùs de Republ. mereri posset, deposito, Castellanus Sremensis: quem in Religione Orthodoxa sequti sunt; Andreas Palatinus Brestensis Cujaviensis, Filius; Raphael Palatinus Belsensis, Nepos; Andreas Palatinus Derpatensis, Raphael & Uladislaus Palatinidæ, Pronepotes. Explevit supremum diem hic Valentinus Trocendorfius, numerosissimę Goltbergensis in Silesia Scholæ, 30. amplius annorum Rector, Melanchtonis felix imitator, & severus custos disciplinæ Scholasticæ, oppressus apoplexia 26. April: Anno 1556. Huc quoqué nonnihil consulerunt Studiosi Academiæ Cracoviensis, ob cædem aliquot commilitonum Anno 1549. circiter Cal. Junias, ex Urbe egressi. Nam pars in Germaniam, pars in Prussiam, atqué Bohemiam, partes Lutheri auxerunt, doctrinamqué illius in Polonia, reversi confirmârunt: teste ipso Orichovio, qui tragœdiam illam & motus Scholasticos narrat.

Laurent. Ludovicus in Præfat. Precat. Trocendorfii. Erasm. Gliczenerus in Apologia Confœd. Regni Pol.

Bucholc. Ind. Chronol.

Orichov. in Annal. p. 43. 48.

Johannem Drohojovium Episcopum Cujaviensem, quam jam ante cognoverat, veritatem divinam, in agone mortis, palàm & constanter professum esse, Anno 1557, testatur Andreas Fricius Modrevius, qui ipsi tum præsens adfuit Volboril.

Damalevicz in Vitis Ep. Uladisl. p. 389.

Fricius de Libero Arbitrio cap. 7. p. 92.

Nec 93.

Nec malè inter alios persuasum fuisse de Religione Euangelicâ, Jacobum Uchanium Episcopum Uladislav., posteà Archiep. Gnesnens. imò & Regem ipsum Sigismundum II. Augustum; cognoscet, qui legerit Calvini Epistolas ad Uchanium Epist. 272. ad Regem Epistolam 190. & 218. Uchanius ideò à Paulo IV. Pontif. Rom. correptus, nihilominus Concilio Tridentino recipiendo in Polonia, contrarius extitit.

Damalevicz in Vitis Episc. Ulad. p. 398. 399.

Leonhardus etiam, Episcopus Camenecensis, probare se Lutheri scripta ostendebat.

Bielseius junior l. 5. p. 599.

Paulò ante Stanislaus Carncovius, Joh. Drohojovii Episcopi Cujaviensis Cancellarius, posteà Archiepiscopus Gnesnensis, ex Italia in Poloniam reversus, post illam infelicem Francisci Spirę, à veritate Euangelii defectionem, apud quem sæpè cum multis fuit, non modo multa, de isto Spira referebat, verum etiam epistolam Pauli ad Galatas purè enarrabat Volborii Anno 1550, audientibus Episcopo Drohojovio, & Fratre ejus Stanislao, Andrea Fricio Modrevio, Luca Pactorovio, pluribusqué aliis è Nobilitate. *Mirabar ego,* inquit Lasicius, *adolescens, nondum verâ luce collustratus, novum dogma de Christo, & hominum credentium in ipsum justitiâ.* Stanislaus verò Orichovius, Canonicus Præmisliensis, cœlibatum Sacerdotum oppugnavit, ipse Anno 1551. Uxorem duxit, ac eo nomine apud Samuelem Macicovium Episc. Cracov. defendit se liberrimâ Oratione. Quo de argumento exstant ejus elegantissimæ Orationes, contrà Siricium Papam, Basileæ evulgatæ. Sed enim is posthàc supplex Papæ factus, damnavit eam, quam Vitembergę perceperat, de Religione sententiam, lautioris conditionis causâ, tribus ante obitum annis, misere à Satana vexatus.

Lasicius de Fr. Bohem. libro.

Non abs re igitur Cichocius ait: *Profectò, illis temporibus, res Catholicorum ferè deplorata erat, cum in amplissimo Senatu, vix unus atqué alter, præter Episcopos reperiebatur.* In Senatu Lituanico, præter duos Episcopos, vix unus aut alter, repertus fuit. Ex Patzorum etiam familia, quidam Episcopus Kijovien-

Caspar Cichocius Canon. & Parochus Sendomir. in Alloquiis Osiecens.

jovienſis Euangelicam, (Lutheranam Cichocius vocat) ſectam, potiùs quàm Catholicam, profiteri maluit. Georgius Petrovicius, Samogitiæ Epiſcopus, penitus deſciverat ad Lutheraniſmum, teſte Piaſecio Chron.p.49.

Ità plurimæ ac præſtantiſſimæ è Nobilitate familiæ, in utraquè Polonia, & Magno Ducatu Lituaniæ, erroribus Pontificiorum renunciaverant. Quarum inſignem Catalogum in Elegia Andreæ Tricefii Poloni, Poëtæ quondam celebris, excuſa primùm Regiomonti Boruſſiæ Anno 1556. ad calcem duarum Epiſtolarum Aloyſii Lipomani Rom. Pontif. in Polonia Legati, & Nicolai Radzivili, Nigri dicti, Palatini Vilnenſis, alibi poſt hæc recuſâ, videre licet. Recenſet quoquè Patronos ac Nobiles Euangelicos non paucos, ſub illa renovati in Polonia Euangelii Chriſti primordia, tum Eraſmus Glicznerus, in Appellatione, ſeu Apologia Confœderationis Regni Poloniæ, tùm Eraſmus Otvinovius, in MS. Carminibus Polonicis, quorum titulus, Heroës Chriſtiani.

Anno 1563. Varſaviæ in Comitiis, Euangelici Maj. Polon., Confeſſionem Unitatis Fratrum Bohemiæ, Polonicè redditam, & typis impreſſam, obtulerunt Sigiſmundo II. Auguſto Regi Polon. De quâ Jacobo Oſtrorogo, poſt Capitaneo Maj. Pol. Generali; Raphaëli Leſcinio Capitaneo Radzieov.; & Alberto Marſevio Quæſtori, &c. in præſentiâ multorum Senatorum, & aliorum Procerum; adſtante etiam, inter alios Aulicos Johanne Laurentio Fratrum Conf. Bohem. Miniſtro; tale præbuit Rex, Petricoviæ 31. Octob. 1564. teſtimonium: Veſtram, inquit, Confeſſionem, à Vobis oblatam recepimus, & lectam relegimus libenter: in quâ videmus non reperiri errores, præſertim circà fundamentum Chriſtianiſmi, præcipuum Articulum fidei Catholicæ, de Sancta Trinitate, in quo alii errant: Planè Confeſſio veſtra convenit cum communi fide Chriſtianâ: ac ideò Vos, & veſtri, pace fruemini. Hucuſquè Regis verba.

Joh. Laurentius de Eccl. Maj. Pol. MS. Simon Theoph. Turnovius in Apolog. Confeſ. Sendom. MS.

Nec deerant deinceps Fratres Bohemi, qui jam in Maj.

L Polon.

Polon. Ecclesias Deo plantatas gubernabant, omni pio officio & operâ, susceptis in societatem, & fraternam Unitatem suam, Euangelicis Minoris Poloniæ. Imò etiam sæpiùs ultrò ipsos visitabant, & consilia suggerebant salutaria: adeò ut ab Anno 1555. ad 1561. novies suos homines miserint ad eos, ex Maj. Polon., Moravia & Bohemia.

1. In pagum Crzencice Min. Polon. 24. Martii, Anno 1555, ad Synodum missi venerunt, Georgius Israel, & Iohan. Rokita.

2. Eod. Anno, Festo Bartholomæi, ad Synodum Generalem Cosminecensem: de qua superiùs.

3. Ad Synodum Pinczoviens. 23. April. 1556. Matthias Erythræus (Czervenka), senior sivè superattendens Unitatis Fratrum Bohem., Georgius Israel, Johan. Laurentius, Johan. Rokita, Johan. Gelecius.

4. Eodem Anno Dn. 1. Advent., sex ferè septimanis visitabant Ecclesias Min. Polon. Georgius Israel, & Joh. Rybinius. Quâ occasione, Georgius interfuit synodo in Min. Polon. Ivanoviciis celebratæ, 28. Decembr., quò ex Germania, Kal. Jan. 1557. Johan. à Lasco, ab Ecclesiis Min. Polon. solenniter in Patriam revocatus, venerat.

5. In Synodo Ulodisl. 1557. Venceslaus Bohemus, & Johannes Laurentius.

6. Eodem Anno, ad diem Galli, Goluchoviam in causâ Eccles. Min. Polon. missi, Georgius Israel, Gallus Drzevinius, Joh. Laurentius, & Joh. Rokita. Verùm ex Min. Polon. Ministri, ob morbum Johan. à Lasco, non comparuerunt, suamqué absentiam literis excusârunt.

7. Die 8. Febr. 1558. in Oppido Min. Polon. Sandecz, indictus est à Polonis Minoribus Conventus, à quo tamen illi denuò abfuerunt, nec literarum quicquam submiserunt, legatis Fratrum ex Bohem. & Maj. Polon. Georgio Israele, Joh. Laurentio, & Ioh. Rokita, comparentibus. Ut autem compensarent, quod hactenus neglexerant, eodem Anno, die Martis, post Dom. XX. Trinitat. advenerunt, in Moraviam

viam Lipnicum, Colloquii causâ, Hieronymus Philippovius Patronus, & Stanislaus Sarnicius Minister. E Fratribus Maj. Polon. aderant, Matthias Czervenka; & Iohan. Blahoslaus Seniores, Venceslaus Bohemus, Matthias Cramplirius, Matthias Piscator, Zacharias Litomislensis, Johan. Laurentius, Paulus Zalud.

8. Ad Synodum Xansensem, Dom. XIV. Trinit. 1560. celebratam, venêre Johan. Laurentius, & Joh. Rokita.

9. Buzenini convenerant ex Maj. Polon. Patroni; Jacobus Comes ab Ostrorog, Stanislaus Lipscius, Johan. Zeroslavius, & Stanislaus Zbicovius. Ministri verò Fratrum ex Bohem. & Maj. Polon., Gallus Drzevinius, Zacharias Litomislensis, Johannes Laurentius, & Johan. Rokita. Ex Min. Polon. Patroni; Stanislaus Lassocius Succamperarius Lencicicnsis, Hieronymus Philippovius. Ministri vero; Felix Cruciger Senior Ecclef. Distr. Cracov., Stanislaus Sarnicius,

Sed inter remoras & impedimenta varia Reformat. in Polonia Ecclesiarum, fuit, successu temporis:

Primò; neglecta illa cum Fratribus Confess. Bohem. Unio, & hactenus in Synodo Generali Cosminecensi, 1555. sancita arctior societas.

Deinde, eodem etiam tempore Controversię, tùm de Mediatore Christo, tum de tribus in unâ Dei Essentia Personis, à nonnullis Theologis, præsertim advenis Italis, schismate intempestivo, excitatæ, majorem in modum Ecclesias turbârunt: atqué renascentem in Polonia, doctrinam Euangelii, in ipsa herba vix non suffocârunt.

De Mediatore movit Controversiam Franciscus Stancarus Mantuanus Italus, docuitqué Christum esse Mediatorem secundum humanam naturam tantùm, & non secundum divinam. Ea, 25. Novemb. 1554. in Synodo solenni, celebratâ in Oppido Slomniki, hæreseos primùm notata fuit. Deinde, tollendæ illius causâ, habiti sunt Orthodoxorum tres Conventus, videlicet Sendomiriæ, 1559. Uladislaviæ, (Stancarus in Confess. edita, 1570.)

& Pinczoviç, Lasco jam, qui ei fortissimè restitit, 1560. Anno, rebus humanis exempto. Consulti etiam de hàc sententia Melanchton, Bullingerus, Martyr, Calvinus, Georgius Major, & Beza, solidè eam confutârunt. Ac mortuo Stancaro 12. Novemb. 1574. æt. 73. Stobniciæ, Paradoxon quoqué ejus interiit. Paulò ante obitum, amore pacis Ecclesiæ permotum, litem hanc, in Conventu Olesnicensi, deposuisse ac sepelivisse, asserebant, Jacobus Pabianovius Senior Ecclesf. Districtus Sendom. & Franciscus Stancarus junior Filius, Senior Districtus Cracoviensis.

De tribus in una Divina essentia personis, Anno 1562. Controversiam moverunt in Min. Pol. Itali quidam advenæ, sequuti opiniones, tum veterum hæreticorum, Arii, Samosateni, & Photini; tum recentiorum. Michaëlis Serveti & Fausti Socini. Præcipui autem blasphemi, contra SS. Trinitatem dogmatis, assertores, authoresqué fuêre; Georgius Blandrata, Theologus ac Medicus celeberrimus, Petrus Statorius Tonvillanus, Franciscus Lismaninus Theol. Doctor, quorum tamen ab initio Reformationis opera, valdè fuit Ecclesię Dei proficua.

Horum singuli, maximi erant dissimulationis artifices: quippè non apertè, sed ex occultò (ut in genium est hæreticorum) sententiam suam primò disseminabant, & hypocriticis suis excusationibus multis imponebant.

Citati enim ab Ecclesia ad causam in Synodo dicendam, nullius heterodoxi dogmatis rei videri volebant, confessionemque Euangelicam, de articulo SS. Trinitatis præ se ferebant: idque unicè agebant, ut fideles simpliciores, fucum non animadvertentes, facilius in partes suas pellicerent.

In Actis Eccles. Min. Pol. Synodalibus in Syn. Pinczoviana An. 1559. 20. Nov.

Et, Petrum quidem Statorium Tonvillanum, quod attinet; delatus is erat à quibusdam, quasi Spiritus Sancti invocationem impugnaret. Vocatus ad Synodum, respondit, se non negare, invocationem Spiritus Sancti, sed ordinem tantum orationum quarundàm, quæ prius ad Spiritum San-

Sanctum quàm ad Patrem dirigebantur, improbare: absurdum enim sibi videri, prius invocari Spiritum Sanctum, quàm Patrem, qui est fons omnium bonorum. Videsis lector, latentem sub hac speciosa Satorianæ opinionis herba, impuri dogmatis anguem. Nihilominus, post multas & longas, de articulo SS. Trinitatis quæstiones, ausus est homo hypocrita, in facie totius Ecclesiæ, & oretenus profiteri, & calamo consignare, sequentis tenoris confessionem: *Propheticam*, inquiebat, *& Apostolicam doctrinam, quæ veram Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti cognitionem continet, amplector ac veneror, parique religione, Deum Patrem, Filium, ac S. Spiritum, distinctè secundum sacrarum literarum veritatem colendum, implorandumque precibus, liberè profiteor: denique omnem hæreticam de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto blasphemiam, planè detestor, sivè Ariana illa, sive Servetiana, Eunomiana, Stancariana fuerit.* Hæc Confessionis à Statorio exhibitæ verba, habentur expressè in Actis Synodalibus, in Syn. Pinczoviensi An. 1559. Actu quinto, ubi etiam manum ejus propriam, quâ subscripserat, videre est.

De Georgio Blandrata, pro singulari suo in Ecclesiam Dei amore, præmonuit Polonos Cl. Vir. D. Joh. Calvinus; quin etiam Illustrissim. Principem, Palatinum Vilnensem, Nicolaum Radzivilium, cujus patrocinio Blandrata tùm utebatur. Subolfecerat enim vir doctus Blandratæ ingenium, ad Serveti sententiam esse compositum, ideoque serius Principi suasor fuit, sibi ab eo caveret. Sed homo Iste facilè, technis suis fallacibus, optimo Principi, fucum facit, adeò, ut ille iratus Joh. Calvino, Blandratam nomine suo ad Synodum Pinczoviensem, An. 1561. 25. Jun. habitam, delegaret cum literis, quibus seriò expostulabat in causa Blandratæ cum Ecclesia, dicebatq; malè & præcipitanter egisse J. Calvinum, quod Blandratam traduceret, & Servetismi notaret. Quin & ipse Blandrata, tanti Patroni favore fretus, audacter in Synodo causam dicebat, vulpinâ quadam astutiâ, verbisque ad fallendum compositis se insinuabat. Insuper, prævio publico exa-

Ibid. in Synodo Pinczov. An. 1561.

examine, confeſſionem, ut facilius myſterium ſuum abſconderet, Euangelicam planè edidit: *Fateor*, inquiens, *me credere in unum Deum Patrem, in unum Dominum Ieſum Christum filium ejus, & in unum Spiritum ſanctum, quorum quilibet eſt eſſentialiter Deus. Deorum pluralitatem deteſtor, cum unus nobis ſit tantum Deus eſſentiâ indiviſibilis. Fateor, tres eſſe diſtinctas hypoſtaſes, & æternam Chriſti divinitatem ac generationem: Et Spiritum Sanctum, verum & æternum Deum, ab utroque procedentem.*

Quâ fucatâ ſuâ confeſſione effecit, ut ei nomine totius Synodi teſtimonium daretur, literis ad Palatinum & Joh. Calvinum ſcriptis. Videatur Syn. Pinczov. Anno 1561. 25. Jan.

Similiter Franciſcus Liſmaninus inſimulabatur novitatis circa articulum Trinitatis, ex quodam ſuo ſcripto, ad Gen. Dominum Staniſlaum Ivan, dato. Eò nomine ad Synodum delatus, publicè ſcriptum illud legendo, explicabat mirâ verborum calliditate animi ſui ſenſa: & inter alia, longâ oratione docebat, voces multas Scholaſticæ Theologiæ, à Lombardo collectas, ut ſunt Trinitas, & aliæ, eſſe mera involucra, quæ jurè probanda non ſint, vel toleranda. Sed ita ſe forex, ſuo prodidit ſtrepitu. Leg. Syn. Wlodriſlav. Anno 1561. 21. Sept.

Erant præterea alii, ejuſdem commatis homines, ut Paulus Alciatus Mediolanenſis, Valentinus Gentilis, Bernardus Ochinus Monachus, Paulus Orſacius, qui poſt longas tergiverſationes & latibula; tandem cum diutius non poſſent in Eccleſia deliteſcere, manifeſto ſchiſmate, Petricoviæ Anno 1562, habito prius Colloquio, eam ſcindunt, & in ſententiam ſuam pertrahunt plurimos, cum ex Miniſtris, tum etiam ex Patronis. Miniſtri, qui partes eorum ſequebantur, erant principiò: Gregorius Pauli, primus Miniſter Cracovienſis, qui poſt fata Patroni ſui Joh. Bonar Magni Procuratoris Cracov. Caſtellani Biecenſis, multas turbas dedit Cracoviæ: Staniſlaus Lutomirſcius Senior Pinczovienſis, Martinus

tinus Crovicius, Stanislaus Paclesius, Georgius Schomanus, &c. Patroni autem qui eos promovebant, præcipui erant Joh. Niemojevius Judex Inovlodislaviensis, Hieronimus Philippovius, Joh. Cazanovius &c.

Cum his Antitrinitariis, post multa alia colloquia, publicam habuêre Euangelici disputationem Petricoviæ, in Comitiis Regni, Sigism. II. Aug. Rege permittente, An. 1565. ante Dominicam Lætare. A partibus Euangelicorum Disputatores erant: Stanislaus Sarnicius, Jacobus Silvius, Andreas Prasmovius, Minister in Cujavia Radriejoviensis, Joh. Rokita; Minister Unitatis Fratrum in Maj. Pol. Cosminecensis, Christophorus Trecius Rector Scholæ Cracoviensis. Notarium agebat, Nicolaus Dluscius Vir doctus & Nobilis. Testes & Judices erant præcipui: Joh. de Dambrovica Firlei Pal. Lublinensis, Mareschalcus Regni, Joh. Tomicius Castellanus Gnesnensis, & Jacobus Comes ab Ostrog. Director seu Moderator fuit: Stanislaus Myszhovius Castellanus Scudomiriensis. Factio verò Antitrinitariorum, habuit Disputatores: Joh. Niemojevium Inovlodislaviensem, Gregorium Pauli Bresinium Ministrum Cracov., Georgium Schomanum Min. Lublinensem: Testes & Judices, Joh. Lutomirscium Castell. Sivadiensem, Nicolaum Sienicium Mareschalcum Nunciorum Terrestrium, Stanislaum Lutomirscium, & Joh. Paclesium, Ministros. Notarium, Albertum Romæum, Ministrum Bræsinensem, vel, ut Possevinus autor est, Joh. Kazanovium. Directorem, Hieronimum Philippovium. Utriusqué partis sententiæ, potissimùm ex scripto recitabantur, probabantur, refutabantur, factis oretenus illustrationibus & collationibus. Summam hujus Colloquii descripsit Antonius Possevinus Soc. Jesu, de Atheismis hæreticorum sui seculi: Cap. 13. fol. 55.

Arianis post hoc Colloquium nequicquam nuncium mittentibus suæ opinioni, statutum ab Orthodoxis est, vitandos esse imposterùm, qui emendari corrigiqué nollent. Adeò contumacis in errore perseverationis, author erat Faustus

Soci-

Socinus Senensis Italus, qui has de SS. Trinitate Controversias posteà interpolavit & auxit; cum patriâ profugus, Poloniam & Transilvaniam opinione suâ inficeret.

Quare, ut tam funestis in Ecclesia distractionibus & scandalis, Euangelici in Polonia occurrerent; Consensum in fide & religione Christiana, inter Ecclesias Maj. & Min. Poloniæ, nec non Lituaniæ, juxta Confessionem Augustanam, Bohemicam & Helveticam, in Synodo Generali Sendomiriensi An. 1570. 14. April. sanciverunt, & deinceps in aliquot Synodis Generalibus, Posnaniensi An. eodem, 20. Maji, Cracoviensi, Anno 1573. 29. Sept. Petricoviensi, Anno 1578. 1 Junii, Wlodislaviensi Anno 1583. 19. Junii, Toruniensi Anno 1595. 21. Aug. confirmarunt. Typis excusus est linguâ Lat.-Polonicâ, operâ Simeonis Turnovii, Torunii primò An. 1586. deindè An. 1592. additâ Synodo Toruniensi, An. 1596. recusus, tum Latinè alibi, tum utroqué idiomate, in Min. Pol. Baranoviæ. An. 1628.

Pro eo Consensu firmando, ibidem in hac Syn. Gener. Sendomiriensi, Confessio tertia Helvetica sivè Tigurina, linguâ Polonicâ explicatiùs conscripta fuit, 10. Aprilis: Hinc, Sendomiriensis dicta, Confessionibus Augustanę & Bohemicæ conformis: oblata à Proceribus Sigism. II. Aug. Regi Pol. in Comitiis Varsaviensibus Anno 1572. typis excusa Cracoviæ Anno 1574, eidemqué Regi dedicata. Ideò Stephanus Rex Poloniæ, postquàm ipsi quoqué in Comitiis Varsaviensibus Anno 1578. exhibita esset, consideratâ penitiùs hâc Religionis Christianæ Confessione, à doctrina trium Symbolorum, Apostolici, Niceni, & Athanasii minimè recedente; nequé etiam dissentanea, à cæteris Reformatarum Ecclesiarum Confessionibus, in Germania, aliisqué Regnis & Provinciis receptis & approbatis, continente; hanc ob caussam, non tantum eam in Regno tolerari voluit, sed etiam hominibus ejus Confessionis in templo publico, Brog dicto, Cracovię, liberum religionis exercitium concessit, ac privilegio munivit. Itaq; hunc respiciendo Consensum Euangelici Refor-

Reformati, ita ab Auguſtanis Eccleſiarum in Pol. & Lituania, diſtincti, quemadmodum olim Sendomiriæ, ita poſteà in Generali Confeſſione doctrinæ ſuæ, propoſitâ An. 1645. 1 Sept. in Conventu Torunenſi, profeſſi ſunt: ſe ei ſententiæ accedere, quæ tùm in Aug. Confeſſione ſuperioris ſeculi, Anno trigeſimo, Imperatori Carolo V. à Principibus & Civitatibus Imperii Proteſtantibus exhibita, ſivè eam invariatam, ſive repetitam aut emendatam dixeris; tum etiam in Bohemicâ & Sendomirienſi ſcripturarum authoritate explicatâ, in Eccleſiis hujus Regni Reformatis, integrum jam ferè ſeculum obtinuit: prout tres illæ Confeſſiones, quamvis verbis non nihil diſcrepantes, tamen reipſa cum ſcripturis, & inter ſe mutuò, quoad capita fidei neceſſaria, conſentientes; Sendomirienſi Conſenſu, Anno 1570. in Eccleſiis receptæ, unitæquè ſunt, atquè etiam Confœderatione pacis & ſecuritate publicâ, in hoc Regno firmatæ ac munitæ; adeò, ut eam Confeſſionem Sendomirienſem, Auguſtanæ conſenſu amico conformem, ſequantur unanimiter in hunc uſquè diem Germani multi, Helvetii, Galli, Angli, Scoti, Britanni, Bohemi, Hungari.

Ita; ſingulari Dei gratia, vinculo fraternæ charitatis, & fidei mutuo Conſenſu; in Sendomirienſi Synodo An. 1570, conſtricta Euangelicorum Eccleſia erat, ſchiſmate Antitrinitariorum, de die in diem majoribus diſtracto contrariarum opinionum pugnis. Primò enim Farneſius, homo ejuſdem factionis, apud Submontanos in Polonia clarus, quod æternam Chriſti divinitatem defenderet; de Deoquè Patre, & adultorum Baptiſmo, in diverſas ab Arianis cæteris iret ſententias, ſeparatos cœtus habebat, peculiaremquè ſectam effecit. Licet enim in ipſorum Conventiculo Scrinnenſi lege cautum fuiſſet, ne turpi ſchiſmate mutuò ſcinderentur, etiamſi aliquis diverſas foveret opiniones, id tamen non eſt effectui datum. Farneſianorum tandem dogma; Fatis concedente ipſo Farneſio, inter Arianos exolevit, illius ſectæ

M homi-

hominibus plurimis partim è vivis sublatis, partim erroris sui palinodiam canentibus, & Ecclesiam Euangelicam, à qua recesserat, repetentibus. Secundò, erant, alii quoqué Antitrinitarii, sectæ Anabaptisticæ, per Bohemiam & Moraviam longè latequé serpentis, sectatores: qui absurdam illam bonorum communionem observaturi, ultrò abjectis suis conditionibus, Racoviam, cujus fundamenta tùm temporis Sieniavius jaciebat, se contulerunt, Novam Jerusalem ibi loci, ut ajebant, exstructuri. Ad hanc ineptam societatem, plurimos invitabant Nobiles, quorum tamen nemo facilem se illorum persuasionibus exhibuit, cùm alias ob causas, tùm fortè propterea etiam, quod secta illorum juberet, omnes & singulos juvenes, nobiles sive ignobiles, artibus mechanicis studere, & operam navare. Duces hujus Anabaptistici agminis erant, Gregorius Pauli; Daniel Bielenscius, & alii, quorum tandem aliqui, phanatico proposito relicto, ad Ecclesiam Euangelicam redierunt, ut Daniel Bielenscius, qui Cracoviæ errorum suorum publicè pœnitentiam egit, ibidemqué Ecclesiæ Dei commodè præfuit. Tertiò loco, Francisci Davidis, qui Ecclesiarum Principis Hungariæ Janusii Superintendens erat, asseclas maximè blasphemos pono: Denegabant illi Christo omnem planè invocationem, contrarium statuentibus aliis, præsertim Blandratâ & Socino, quorum posterior, calamo suo errorem Francisci Davidis perstrinxit. Illud verò notandum, quod procurantibus Georgio Blandrata, & Fausto Socino, in Transilvania exulibus, Franciscus Davidis, morti traditus fuerit. Quartò deniqué Socinistæ recensendi mihi veniunt; qui à Fausto Socino, per Poloniam & Transilvaniam virus suum disseminante, tum nomen, tum doctrinam sumpsere. Atque hi soli, extinctis Farnesianis, Anabaptistis, & Francisci Davidis sectatoribus, supersunt; homines ad fallacias & sophismata facti.

Neugebar. in Moscov. c. 2. Nihilominus Ecclesia Dei crescebat, utut schismate hoc contristata: quin etiam periculum factum, verbi Divini propa-

propagines ad exteros mittendi: Anno 1570. enim, de Moschovitica religione, quæ cum Græca & Ruthenica planè convenit, colloquium erat Legatorum ex Pol. & Litv. Euangelicorum, cum Johanne Basilide, Moschovitarum Duce institutum. Res autem ita habet: Sigismundus II. Aug. Rex Pol. legatos suos, induciarum gratiâ, in Moschoviam, ad Joh. Basilidem, Ducem Moscorum, miserat: Joh. Crotoscium Palatinum Inovlodislaviensem, Raphaelem Comitem Leszczynium, Capitaneum Radziejoviensem, Polonos; ac totidem Lituanos, Nicolaum Falvossium, Castellanum Minscensem (postea Samogitiensem,) & Andream Iwanovicium, Regis Secretarium. His in legatione illa, utpote Euangelicis, fuit à sacris Concionibus Joh. Rokita, Minister & Consenior Fratrum Boh. in Maj. Pol. natione Bohemus, sed jam linguæ Polonicæ optimè gnarus, vir pius ac eruditus. Moschoviam urbem ingressi sunt 3. Martii. Inter cætera cum iis legatis, habuit etiam de religione colloquium Basilides Dux, homo alioquin ferox. Ministrum autem Euangelicum, Moschorum Princeps, ad se in Senatum perductum, & honorificè acceptum, Euangelicæ doctrinæ summam, confidenter edisserere jussit. Quod ille, humillimis gestibus imperantis animum præoccupando, modestè & graviter præstitit. Hanc fidei Confessionem, à se, mandato Principis Moschi, conscriptam, Rokita toti Senatui ipsius, eo præsente exhibuit. Tum Moschus Dux Responsionem, ad hanc Rokitæ Confessionem, libro eleganter in quarto Ruthenicis literis scripto, & pretiosè tela auro textâ ornato, comprehensam; ei in manus porrexit. Author hujus Historiæ, vidit librum hunc, in Bibliotheca, eximii cujusdam Patroni. Colloquium hoc; & Quæstiones ultrò citroqué inter Moschovitarum Principem, & Rokitam Ministrum habitas, descripsit Latino idiomate, Joh. Lasicius, in Theologia Moschovitica, Spiræ Nemetum, An. 1582. editâ: cum refutatione superstitionum Russicarum, & Euangelicorum, atqué ipsius Lutheri, defensione. Extat i-

 dem

dem Colloquium fusiùs, formâ non nihil diversâ, sensu tamen eodem apud Paulum Oderbornium in vita Joh. Basilidis, Magni Moschoviæ Ducis, lib. 1.; &, qui ex eo hausit, Michaelem Casparum Lundorpium, Continuatorem J. Heidani, de statu Religionis ac Reipublicę, Tom. II. lib. 10. p. 48. & seqq. Narrat etiam Jacobus Thuanus, in suâ Historiâ nonnulla, de hac Rokitæ cum Basilide Duce Collocutione.

Defuncto 7. Julii An. 1572. Sigismundo II. Rege Pol. sequente anno 1573. die Epiphanias, Confœderatio Generalis, omnium Ordinum Regni & M. D. Lituaniæ, in Convocatione Generali Varsaviensi sancita fuit. Ibi, Unio inter Romano-Catholicos, & Euangelicos instituta erat, quâ prohibebatur, ne alter alterum nomine Religionis, injuriis afficiat, aut in Reipubl. muniis, sivè palàm, sivè occultè posthabeat. Tandem in sequentibus Comitiis, Rex novus Henricus Andegavensis, qui infectis cruore in lanienâ Parisiensi manibus in Poloniam veniens, magnum timorem Ecclesiis incusserat, eò perductus est, ut Confœderationem, de pace Religionis Euangelicis servanda, reciperet, & juramento publicè deposito comprobaret, uti videre est in Constitutionibus Regni. Neque verò hoc juramentum; pro tuenda pace Euangelica, præstitisset, nisi eum Joh. Firlei, Palatinus Cracoviensis, vir plenus zeli; & magnæ cum potentia authoritatis, adegisset. Fertur enim, cum Rex Henricus jam coronandus esset, nec tamen pacem inter Dissidentes se conservaturum jurasset, sed silentio eludere vellet, arreptâ, quæ Regi tum præferebatur, coronâ, exitum ex templo parasse, & in hæc prorupisse verba: Si non jurabis, non regnabis.

Sarnic. Annal. Polon. l. 8. pag. 403.

Illis temporibus, Ecclesiis Christi Euangelicis, Reformatis, hospitium præbuerunt Civitates, pagi, oppida, sequenti serie exposita: In Districtu Cracoviensi: Alexandrovice, Balice, Bobin, Brzeznice, Chencinii, Chmielnicium, Chmielnik, Chrzencice, Cracovia, Czarnocin, Dobrkow, Dzialoszyn, Gorzkow, Gory, Swanowice, Kazimirza, Kosow, Kozy, Lipowca, Lukovia, Moskorzow, Mszy-

Mſzycow, Naglowice, Niedzwiedz, Oleſnica Olkuſz, Okſza, Pelſnica, Piaski, Pinczovia, Potok, Rakoſzyn, Rogow, Sczekocin, Secemin, Sedzicovia, Solecium, Tarnow, Wieliczka, Wlodiſlavia, Wloſzczevia, Xiaſz, Zaleſie, Zielenice. &c. In Opocznenſi: Brzoſtowiec, Drzevica, Klvow, Miedzne, Odrzywol, Suligoſtow, &c. In Radomienſi: Goryn, Gutowo, Jankovice, Sedlinsko, Olexow, Potkana, Przytyk, Skrzynsko, Wilcyska, Zakrzow, &c. In Sendomirienſi; Baranow, Czyzow, Goslice, Malice, Niekraſow, Oſiek, Rakow, Rytwiany, Zdziechovice, &c. In Podgorienſi; Dubieczko, Hoczew. Jazlovia, Lancut, Lubcza, Siekluka, Wieloglowy, &c. In Diſtrictu Lublinenſi: Baranow, Belzycium, Bychawa, Bilgoras, Chlanow, Czarnocin, Drzazgow, Firlejow, Garbow, Kamionka, Kijany, Kliczkowice, Klimuntovice, Kockovia, Kraſienin, Krynice, Labunie, Lancuchow, Levartovia, Lipie, Lublinum, Luſzczow, Melgvia, Mnichow, Opole, Popkowice, Przemyſlow, Puſtotwie, Radziecin, Rzeczyca, Rzeplin, Rybitwy, Saczawka, Sytanjecz; Stoieſzyn, Stryzowice, Tarlow, Turobin, Wirſzchowiska, Wyſokie, Zamoſcze vetus, Zdany, Zolkiew, &c. In Belzenſi: Bereſtecium, Craſnobrodùm, Dorohoſtaie, Korzec, Laſzczow, Leſzczyn, Strzemielec, &c. Fuerant & plures aliç in diverſis locis Eccleſiæ.

Anno 1578. in Comitiis Varſavienſibus, Proceres Euangelici communicato cum ſuis Miniſtris Conſilio, ad concordiam Eccleſiarum Germanicarum, exemplo ſuo ſtabiliendam, Electores & Principes Germaniæ excitare conati ſunt. Ideoqué literas miſerunt ad Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Electorem 28. Febr. Varſaviâ; ad Auguſtum Electorem, Ducem Saxoniç, & Johan, Georg Marchionem Brandeburgicum, Pruſſiæ Ducem, Electorem. Formula literarum cum ſubſcriptionibus, exſtat in limine Hiſt. de Fratr. Boh. Joh. Camerarii. Saxo & Brandeburgicus reſcripſerunt, probare ſe ſtudium Eccleſiarum

Polonicarum, de conciliandis Controversiis inter Eccl.Germanicas, & promittere, se omni studio adjuturos Sanctam hanc conciliationem. Comitis Palatini responsum extat, in Historia eadem Joh. Camerarii.

Doluit sanè tàm sancta Polonorum & Lituanorum Fratrum concordia, & unitas, doletquè Diabolo: qui illam more suo calumniis, susurris, cavillis, & inquietorum hominum contradictionibus, quovis pacto perturbare & dissuere hactenùs tentavit, non solum per Adversarios, in Polonia & Lituania, (per Luteranos in Syn. Vilnensi. An. 1578. & Paulum Gericium, Ministrum Aug. Conf. Posnaniensem, collectis Academiarum censuris, contradicentem.) sed etiam per extraneos alios vociferantes, non verum, solidum, sed chartaceum, fucatum esse, inter eos, qui dissimilia profitentur dogmata, consensum. Hinc factum est, quod Doctores quidam, Ubiquitatem asserentes, venerandum senem Ecclesiarum Aug. Conf. in Maj. Pol. Antistitem, Erasmum Gliczнerum, excommunicationis fulmine terrerent, nisi Consensum Sendomiriensem rejiceret. Quo terrore perculsus, & criminationum, quibus in Germania à rixosis Luteranis afficiebatur, pertæsus bonus ille Senex, diluere omnem à se suspicionem tentavit, editâ sua Dantisci Confessione Augustana Anno 1594. in cujus præfatione, nullam, datâ operâ, Sendomiriensis consensus mentionem facit, & ita laudibus evehit Confessionem Augustanam, ut aliis apertè deroget. Quapropter Simon Theophilus Turnovius, Senior Eccl. Maj. Pol. Conf. Bohemicæ, adversus editionem illam conscripsit Apologiam, & defensionem consensus Sendomiriensis: tradique curavit Erasmo Gliczнero, Cracoviæ in Comitiis: ubi, Patronorum auxilio, cæptam hactenus cum Simeone Turnovio fraternam renovavit amicitiam: & ne à consensu ob metum quorundam turbulentorum Conf. Aug. sectatorum discederet, factus est animosior An. 1592. 2 Martii. Eodemquè Anno, in Synodo Gen. Toruniensi 21. Aug. celebratâ, Consensum illum toties confirmatum, unâ cum

cum aliis approbavit, eiqué subscripsit. Postea tamen minis perturbatus, παλινῳδίαν meditari, & scripto parare cœpit. Sed vacillanti adsuit Deus ἀπὸ μηχανῆς. Subito enim conscientiæ pavoribus morboqué lethali oppressus, ad constantiam verò cœlitus iterùm animatus, vicinis trium Confessionum fratribus convocatis, rem omnem cum lachrymis aperuit, scriptum in oculis eorum laceravit, consensum initum sanctè tuendum omnibus graviter commendavit: quem paulò post ipse placidâ morte obsignavit, 26. Januarii Anno 1603. Brodiniciæ. Succedente autem tempore consensus hic, ab aliis litigiosis Aug. Conf. asseclis interruptus est. Nihilominus conservationem ac renovationem ejus, & ipsi ex Aug. Conf. mitiores Patroni, & cæteri Euangelici in Pol. & Lituania, hactenùs semper cupiverunt, & studiosè quæsiverunt.

Dav. Pareus in Irenico cap. 18. p. 84.

Ad ea quæ hactenus repetiimus, Ecclesiæ Reformatę in Min. Pol. impedimenta, scilicet partim Antitrinitariorum blasphemum schisma, partim quorundam Lutheranorum temerarias & contumaces dissensiones, hoc insuper accessit, quod circa Anno 1597. Deo, probationis ergò fidelium permittente, per Poloniam, quidam genius, albus an niger ille fuerit, principio nesciebatur, innotuerit, & plurimis Apostasiæ causâ fuerit. Erat quædam puella Beata, vulgo Bietka dicta, quæ amasium habebat adolescentem Zachariam, quorum uterque in urbe Wieluni progeniti & educati fuerant. Hic licet jam ordini Ecclesiastico inititiatus fuisset, & ad gradum Presbyterii Pontificii aspiraret, in animo tamen habebat illam puellam ducere. Cum verò Patre suo propositum improbante, & ob ordinem sacrum susceptum dissuadente, voti sui compos fieri non posset, tædioso quodam mærore percussus, manus sibi ipse, fatali fune, intulit, strangulatusqué obiit. Brevi post ejus obitum, puellam prædictam adoritur genius, qui se esse animam Zachariæ strangulati dicebat, sequelâ Deo pœnitentię ergo ad eam missum esse, ut quoniam causa primaria mortis illius fuisset, sociam se quoque satisfactio-

Ex MS. Histor.

factionibus persolvendis præberet. Hisce narrationibus, & superadditis promissionibus de ea locupletanda, facile fictitia illa anima ipsi fidem sui fecit, & in consensum pertraxit. Famâ in singulos dies latiùs se per Regnum Poloniæ, de prædicta Bietka cum ejus Zacharia diffluente, confestim plebs, novitatis & divinationis avida, undique ad eam confluxêre. Multi quoque Nobilium dictis illius genii attendebant, & morem gerebant, quin etiam in ædes suas accersebant. Quo aucupio, plurimùm pecunię illa Bietka acquisivit: maximè quod genius ille nulla responsa dare, nulla colloquia miscere, & divinationes promere vellet, nisi illâ prius intercedente & mandante. Inhabitabat quoqué per annum integrum ædes Gen. Domini Trepcæ, Judicis Terrestris Cracoviensis; inde, per varia loca oberrans, commigravit in ædes cujusdam Nobilis Fæminæ Viduæ, Wlodkowa dictæ, ibiqué plùs minùs duobus annis ea manente, genius ejus individuus Comes artes & fallacias suas exercuit. Quarum præcipuè hæ fuere: De præteritis & præsentibus homines certiores reddere: Religionem Pontificiam miris verborum lenociniis collaudare & extollere: Deniqué Euangelicos diris, conviciis excipere, eosqué damnatos asseverare: eorumqué neminem ad se intromitti debere, indignos affirmans esse colloquiis suis; exceptis iis, de quibus ei constabat, minori eos desideriò veritatis teneri, prurientibusque auribus esse: quorum etiam plurimos, nugis suis irretivit, & in Pontificias partes pellexit. Hactenus quidem multos latebat, genium illum Satanam fuisse, & latuisset, nisi Polonorum quidam An. 1600. qui Jubilæo sacer erat, Italiam peragrantes, multa de anima Zacharię, sparsissent. Quod ubi ad aures Itali cujusdam, artis Magicę Professoris, cui genius ille (quem vulgò Inclusum vocant) ante quinquennium aufugerat, advolasset, protinus in Poloniam venit, nobilemqué Dominam Wlodkowam adiens, profugum suum tradi, obstupescentibus qui aderant petit. Concedente ipsius postulatis Domina; Dæmonem illum denuò cœpit, captumqué annulo inclu-

inclusit, & secum in Italiam detulit. Quod nisi fecisset, multa deploranda, (ut Italus ille affirmabat) Polonis, prædictus Diabolus intulisset. Inter tot Satanæ machinationes, quibus Euangelii cursum inhibere conatus est, fidelium reliquiæ conservatæ fuerunt.

Nequé tamen officio suo deerant illi, qui curam Ecclesiæ agebant, omnimode operam dantes incremento & promotioni verbi Divini, adeoqué consensus fidei illius in Syn. Sendomiriensi sanciti.

Anno ergo 1633. tempore Coronationis Uladislai IV. Regis Poloniæ Biblia Polonica, Dantisci in octavo majori recusa, Novo Regi dedicata sunt & oblata, nomine omnium Euangelicarum Ecclesiarum Regni Poloniæ & M. Ducatus Lituaniæ.

Cæterum, & in ritibus quantùm fieri potuit, præsertim in Canticis, Formulis precum ex Ecclesiasticis, libroqué Rituali, consensum atqué uniformitatem olim inchoatam, renovârunt & confirmârunt Ecclesiæ, in priore fidei & ordinis Ecclesiastici Syncretismo perseverantes, scilicet Polonicæ & Lituanicæ: juxta institutionem, trium Provinciarum, Maj. & Min. Poloniæ, ac M. D. Lituaniæ factam, in Generalibus Convocationibus, Orlensi. Anno 1633. 24. Aug. Ulodislaviensi An. 1634. 22. Sept. Torunensi, 18. Oct. An. 1636. iterumqué Orlensi. An. 1644. 24. Aug.

In canticis continentur Psalmi Davidis, à Matthia Rybinio, in rythmos Polonicos redacti, & melodiis Gallicis accomodati. Primus autem fuit in Gallia Clemens Marotus, qui Psalmos Davidis 50. gallicis rythmis donavit, reliquos, illo morte prævento, centum Theodorus Beza concinnè adaptavit. Eodem fere tempore Melodias Gallicas invenit, & Psalmis istis ad varios jucundissimos modulationum numeros accomodavit Claudius Gaudimelus, excellens Musicus, in laniena Parisiensi interfectus. Secutus est in Germania Ambrosius Lobvasserus, qui primus Psalterium hoc totum, rythmo Germanico, ad melodias Gallicas feliciter expressit, & post

Thuan. Hist. l. 52. p. 1084.

& post eum Martinus Opitius. Idem alii in aliis linguis: Latinè, Andreas Spethe: Belgicè, Petrus Dathenus: Italicè, Franciscus Perottus: Hungaricè Albertus Molnar: Bohemicè, Georgius Stregicius, alias Vetterus, Consenior Unit. Fratr. Boh. Polonicè, Matthias Rybinius, Senior Eccles. Maj. Pol.

In causa conciliandæ Euangelicorum religionis, cum Romano-Catholica, à Uladislao IV. Rege Poloniæ, universi & singuli, Regni Pol. & M. D. Lithuaniæ, & Provinciarum eis annexarum incolæ, ab Ecclesia Romana dissidentes, invitati sunt primâ vice ad conventum, Torunii in Prussia Regali, celebrandum, datis Vilnâ literis, 20. Martii. An. 1644. Hinc secutæ sunt inter Euangelicos sententiarum communicationes. Ac Reformatorum quidem in Polonia, & M. D. Lituaniæ, ordinariæ Synodi Districtuales & Provinciales præcessère: insuperquè Generalis, trium Provinciarum, Maj. & Min. Pol. cum M. D. Lituaniæ, 24. Aug. eodem anno, Orlæ Convocatio, per delegatos ipsorum habita est. In qua, communibus votis, ad S. R. M. & Archiepiscopum Gnesnensem, Regni Primatem primumquè Principem, cæterosque Episcopos, responsum datum est, utrumquè posteà typis excusum. Convenerunt igitur Torunium, Romano-Catholici; & Euangelici, tam Aug. quàm Reformatarum Ecclesiarum Confessionis, cum suis Patronis Theologi, die indictâ, 28. Aug. An. 1645. De quo videri possunt Acta Conventus Torunensis, impressa authoritate & mandato S. R. M. ad exemplum & fidem Regii Protocolli, Varsavię, An. 1646. Idea Colloquii Charitativi, cum Dissidentibus, Torunii An. 1645. indicti, authore R. P. F. Hieronymo à S. Hyacintho &c. Cracoviæ 1646. Scripta partis Reformatæ, in Colloquio Torunensi, parti Romano-Catholicæ exhibita, sed ab ea in Protocollum pleraquè non admissa, ideoquè seorsim edita Berolini, An. 1646. Generalis Confessio, & Specialior declaratio, doctrinæ Ecclesiarum Reformatarum, in Regno Pol. & M. D. Lituaniæ, ibidem exhibita, & in publi-

publica Sessione prælecta, An. 1645. 1. Sept. utroqué autem idiomate, Latino & Polonico expressa, An. 1647. Quod Torunense Colloquium licet irrito conatu Pontificiorum, & frustratis expectationibus Euangelicorum, absolutum fuerit; hoc tamen attulit utilitatis, quod multi, quibus antea Reformatorum Religio partim inaudita, partim blasphema visa fuerat, certiores facti sint de eâ, visa & auditâ publicâ ipsius Confessione.

CAPUT XIV.

De Reformatis Ecclesiis, speciatim in MAIORE POLONIA.

REformati, sic generaliter distincti à Romano-Catholicis, seu Euangelici in Majore Polonia, triplici velut agmine, ab An. 1550. distincti fuerunt: qui tamen in ipso fidei fundamento, & præcipuis doctrinę Christianæ capitibus, consentiebant. In primo agmine erant Euangelici; FRATRES dicti, Confessionis Bohemicæ: in altero; Euangelici, Augustanæ Confessionis: in tertio; Euangelici Helveticæ Confessionis, in Districtu Maj. Pol. Cujaviensi.

1. De Ecclesiis FRATRUM Confessionis Bohemicæ, in Majori Polonia.

Edicto Ferdinandi I. Civitatibus Regiis, (ut dictum est superius) Fratres Bohemi pulsi, solum vertere coacti Anno 1548. veniunt in Majorem Poloniam, quadringenti, circa 25. Junii, post. Dom. 11. Trinit. Posnaniam, & in vicina quædam oppida, ab Andrea, Comite à Gorka, Castellano Posnaniensi, & Capitaneo Maj. Pol. Generali, aliisqué Nobilibus & Magnificis viris benignè recepti: Ministros verbi Dei, exilii hujus consortes, & itineris comites, habuerunt quatuor: Matthiam Aquilam, Urbanum Hermonem, Johannem Coritanium, & Matthæum Paterculum: Horum sacros cœtus Posnanienses quidam visitabant, & dogmata fidei

ipsorum observabant. Cæteri rectâ in Prussiam perrexerunt, nempe Brundusiani aliqui, & Johannes Girck.

Joh. Lasicius in Hist. de Frat. Boh. MS. lib. 5.

Cæterum, de FRATRUM Bohemorum in Poloniam adventu, prædictiones istæ habentur: Erat quædam religiosa civis Posnaniensis, Dorothea, Danielis Crassæ, viri cœtus Fratrum olim Conjunx. Quæ, unâ cum quibusdam aliis, de Patre suo audivit, ac retulit: quod fucatam Religionem An. 1536. deplorans, divinatione quadam, 12. post anno quosdam homines, puriorem in Poloniam invecturos esse doctrinam prænunciaverit. Legebantur etiam Canonici cujusdam Posnaniensis, hæc tria, An. 1540. haud falsò prædicta: *Anno*, inquit, 1548. *Rex Sigismundus I. morietur: Regina Bona obitum ejus, ac sua mala lugebit: Quidam homines aliunde in Poloniam ingressi Religionem commutabunt.* Quod de Fratribus dictum fuisse eventus brevi docuit.

Ex MS. Hist. Georg. Israel.

Octiduo ferè, ante festum Bartholomæi, sequuti sunt Fratres istos, ex Bohemia, in Majorem Poloniam: Matthias Sionius, Senior Unitatis Fratrum, Georgius Israel, & quidam alius Minister. Sed cum & illinc, omnes mandato Sigismundi II. Augusti Regis Pol. ad instantias Benedicti Isbinscii, Episcopi Posnaniensis, excedere juberentur; oppidis illis demigrârunt, 24. Aug. & Torunii, menses aliquot morati, pacatiora, sub Duce Prussiæ Alberto, habitacula quæsiverunt, & obtinuerunt.

Paulo post, cum Posnaniam, morbi curandì causâ, Anno 1549. Matthias Sionius Senior, repeteret, ibique non nihil commoraretur, conveniebant, ad audiendum eum, ut plurimùm nocte mediâ, in ædes Nobilis Andreæ Lipczinii, Proconsulis, multi; qui jam verbum vitæ æternę gustârant. Recepti tum fuerunt, ritu Fratribus consueto, in gremium Ecclesiæ, è Papatu, Andreas Lipczinius, Georgius Ferrarius Mercator, Albertus Stammet, Jacobus Pharmacopola &c. Atqué hæ fuerunt primitiæ Unitatis Fratrum Posnaniæ.

Sic, jactis ibi eò modo Ecclesiæ purioris fundamentis, profectus est, circa festum Michaelis in Moraviam, Sionius, miran-

mirandum Dei opus Fratribus expositurus. Rediit tandem Posnaniam Anno 1550. 2.Febr. & Concionibus, ibidem aliquot peractis, plures alios Christo lucrifecit. Inde Dambrownum in Prussiam, ad suos se contulit.

Post discessum ejus, venit è Prussia; Posnaniam, eodem An. Matthias Aquila, Minister tum Drialdoviæ Exulum, corpus suum malè affectum, opè Medicorum curaturus. Hic, dum Posnaniæ, septimanas aliquot moratur, & in ædibus privatis Verbum Dei docet, augetur ex Civibus & Nobilibus, sua veritati nomina dantibus, Fratrum numerus. Eodem Anno, Autumni tempore, Georgius Israel, cum Matthiâ Erythręo, sive Czervenka; ex Borussia, à Sionio Seniore legatus in Moraviam, per Maj. Pol. transibat.

An. 1551. Posnanienses Novitii Fratres, Christi Euangelium amplexi, scriptis ad Matthiam Sionium Seniorem; Dambrownum Borussorum, binis literis, Ministrum sibi dari ordinarium, Doctoremque assiduum, ab eò flagitarunt. Destinatur ergo ad eos sæpius visitandos Georgius Israel, viribus firmior, qui optimè omnium, linguam Bohemicam ad idioma Polonicam accommodabat, jamqué Posnaniensem tractum, aliquoties visitârat.

Divinę huic vocationi obsecutus Georgius; iter, cum bono Deo, assignatum ingreditur, Toruniumqué (Urbs hæc à Cruciferis condita Anno 1231. Copernici, præstantissimi illius Mathematici, Patria fuit) eodem anno, post Dominicam Lætare, divertit. Indę, per Vistulam fluvium amplissimum, (quô id omne quicquid Polonis frugum superest, defertur in Oceanum Germanicum) glacie tenus duas amplius spithamas crassâ, transeundum ipsi fuit: quippè ponte, jussu Magistratus, vehementem præcaventis exundationem sublato. Itaqué postridiè, exit Urbe, periculum facturus, possetnè eques glaciem Vistulæ transire. Videt viam adeò tritam, ut non solum equum, sed etiam currum onustum sustinere posse putaretur. Abit ergo illâ viâ pedes, exploraturus alteram Vistulæ partem ultrâ insulam; an illâc simi- (Georg. Israel in Hist. Eccl. Maj. Pol.)

N 3 liter

liter tutus pateret transitus. Et glacies quidem ad ripam tantùm utramque, quibusdam locis, nonnihil perforata, nondum fatiscebat. Verum dum is in civitatem redit, ab insula, inter utramque partem sitâ, ita subitò glacies fluminis permagno tumore, soluta est in frusta, ut magno cum vitæ discrimine stans in ea, impulsu aquarum vehementi veheretur. In tanto periculo positus Israel, Deum implorat, Psalmum clarâ voce accinens CXLVIII., quo omnia animata & inanimata Deum celebrare jubentur. Interim tamen, ope Divinâ fretus, animo transit fragmenta glaciei intrepido, & pedetentim ripam Toruniensem accedit. Quod cernens Magister civium, seu Proconsul, Hoffmannus, qui tum stabat cum populo in ripa, silentium imperavit omnibus, ne vociferationibus suis frangerent periclitantis animum. Nihilominus tamen, cum jam terræ appropinquantem videret populus Georgium, ipsius salutis cupidus, eum inclamabat: Ad nos, inquiens, ad nos. Neque fuerunt Georgii preces, quas cum fide ad Deum fundebat, irritæ. Nam ad officinam lateritiam delatus, non procul ab Urbe, penes hortos Prussii, Civis sic dicti, salvus evasit. Obstupuêre omnes, visâ hominis insperatâ salute, & accurrentes, ipsi ex præsentissimo mortis periculo liberationem gratulabantur singularem. Convenerant eum in diversorio ipsius, cives duo, gratulaturi ipsi tantum à Deo beneficium: Quorum unus: Rem istam, inquit, ita mandabo meis literarum monumentis, ut ejus memoriam nunquam amittam. Ex quo enim tempore ista Urbs condita est, non crediderim aliquem è tanto periculo salvum evasisse. Postea etiam visitavit Georgium Proconsul, pari ratione gratulans divinum ipsi auxilium. Tandem Georgius, convocatâ ultrò fidelium, quorum jam antea notitiam contraxerat, concione, Deo Conservatori suo, publicè gratias egit. Memorabile hoc erat longo tempore, populo Toruniensi factum, qui quoties postea Israelem Torunium venientem videbat, toties memoriâ repetebat, ipsius per glaciei fragmenta saltus, & stupendam liberationem.

Post

Post dies aliquot dehinc, aquis subsidentibus, iter cæptum capessit, & Posnaniam ingreditur, ubi tùm tanta aquarum, ex Varta præterfluente, proluvies extitit, ut ille, navi in Urbem vectus, portæ fornicem, manu extensâ, attigerit, & medio Urbis in foro, dorsa equorum, undis operta, viderit.

Primam igitur Posnaniæ Concionem, Georgius habuit die Mercurii, ante Dominicam Palmarum, in ædibus Andreæ Lipczynii: sed clàm, paucis tantum quibusdam convocatis, quos verbi divini teneri desiderio constabat. De his certior facta per nuncium, prudentissima ac religiosissima virgo, provectæ jam ætatis Catharina Ostrorogia; Stanislai & Jacobi Comitum Ostroroganorum, germana Soror; mox, alterâ die, Posnaniam venit Pamiantcoviâ: ac postridie sacris interfuit, & in religionis negotio, cum Georgio Israele contulit. Frequentabat easdem conciones Lucas Jancovius una cum uxore sua, sorore Comitum Ostrorogorum, & Catharinæ Virginis. Quarto ante festum Paschæ die, recipiuntur in communionem sanctorum, à Georgio Israele, & usu Cœnæ Dominicæ, confirmantur, Jancovius ille, cum sua conjuge & famulo, Martino Kadzinio nobili, in villa Psarskie, Posnaniâ milliaribus aliquot distante: quô Jancovius Israelem evocârat. Die Soteriorum, sivè tertio ante festum Paschæ, Pamiantcoviæ, Catharina Ostrorogia Euangelium Christi profitetur, unâ cum duabus suis pedissequis, & paulo post sacrâ Eucharistiâ, Posnaniæ, in cœtu fidelium, utitur. Tandem Pamiantcoviam repetit, ibiqué loci habet hospitem, se præstolantem Annam Cansinoviam de Kunovo: Hæc ex animo Deum colens, fundamenta jam veritatis jecerat, & Samotuliis, à quodam Sacerdote clàm sub utraq; specie Sacramentum aliquoties perceperat. Ei virgo Catharina libros Bohemicos, quos secum attulerat, exhibens, mira cum lætitiâ animi, Hactenus, inquit, Cansinovia mea, magno labore quęrentes bona vitę ætternę, scrutabamur arenam, terram atram, limum & argillam in vanum: Jam vero singulari Dei gratiâ, invenimus & possidemus purissimum aurum.

Jam

Jam vero singulari Dei gratiâ, invenimus & possidemus purissimum aurum. Jam veri Euangelii Præcones, & Sacramentorum dispensatores fidos habemus, constantes & intrepidos. Non obstringunt nos isti juramento singulos ad silentium, de usu integri Sacramenti: sed apertè profitentur veritatem; & veram Cœnam Domini distribuunt; quâ laus Deo, hodie usa sum, cum fidelibus triginta circiter congregatis.

Plantatâ sic novellâ Christi Ecclesiâ, Posnaniæ & in vicinis locis, Georgius Israel, in Prussiam ad suos reversus, Matthiam Sionium Seniorem, morbo laborantem visitat, lætoque nuncio de incrmentis Ecclesiæ Posnaniensis, & vicinarum, mirum in modum recreat. Vix ab eo domum ad suos, in Borussia, Quidzini & Gardeæ (ubi quatuor annis, ab An. 1549, ad 1553. ministravit suis sumptibus pauperi Ecclesiæ) habitantes, regressus fuit: dum Tabellio advolat, & Sionium 16. April. An. 1551. obiisse significat.

Nihilominus tempore nundinarum Posnaniensium, venitabat Georgius ad Ecclesiam Posnaniensem Quidzino & Gardeâ. Comitem itineris habebat, alterum quoquè Fratrum Ministrum, Johannem Coritanium Germanum. Cum autem Israel Posnaniæ degeret, excurrebat subinde Psarscium, & potissimum Pamianticoviam: quô ad Conciones audiendas veniebant: Anna Cansinovia, Soror ejus, Virgo Hedvigis de Sokolnik: Uxor Volfgangi Bucovecii, deinde ipse quoque maritus Volfgangus. Virgo Barbara Jascolecia. Atque ibidem recepti sunt in curam Ecclesiæ Pastorum, successuqué temporis, ad sacram Synaxin admissi.

Eodem anno, circa festum Jacobi, messis tempore, rediit Jacobus Ostrorogus, è Cracoviensi terra, Ostrorogum, secumqué adduxit Ministrum Verbi Dei, Felicem Crucigerum, qui ante annos aliquot, nonnihil è tenebris Pontificiis eluctatus, concionabatur interdum Ostrorogi, in templo, Missam Sacerdote Pontificio celebrante. Sed nulla tum Georgio Israeli Felicis videndi fuit copia. Demum enim Autumni

tumni tempore, sub vindemiationem Ostrorogiensem, aliqua ipsis intercessit notitia.

Deinde, An. 1552. reversus ex Borussia Georgius Israel Posnaniam, ad nundinas Quadragesimales, conciones habuit apud Lipczynium, quandoqué apud Jacobum Pharmacopolam. Eo tempore nomina Unitati dederunt, Martinus Sartor, cum uxore & filia. Margareta, famula Lipczinii, & quidam alii.

Repetit iterum, festo Joh. Baptistæ, Posnaniam Israel: & munere concionandi fungebatur, in suburbanis Nicolai Schillingii ædibus. Pomeridianę Conciones fiebant in horto plantario Martinii Sartoris, cujus paulò ante facta est mentio. Interea pestis in ea Urbe grassari, & multos catervatim è medio tollere cœpit. Antequam tamen inde discederet Georgius, Cœnam Domini celebravit, in ædibus Alberti Stammeti, qui paulò post obiit.

Tandem Seniores Fratrum, perspectâ ejus rei necessitate, surrogarunt in locum Georgii Israelis, in Borussia, Ecclesiæ exulum, Quidzini, Gardeæque habitantium, Petrum Studenium, & Israelem jusserunt migrare in Poloniam. Pedem igitur & sedem fixit Posnanię, Anno 1553. post festum Epiphaniæ, peste nondum cessante: ac ædes à Luca Jancovio conductas incoluit, in iisque verbum Dei quotidie docuit. Audiebat illud attentissimè monialis quædam, nomine Praxeda: & veritatem amplexa, piis de religione & animarum salute colloquiis, aliquot animas Christo lucrifecit. Extremum clausit diem in fide & pietate constans, Posnanię, in ędibus Ostroroganis, Anno 1568.

Cum autem lues pestifera, longius ac diutius serperet, Georg. Israel curam habuit, non modò Posnaniensium, sed etiam aliorum, extra urbem, vicina loca incolentium, Auditorum suorum. Idcirco Paniantcoviam, quandoqué Verbi Dei prædicandi causâ commeabat.

Fuit tum Ostrorogi Felix Cruciger Scebresinus, qui eò, Anno 1551. venerat, ex Papatu quidem egressus, sed ratio-

nis veri Ministerii, ad ædificandam Ecclesiam, imperitus. Fuit & Franciscus Stancarus, Mantuâ oriundus, Italus, prælautè à Jacobo Ostrorogo habitus. Qui ambo veriti, ne quid suis commodis decederet, si ad Fratres, quos nondum benè noverant, deficeret Comes Ostrorogus; suasores erant ipsi identidem: ut Georgium ex locis pestilentibus venientem, procul à suis prædiis, & præsertim Pamiantcoviâ, tribus Posnaniâ milliaribus distante, arceret. Paruit monentibus vir, animi necdum verbo divino planè collustrati, & scriptis ad Georgium literis, totum id negotium Alberto Wengerscio, de Wengierki, Aulico suo, & Præfecto ditionis Pamiantcoviensis & Socolniensis, commisit. Hic ergo tradit Heri sui literas Georgio Cansinoviæ in aulâ, postquam sacra ibi in cœtu fidelium celebrasset. Quarum argumento cognito perculsi fuerunt, tum loci hujus Dominus, Jacobus Cansinovius, Fratrum Unitati nondum illo tempore associatus, (nam uxor tantum ejus & quidam domestici, illis sese adjunxerant,) tum alii Auditores, metuentes Georgio periculum. Sed nulla Georgii animum occupavit formidatio: Cui, etsi exigua cum Ostrorogo notitia intercesserat, facile tamen subolfaciebat, Epistolam illam non ex ira & odio ab ipso scriptam fuisse: quippe qui libros Fratrum, Confessionem Bohemicam Latinitate donatam, & Cantica Bohemica, lubens evolvebat, verùm frequentibus Crucigeri & Stancari commonefactionibus exstimulatum, literas illas scripsisse. Accidit postea, ut Præfectus ille Pamiantcoviensis Albertus Wengerski, obviam factum sibi Georgium alloqueretur: An ignoras, inquiens, prohiberi te, aditu istius ditionis, & ne lue inficiatur pestiferâ, vel per vim repellendum esse? Ego quidem parco tibi, sed cave alios heri mei famulos. Ille vero adhæc: Ne capillus, inquit, cadet è capite meo, sine voluntate Patris cœlestis. Ita nihil ipsi contigit adversi: nec vocationis suæ munia obire destitit.

Georg. Israel. in Hist. Eccl. Maj. Pol. MS. Paprocius in Insignib. Nob. Pol. p. 333. Simon. Ocolscius Orbis Pol. tom. 1. p. 32. 38.

Interim Posnaniæ, in Aulam Jacobi Ostrorogi suburbanam, è priore à Luca Jancovio procurato hospitio, fretus

Catha-

Catharinæ Ostrorogię patrocinio, commigrat Israel: quô dehinc, ad audiendam Christi doctrinam, populus conveniebat.

Exacto aliquo temporis spatio, excurrit ad Wolfgangum Bucovecium, in Sokolniki, pagum ejus nominis alterum uno milliari ab Oppido Ostrorog dissitum. Inde digreditur ad Jacobum Ostrorogum; quem sperabat, atqué confidebat, melius jam sibi adfectum esse, quàm cum ditione suâ ipsi interdiceret. Advenienti Georgio Ostrorogus domo prodit obviam, & salutat eum humanissimè. Idem facit Concionator ejus Felix Cruciger. Multos miscent invicem de religione sermones: utroqué approbante Frat. Boh. doctrinam, ordinem, ceremonias. In gratiam autem Ostrorogi, ritus Fratrum in administratione Cœnæ videre cupientis, Posnaniam reversus Georgius, præparat Auditores suos ad sacram Synaxin. Die præstituto venit eodem Ostrorogus, cum suo Ministro Crucigero: interest uterqué concioni, ac diligenter observant formam administrationis Cœnæ Dominicæ. Ab eo tempore Ostrorogus magis ac magis favebat Fratribus. Sed suspensum reddebat ejus animum præsentia, non modo Felicis Crucigeri, quem è terra Cracoviensi secum adduxerat, ut in sua ditione reformaret Ecclesias, verùm etiam Stancari Mantuani quem ea quoqué de causâ, in Aula fovebat, ut Reformationem promissam consignaret. Moram vero illis nectentibus, Ostrorogus, methodum docendi, disciplinam, & ritus Ecclesiasticos Fratrum, tum ex ore, ipsaqué praxi, tum ex scriptis eorum amplius cognoscit.

Nihilominus, ipso adhuc animi pendente, cui parti in religionis negotio adhæreret, uxor ejus Barbara Stadnicia, à Ministris Frat. Bohemiæ obtinuit: ut privatim, in arce Ostrorogana, concio haberetur: cui unâ cum Gynæceo suo, & non paucis ex vicina nobilitate interfuit. Ipse verò Ostrorogus, hospitibus quibusdam, Pontificię religioni addictis, in aliis ædibus aulæ, præsto adfuit. His igitur concitan- Joh. Lasic. de Frat. Boh. lib. 5.

tibus eum, & quodam eorum dicente; Mea si uxor, ita in domum meam hæresin introduceret, vel verberibus illam corrigerem; irâ percitus Jacobus Ostrorog: En, inquit, illico abstractam ex isto conventiculo meam, hîc sistam: Acceptoqué flagello ad percutiendum eam, in illa fidelium concione, ingressus est conclave, ubi congregati fuêre. Verbum Dei tum prædicabat, Matthias Erythræus (alias dictus Czervenka) vir doctrinâ, pietate, & facundiâ præstans, spiritu Dei plenus; assidente illi Georgio Israele. Dum Ostrorogus ingreditur, pergit concionando Matthias, & ea potissimum, quæ censebat esse ad conscientiam Ostrorogi, proponit. Ostrorogus autem obstupuit, & instar Pauli conversi, terrore quodam mirabili correptus; stetit attonitus, devotissimè, quæ dicebantur audiens. Tum ad eum Israel, extensâ manu locum ostendens: Domine, inquit, sedem isthic capias. *Tanta*; inquiebat posteà Ostrorogus, *me illius sacri cœtus reverentia, tantum formido, & divinus quidam pavor invaserat, ut, si mihi dictum fuisset, sub mensa hac, vel sub hoc scamno locum occupes, tergiversari non ausus fuissem, ac si coram tribunali, ipsius Dei stetissem.* Sedit itaqué & attentissimè totam concionem audivit: in qua, omnes scrupuli conscientiæ, qui eum à pleniore veritatis professione retardabant, ita verbo Dei soluti erant, ut continuò mutatus in alium hominem, prorsusqué ex Saulo Paulus factus fuerit. Huc referendum est & illud relatione acceptum, ab iis qui tum præsentes erant: Georgium Israelem, ex prima sua, in arce Ostrorogiensi habitâ, de salute hominum concione, ad prandium Auditores suos examinasse, in præsentia Comitis Ostrorogi, & quantum quisque in fide profecisset, explorasse. Quæ omnia Ostrorogo ansam dederunt, ut Euangelium Christi apertiùs professus fuerit, ac Unitati sese Fratrum, unâ cum uxore sua adjunxerit, curamqué Ecclesiæ Ostrorogiensis; dimissis Pontificiis Sacerdotibus, huic Georgio Israeli commiserit. Jam enim ante Felix Cruciger, & Stancarus, in Districtum Cracoviensem, impetrato Ostrorogi consensu redierant.

Martin. Gertichius, in Conc. Synod. Pol. p. 22.

Ita

Ita & ipse Comes ab Ostrorog, qui Euangelii Præcones aversari videbatur, & Aulicus ille Albertus Wengerscius, qui Hero suo in arcendo Israele, ex locis contagiosis veniente, suam locabat operam, in curam Pastoralem, & disciplinam Unitatis Fratrum Boh. Ecclesiasticam, more ipsis usitato recepti sunt, à Georgio Israele. Ille quidem; eodem Anno 1553. hic verò Anno 1562. primâ Paschæ Feriâ. Joh. Laurentius, in Catal. Aud. MS.

Circa Novembrem ejusdem Anni 1553. Georgius Israel migravit Ostrorogum, & sedem ibi suam fixit. Domus Parochialis habitationi ejus; Templum, saxo & lateribus structum, sacris concionibus, destinata atqué tradita sunt.

☞ Subinde tamen Posnaniam excurrebat ad Auditores illos suos: quandoqué mittebat eò, ad vicinasqué alias Ecclesias, cultus Divini causâ, Georgium Philippensem, & Joh. Petrassium Moravum.

Sensim autem aliis quoqué Ecclesiis verbi Divini studio accensis, Pastores præfecit; Cosmineci, quæ erat altera Comitis Ostrorogi ditio, Albertum Serpentinum, deinde Joh. Rokitam: Marszeviæ, Petrum Scalnicum: Lobseniæ, Georgium Philippensem: Barcini, Joh. Rybinium.

Anno 1557. circa festum Bartholomæi, Slezanis Moravorum, Georgius Israel, à Senioribus Frat. Boh. & Morav. constituitur & ordinatur, primus Ecclesiarum Maj. Pol. Senior, sive Superattendens.

Anno 1558. mittitur ex Bohemia in Poloniam, Joh. Coritanius: qui Ecclesiam Germanicam, Posnaniæ gubernavit, ad Annum 1565. Georgius vero Israel, tum per se, tum per alios, Polonicæ ibidem Ecclesiæ sacra porrò administravit.

An. 1560. datus est Georgio Israeli, à Senioribus è Bohemia in vinea Domini collaborator, Johann. Laurentius, Consenior ante Slezanis Moravorum, circa festum

O 3 Bartho-

Bartholomæi, An. 1557. Senior postea, An. 1571. electus ac confirmatus. Cui tandem Ecclesiæ Ostrorogensis, reliquarumqué in Maj. Pol. Confess. Boh. cura commissa fuit; Georgio, laboribus in Ecclesia, morbis & senectute debilitato, rude donato, & Lipnicum in Moraviam, quietis gratiâ concedente.

Anno 1564. Fratres Unitatis, in Maj. Pol. Religionis suę Confessionem Bohemicam, quam An. 1535. Ferdinando I. ac deinde Maximiliano Impp. Rom. & Regg. Boh. exhibuerant; Sigismundo II. Augusto, Regi Pol. in Comitiis Varsaviensibus, legendam obtulerunt: qui pacem, & tranquillam in Regno Pol. habitationem illis promisit, ac præstitit.

Anno 1566. die 28. Junii, in Comitiis Lublinensibus, Jacobus Ostrorogus, factus est Generalis Præfectus, seu Capitaneus Maj. Pol. summus Frat. Confess. Boh. Fautor & Patronus. Sed intra biennium, 28. Maji, An. 1568. Posnaniæ terras reliquit, profectus ad superos.

Templa Fratr. Confess. Boh. habuerunt Posnaniæ duo, Polonicum & Germanicum, unâ cum aliis duabus ædibus & hortis contiguis, collocata in Aulâ Comitum ab Ostrorog hæreditariâ in suburbio Posnaniensi, extra portam Vronecensem, quâ itur ad ædem D. Alberto sacram. Atqué his ædibus Ostroroganis, & templis duobus contiguis, libertas & immunitas à Sigismundo II. Augusto, Rege Pol. data & concessa fuit Petricoviæ, feriâ secunda, ante festum omnium Sanctorum proximâ, An. 1564. Coemerat quoqué illis ædibus vicinam domum, ab Andrea Schillingio, Lipsensi, Mercatore & Cive Posnaniensi, viro Euangelico, de Ecclesia Fratrum benè merito, Joh. Crotoscius, Palatinus Inovlodislaviensis: quam ei, libertate ac privilegiis munivit Stephanus, Pol. Rex, Torunii, in Conventu Regni Generali, 20. Nov. Ann. 1576. Sic munitam, pio Fratrum Confess. Boh. usui tradidit. Similiter in eodem suburbio, & vicinia, Joh. Gajevius de Blociszevo, Judex terrestris Posnaniensis, domum, ab hæredibus Joh. Suidua Szamotulii redemptam,

& à

& à Stephano Rege Pol. privilegiis & immunitate donatam, Varſavię, in Comitiis, 18. Nov. An. 1582. Fratr. Confeſſ. Boh. attribuit, & inſcribi curavit. Verumtamen hæc privilegia, & monumenta minimè effecerunt, ut domus illæ; & templa Euangelicorum intacta manerent. Poſtrema, eorum deſolatio & ruina accidit, 3. Aug. Anno 1616. In ipſis igitur templorum ruderibus, ſæpius turbati ac impediti ſacris operabantur, donec vi ſummâ, ſeveriſquè interdictionibus, planè prohiberentur.

Anno 1615. Menſe Majo deſignatus fuit Eccleſiæ Frat. Confeſſ. Boh. Poſnanienſi, in Synodi Lobſenenſi, Concionator Joh. Wengerſcius nepos Alberti illius, de quo paulò ſuperiùs facta eſt mentio. Cum autem propter pericula habitare illic non eſſet integrum, atque tutum, ſingulis ſeptimanis Oſtrorogo iter eò ſuſcipiebat, & in cœtu illo Fratrum, ſingulis diebus Dominicis, ad populum, verba faciebat. Ultimam, ab everſione illa & excidio, concionem, intra muros ſacræ ædis dirutos, habuit, Dominicâ Sexageſima, Anno 1617. Ex eo tempore in illis locis, ſacra Euangelicorum publica intermiſſa ſunt, funduſquè ille poſteà ceſſit Monachorum Cœnobio.

Hic, corollarii loco, non erit de nihilo, ſeriem pertexere Civitatum, Oppidorum, pagorum, in quibus florebant, & nonnullæ adhuc ſuperſunt Frat. Conf. Boh. Eccleſiæ; tum in Maj. Polonia; tum in adjacentibus ei, viciniſque Provinciis.

Et, Maj. quidem Poloniam, quod attinet, in ea Civitates, Oppida, & Pagi; qui hoſpitium doctrinæ Fratrum Confeſſ. Boh. exhibuerunt, hoc Alphabeti ordine recenſentur: 1. Barcinum. 2. Bardæum. 3. Blizanovo. 4. Bojanovo. 5. Broniſſovice. 6. Buczum. 7. Caliſſium, in domo quadam lapidea. 8. Caminum. 9. Carminum. 10. Carnicium. 11. Chobenicium. 12. Chodecz. 13. Chomentovium. 14. Cinium. 15. Coſminecium. 16. Covalc. 17. Crotoſſinum. 18. Dembnicia. 19. Golanccium. 20. Golinum.

21. Go-

21. Goluchovia. 22. Gostissovia. 23. Grujecium. 24. Jastrzembniki. 25. Kierzno. 26. Kwilecium. 27. Lagiewniki. 28. Lassoticium. 29. Leschna. 30. Lissovia. 31. Liscovia. 32. Litognevum. 33. Lobsenia. 34. Lutomirscium. 35. Marszevia. 36. Meletinum. 37. Mysliborium. 38. Nechlodium. 39. Niemczynum. 40. Ostrorogum. 41. Orzescovia. 42. Pacostium. 43. Parcicium. 44. Ponicium. 45. Posnania. 46. Sipnovo. 47. Skoki. 48. Stavissinum. 49. Suierczynko. 50. Szamotulium, primò in templo Majore Collegiato, D. Stanislai. 20. Junii, Anno 1574. deinde in templo Spiritus S. suburbano. Et Majoris quidem templi, cum pars Oppidi illius, Pontificio cuidam in hæreditatem cederet, usus, in sacris celebrandis communis fuit aliquamdiu, tam Euangelicis, quàm Pontificiis, per amicam possessorum Oppidi transactionem, factam, subscriptam, & sigillis multorum Procerum, & Nobilium confirmatam. An. 1575. Minister tum Euangelicorum fuit, Blasius Adamitius Nidburgensis, sub Patrono, Joh. Suidua Szamotulio. 51. Tomicium. 52. Trlonga. 53. Weszcovia. 54. Wieruszovia. 55. Wilcovia Germanica. 56. Wilcovia Polonica. 57. Wola Laszkoviensis. 58. Wyssina. 59. Zychinum. 60. Zygry.

Vicinarum Majoris Poloniæ Provinciarum, Civitates, Oppida, Pagi, in quibus Ecclesiæ Fratrum Confess. Boh. fuere olim, hodiequé conspiciuntur nonnullæ, hac serie sequuntur.

In Silesia. 1. Carolatum. 2. Kottlavia. 3. Libanum, propè Cyoram Silesiorum pagus, cujus Ecclesiæ aliquandiu præfuit Franciscus Rosentrit, Minister in Unit. Frat. Conf. Boh. adscitus. 4. Lippen. 5. Miliczium. Circa Annum 1590. fuit quoqué Freistadii Silesiorum, Pastor Adamus Thilo, Fraternitati Bohemicæ ita addictus, ut pro Picardico (quo nomine Fratres vulgò, tum ab adversariis, tum ab aliis rerum ignaris appellabantur) planè haberetur; ibidemque cælebs decessit. Eò, Alumni Fratrum non rari postmodum missi fuêre.

In

In Masovia. Nisźczyce, &c.

In Borussia. 1. Dantiscum: quò jam olim Anno 1589. à Fratribus Maj. Pol. expetitus fuit mysteriorum Dei, in lingua Polonica, dispensator: & Anno 1626. ab illis cò missus Albertus Niclasius Polonico & Germanico sermone, verbum Dei prædicat, nunc ædis Petro-Paulinæ Parochus. 2. Elbinga: ubi Pol. & Germanicè concionatur, ex eadem Unitate Fratrum Minister, Gregorius Laboreus Sgniglecius. 3. Gowsko, pagus amplissimi Magistratus Torunensis: cujus Ecclesiam rexit antea, Joh. Seidelius; nunc Joh. Memoratus, ambo inter Fratres educati. 4. Grembrocinum, alter pagus, Pastores Unitatis Fratrum habuit: Paulum Paliurum, Johannem Rybinium, nunc Joh. Kitelinum. 5. Torunium: in qua civitate laudatur maximè, & aliis in exemplum proponitur, Theologorum moderatio, & sacrorum administratio, consensui Ecclesiarum Polonicarum, olim inito, apprimè conformis. Gubernat ibi Ecclesiam Germanicam, nunc, cum aliis, Petrus Cimmermannus, qui Ostrorogi, in Unitate Fratrum, ad pedes Martini Gratiani Senioris, tanquam alterius Gamalielis, in sacris posuit tirocinia; Senior Ministerii Torunensis: Polonicam, olim Joh. Turnovius, SS. Theol. Doctor, & Senior Ecclesiarum Maj. Pol. nunc Paulus Orlicius, & Joh. Hypericus, Conseniores Ecclesiarum Maj. Pol. 6. Olim Jordanecii, Martinus Orminius. 7. Nunc Sztumæ in Arce Daniel Copecius. 8. Mariæburgi Joh. Episcopius. Aliquot præterea Ecclesiis in Borussia, Fratres Maj. Pol. submiserunt hactenus Verbi Dei Ministros.

In vicina Cassubia, defuncto Joh. Conradio Bresinio, Crocoviensis Ecclesiæ Pastor successit, ex Unit. Frat. Maj. Pol. Johannes Musonius, Johannis filius, Simeonis nepos.

In Min. Pol. etiam, à Fratrib. Maj. Pol. vocatos olim Ministros obtinuerant; Baranovia, propè Sendomiriam, Berestecium, Buczazium, Crilovia, Lochii, Opolium, Ryki, &c. Sed & hactenus, in Min. Pol. & in Lithuaniam, complures suppeditarunt Ministros.

De his Fratrum Ecclesiis, Paulus Vergerius, olim Episcopus Justinopolitanus, præfatione in Conf. Frat. editâ Tubingæ, An. 1557. *Posteaquam*, inquit, *me superioribus annis Deus, ex Germania, in Borussiam, Lithuaniam & Poloniam evocavit, magno sum incensus desiderio, varias gentium variarum Ecclesias inspiciendi. Cum autem Poloniæ Regnum diu multumquè peragrassem, incidi tandem in cœtus circiter XL. institutis Valdensium* (Fratres intelligit) *conformatos: quorum aspectu lætitiam animo concepi incredibilem.* Hæc ille.

Inter præcipuas numerabantur Ecclesias, Maj. Pol. Posnaniensis, Ostrorogensis, Lesnensis, Cosminecensis, Lobsenensis, Wieruszoviensis, Barcinensis, Skocensis, &c.

POSNANIÆ, Fratrum Ministri, alii aliis ordine successerunt, in Ecclesiæ regimine: quorum alii non nisi Polonicè, quidam tantum Germanicè, nonnulli utraqué lingua concionati sunt. 1. Georgius Israel. 2. Stephanus Bidsovius. 3. Joh. Coritanius. 4. Georgius Erastus. 5. Stephanus Felix. 6. Balthasar Eichnerus. 7. Joh. Enoch. 8. Lucas Andronicus. 9. Joh. Siffert, Torunensis. 10. Gregorius Mollerus. 11. Joh. Girck. 12. Matthias Rybinius, Anno 1592. 13. Samuel Aorgus. 14. Joh. Turnovius, Junior. 15. Paulus Orlicius, qui ibidem Anno 1600. obiit. 16. Andreas Colensis. 17. Albertus Maximus. 18. Nicolaus Rausmannus. 19. Stanislaus Niewierscius. 20. Matthæus Cralicius. 21. Ioh. Wengerscius.

OSTROROGI. Oppido Posnaniâ quinqué milliaribus distante (in quo à 250. & ultra annis, memoratur ab Historicis, Cromero, Miechovio, utroqué Bielscio, & aliis, Castellum Ostrorog, in quod, à Domarato profligatus Suidua confugerat) Ecclesiæ præfuerunt Ministri, iique Seniores: 1. Georgius Israel. 2. Joh. Laurentius. 3. Simeon Theophilus Turnovius. 4. Matthias Rybinius. 5. Martinus Gratianus Gertichius Anno 1612. 6. Paulus Paliurus Anno 1629. 7. Joh. Rybinius, An. 1632. Non multo post Sacerdotes Pontificii, templum illic structurâ cœmentitiâ munitum ac exor-

exornatum, Euangelicis adempturi, 26. Jul. Anno 1636. Missam in eo administrarunt, 23. Jan. An. 1637. occuparunt, & 25. Jan. Jubilęum in eo, magno hominum concursu, celebrârunt. Quapropter Euangelici in Arcem ad sua sacra Ostrorogi hactenus conveniebant; nunc in quandam Oppidi domum, Pastore usi primùm Joh. Serenio Chodoveccio, deinde Martino Plorto.

LESNÆ, quæ ex oppido, Civitas facta est, 8 Maj. Anno 1631. Posnaniâ decem milliaribus in finibus Silesiæ sita, gubernarunt Ministri Fratrum Confess. Boh. Ecclesiam quidem Germanicam 1. Balthasar Eichner, circa An. 1555. 2. Franciscus Rosentrit. 3. Joh. Kotvitz, Nobilis Silesius. 4. Matthæus Libius. 5. Joh. Girck. 6. Martinus Gratianus Gertichius. 7. Joh. Wolfagius. 8. Jacobus Memoratus. 9. Martinus Gratianus Gertichius denuò. 10. Martinus Gertichius illius Patruelis, ab Anno 1629. Ecclesiam vero Polonicam, seorsum, 1 Joh. Musonius. 2. Joh. Rybinius, Anno 1635. 3. Andreas Wengerscius, 19. Jul. An. 1629. 4. Jacobus Memoratus, An. 1633. 5. Benjamin Ursinus, Anno 1645. Fuit hactenus ea Civitas, multorum piorum, ex Bohemia, Moravia, Silesiaqué exulum, receptaculum. Exinde Euangelicus cœtus, tripartitus ibi Christo colligitur: Germanicus, Polonicus, Bohemicus. Et Bohemicus quidem sua sacra ferè in Auditoriis Gymnasii peragit: Polonicus Confess. Bohemicæ universus adhæret, & post sacra Germanica, in Lesnensi templo veteri, sua sacra celebrat. Germanicus divisus est, ut Confessione, ita templis: quorùm alterum vetus dicitur, Boh. Conf. hominibus serviens; alterum Novum, Augustanæ Confess. asseclarum proprium est. Fuêre sanè Fratres Boh. Conf. parati ad sua, tum sacra, tum templa illos admittere; dummodò ritus quosdam suos relinquerent. Sed illi maluerunt novum sibi templum exstruere, & ritus illos, Albæ; etiam in publicis funerum deductionibus, Exorcismi, &c. strictè retinere, quamvis ab Academia Vitebergensi, edocerentur, posse ista, bonâ conscientiâ prætermitti.

P 2 Quæ

Quæ hoc nomine ad Vitebergensem Academiam Scripta, à Raphaele Comite de Lesno, Palatino Belsensi, Vlodæviæ $\frac{10}{20}$ Januarii. A. 1634. & ab ea rescripta: idque tum à tota Facultate Theol. $\frac{18}{21}$ Julii ad Palatinum, tum à Jacobo Martinio, S.S. Theol. Doct. & Prof. primario, ejusdem Facultatis Seniore, & p.t. Decano, 19. Julii, ad Joh: Slichting de Bukowec, judicem terræ Fraustadiensis, seu Uschoviensis; Administratoremqué Comitatus Lesnensis, fuerunt, alibi typis impressa habentur.

COSMINECI, in Ecclesiæ Regimine alii aliis successerunt. 1. Albertus Serpentinus. 2. Joh. Rokita. 3. Valentinus Cornelius. 4. Joh. Rokita denuò. 5. Christophorus Musonius. 6. Joh. Musonius, filius. Sed paulò post, venditâ Pontificio nobili cuidam ditione illâ, etiam Ecclesia aliò migrare necesse habuit.

LOBSENIÆ, 1. Albertus Serpentinus. 2. Joh. Rybinius. 3. Simeon Musonius. 4. Andreas Silvanus. 5. Joh. Memoratus. 6. Andreas Colensis. 7. Joh. Turnovius, junior. S.S. Theol. D. 8. Nicol. Rausmannus. 9. Nicolaus Laureus A. 1620. quo Lobseniâ, post obitum Patroni, in manus Pontificiorum delapsâ, templum majus Euangelicis ademptum, suburbanum hactenus concessum fuit.

WIERUSZOVIA, Ministerio Laurentii Simleri, Joh. Turnovii Senioris, Matthiæ Rybinii, Alberti Maximi &c. usa, Alumnos è medio Papatu lucrifactos, quos ulterius domi fovere non potuit, tot quot nulla alia, aliis Euangelicorum Ecclesiis, in Poloniam utramqué & Lituaniam, dedit atque submisit.

BARCINI, quod est Oppidum in loco, ad Notesium flumen, amœnissimo, situm, templumqué ejus prominet ligneum in monte conspicuo. 1. Joh. Rybinius. 2. Joh. Turnovius, senior. 3. Andreas Sylvanus. 4. Matthias Majus. 5. Albertus Petrassius. 6. Andreas Regulus. 7. Joh: Hypericus. 8. Joh. Recordatus. 9. Thomas Wengerscius, ultimò. Idem enim Barcinum, quod Lobsenia, eodem olim gaudens Patrono, fatum subiit. A. 1621.

Sko-

SKOCIS, oppido, quatuor Posnaniâ milliaribus distante. 1. Joh. Fortunatus. 2. Matthias Nachor Pascorius. 3. Joh. Recordatus. 4. Joh. Bialcovius 5. Michael. Hesperus. 6. Jacobus Gembicius, Jacobi Consenioris filius. 7. Joh. Chodovecius. Templo autem, à Pontificiis adempto. A. 1644. in Aula Sacri conventus fiunt. Et ista, ab A. 1628. in Christum ejusque exules, hospitalis exstitit Ecclesia.

Hæc de pręcipuis in Unitate Fratrum Maj. Pol. Ecclesiis. Cui Unitati Georgius Vechnerus, S.S. Theol: D. A. 1618. in Academia Francofurtensi creatus, Gymnasii Bethaniensis Professor publicus, Concionator Germanus, accessit: Qui χειροτονίᾳ Solemni Antistitum, 21. Mart. A. 1639. in præsentia multorum Patronorum, Lesnæ, Ecclesiastico Ministerio initiatus posteà 13. Decemb: A. 1646. Ecclesiarum Ducatus Bregensis, in Silesia Superintendens, Ducalisqué Gymnasii Director factus fuit.

SCHOLÆ, Ecclesiæ & Reip: seminaria, apud Fratres in Maj. Pol celebriores fuêrunt:

I. POSNANIENSIS, Sub Moderatoribus, Valentino Cornelio, A. 1570. Martino Gratiano Gertichio. A. 1587. &c.

II. OSTROROGENSIS, sub Rectoribus, Elia Thesbite Moravo, Stanislao Scribovio Lobsenensi, Jacobo Wolfagio, Matthia Wengierscio, Ambrosio Halesio, Gregorio Laboreo Sgniglecio, Martino Gertichio, Alberto Wengierscio, Matthia Ambroscio &c.

III. COSMINECENSIS, sub Rectoribus: Stanislao Grepsio (postea in Universitate Cracov: Professore publico, Latinè, Græcè, ac Hebraicè peritissimo.) Simeone Theophilo Turnovio, Joh. Vernero Strelensi Silesio, Daniele Staudio Silesio, Mauritio Fidlero Dantiscano, auditore & discipulo Philippi Melanchtonis, Ambrosio Halesio, Jacobo Musonio, Christophori filio, Matthæo Seremo Chodovecio, &c: Starovolsc. Script. Pol. Hec. p. 150

IV. WIERUSZOVIENSIS, sub Rectoribus: Laur. Simlero Polono, Joh. Majo Bitschinensi, Andr. Calagio Uratisla-

vienſi Poëta, qui Pentateuchum Poëticè reddidit,& Synonima, Latino-Polon. Germanica evulgavit, Joh. Gerlachio Sileſio, Petro Slotihio Sileſio, Joh. Lago, ſive Zaianczkovio, Joh. Simlero, Laurentii filio, &c.

V. LOBSENENSIS, ſub Rectoribus: Daniele Perlebergo Magdeburgenſi, Chriſtophoro Muſonio, Conrado Nubero Dantiſcano, Valentino quodam, Paulo Paliuro, qui collegam habuit Albertum Niclaſium, Alberti Miniſtri Dantiſcani Patrem, Jacobo Memorato, Georgio Manlio, Mauritio Fidlero, Johanne Wengierſcio, Andrea Muſonio, Chriſtophori filio.

VI. BARCINENSIS, ſub Rectoribus, inter alios, Ambroſio Haleſio, & Thoma Wengierſcio.

VII. LESNENSIS, à Raphaele Comite de Leſno, Capitaneo Radziejovienſi, (qui cùm primò Palatinus fuiſſet Breſtenſis, Cujavienſis, ultrò depoſito hoc officio, Caſtellanus poſtea Sremenſis creatus eſt,) fundata: & regimini Fratrum Conf. Boh. tradita: circa Annum 1555. inſtaurata: ab Andrea Comite de Leſno, Palatino Cujavienſi, Breſtenſique Anno 1604. renovata: deniqué in Gymnaſii Formam à Raphaele Comite de Leſno, Palatino Breſtenſi An. 1624. redacta fuit. Sic igitur efflorecenti Scholę huic Leſnenſi, Rectores potiſſimum iſti præfuerunt: 1. David Cnoblochius, poſt Scholæ Glogov: Rector. 2. Joh. Girkius, Eccleſiæ Germ. Paſtor: 3. Georgius Waldax. 4. Michael Fidlerus Glogovienſis. 5. Andreas Fabricius Hungarus. V. D. M. 6. Joh. Muſonius, Eccl. Pol. Paſtor. 7. Georgius Manlius, Gorlicio-Luſatus, poſt Medicinę D. & Profeſſor Eloqu. in Gymnaſio Bethanienſi. 8. Michael Aſchenbornerus, Bethanienſis Sileſius. V. D. M. & Poëta L. C. 9. Joh. Rybinius. Paſtor Eccleſiæ Pol. 10. Andreas Wengierſcius, Paſt. Eccl. Pol. 11. Michael Henrici, Boleſlavia Sileſius. 12. Joh. Amos Comenius, Moravus. 13. Sebaſtianus Macer, Bohemus 1642.

Typographia Unit. Fratr. Maj. Pol. in uſus Eccleſiarum & Scho-

& Scholarum, ad recudendos pios libellos, erecta fuit olim Szamotuly, tandem Lesnæ.

II. De Ecclesiis AUGUSTANÆ CONFESS. in Majori Polonia.

Erant in Maj. Pol. præter Fratr. Bohemicos; Constantinus Trepca, Johannes Seclutianus, & alii, qui occulté spargebant Euangelium, Confessioni Augustanæ conformes, sub patrocinio, Andreæ Comitis à Gorka; filiorumqué ejus, Lucæ, Andreę & Stanislai: nec non aliorum quorundam Nobilium. Tandem Anno 1563. ex Prussia venit Nicolaus Gliczner, & commigravit Posnaniam, quindecim annis post illud tempus, ex quo Fratres Conf. Boh. in ea civitate fundamentum Ecclesiæ Christi, præconio Euangelii ipsius renovatæ, palàm solideque jecerunt. Hoc igitur potissimum anno, Ministri Aug. Conf. in Pol. Maj. cœtus suos aperire, & in peculiarem ordinem redigere cæperunt.

Templum habuerunt suum Posnaniæ, vulgò Lyssa Gora, à calvo monte nuncupatum: quod postea ab adversariis ad cineres usqué exustum fuit, An. 1616. 12. Julii.

Post extremam vero templorum Euangelicorum hoc Anno 1616. Posnaniæ, desolationem, ac prohibitum religionis publicum exercitium, Euangelici Aug. Confess. milliari uno, ab Urbe Posnania, in oppido Svarzenc, ad sua sacra conveniunt.

Frequentes porrò Aug. Confess. cœtus reperiuntur Uschovæ, seu Fraustadii, Lesnæ, præsertim advenarum Goræ Silesiorum, duobus inde milliaribus exulum, Smiglæ, Miedzyrecii, &c.

III. De Ecclesiis, in Maj. Pol. HELVETICÆ olim CONFESS. dictis, in Districtu Cujaviensi.

Circa Anno 1549. Andream Prasmovium, Posnaniæ in fano Beati Johannis, extra urbem, Ecclesiam ab erroribus repurgantem, Defensore Vengorenscio Commendatore, Isbinscius Episcopus, expulit in Cujaviam. Quo persequutionis genere, ingens ab eo Præsule Regioni illi, collatum; eo li-

eo licet aliter cogitante, beneficium. Prasmovius enim, in Cujaviam pulsus, majore ibi cum fructu Ecclesiæ Dei, usque ad A. 1592. egit; parvo post tempore, Senior, septem Ministrorum, Tigurinæ seu Helveticæ Confessionis.

Anno autem 1544. Stanislaus Lutomiscius, Cominensis Tussinensisque Plebanus vulgò dictus, & cum eo multi alii, amplexi fuerunt, in Cujavia, ritus Confess. Helveticæ. Paulo post vero in Min: Pol. migravit.

Consensus in doctrina, ritibus, & ordine Ecclesiastico Helvetiorum Cujaviensium cum Fratribus Confes: Boh. initus Cominecii A. 1555. renovatus, A. 1565. in pago Nobilis illius Patroni, & Scriptoris Theologi, Jacobi Niemojevii, Lissoviæ: in Synodo Ostrorog. 8. Sept. A. 1620. arctiori & pleniori unione consummatus fuit, mense Decemb. A. 1627 in Synodo Ostorog: Tum enim ita in unum ordinem & disciplinam coaluerunt, cum Fratribus Bohemicis, Helvetici, Daniel Micolajovius Senior, & Jacobus Gembicius Consenior, & alii; ut ab illo tempore eosdem cœtus, communibus consiliis regerent, easdem Synodos celebrarent, & communi nomine Fratres Unitatis appellarentur. Nulla igitur amplius est, in Maj. Pol. distinctio Ecclesiarum Conf. Boh. ab Helveticis. Ac dum Cujavienses Helvetici separatim ab aliis politiam administrarent Ecclesiasticam, sedem præcipuam Ecclesiæ & Scholæ, Radriejoviæ, in Urbe Regiâ, tenuerunt. Floruit hæc Ecclesia, ab A. 1560. ad A. 1615. Schola maximè claruit sub sceptris, & regimine, Valentini Curionis Halensis.

CAPUT XV.

De Reformatis Speciatim Ecclesiis, in Min. Polonia.

ILla Ecclesiarum, & Ministrorum verbi, juxta Confessiones, Bohemicam, Augustanam, & Helveticam, distinctio, in Min: Pol. vix ampliùs locum aliquem habet. Nam qui Cracoviæ Augustanam sequuntur Confessionem, Mercatores

tores extranei, illi, certis tantum temporibus, è vicina Silesia, Ministrum Aug. Conf. ad celebrandam sacram Synaxin, in ditionem Patroni alicujus Euangelici, propinquam Urbi, accersunt. Qui verò Lublini, ex advenis Mercatoribus, Aug. Conf. profitentur, illi, peregrè captatis occasionibus, vel Slavaticium, ad Borusso-Hollandos, in finibus Lituaniæ & Min. Pol. degentes, vel aliò sacra ritusque suos observaturi, abeunt.

Cæterum omnes olim Helveticæ Confes. dictæ, nunc, solo Euangelicarum, Orthodoxarum, Reformatarum Ecclesiarum titulo gaudent.

Initiò quidem ad Cracoviensem Districtum, qui primus Christo, ac ejus Euangelio clarius illucescenti, hospitium præbuit, referebantur omnes aliæ Ecclesiæ, quæcunqué doctrinam Christi recipiebant. Prima igitur Synodus, mense Octobri. A. 1550. Pinczoviæ habita fuit. Intra decennium ferè A. 1560. (præmissâ deliberatione, in Synodo Ulodislav. 26. Jun. A. 1559) separatæ & distinctæ sunt Ecclesię totius Min. Pol. tum ob magnam locorum distantiam, tum ob alias graves causas, per suas certas classes, seu Districtus.

Atqué ita singulis Districtibus, ex utroqué ordine, Seniores assignantur. Ex ordine Ministrorum Ecclesiastico Senior unus, alter Collega, & adjutor ejus, Consenior dictus, communi cum Ecclesiis Maj. Pol. ritu electi, ac solenniter ordinati. Quorum diversa aliquantò officia, breviter sic habe: Senioris quidem ipsius interest, primo: Ordines sacros, ut sunt Lectoris, Diaconi, Ministri, Consenioris, in singulis Districtus sui Ecclesiis, conferre, & consentiente totâ Synodo, solenniter ordinare, atque ordinatorum fidelem curam habere: adhæc, pro ratione necessitatis Pastores, vel officio deponere, vel loco mutare, cum scitu tamen & consensu Synodi: deniqué Archivorum Distructualium, ut & Sigilli Custodem, legumqué constantem Exequutorem esse. Consenior verò, quædam munia cum Seniore habet sibi communia: qualia sunt: Ecclesias sui Districtus singulas,

quotannis cum eo Visitare, introductiones Ministrorum cum eodem absolvere, comitem itineris ad Synodum Provincialem se ipsi exhibere, atqué in defectu vel absentiâ Senioris, ipsius vices obire. Ex ordine Equestri totidem duo, aliquando plures eliguntur, qui Seniores Politici vulgò vocantur. Hi tamen, nec specialiter ordinantur, nequé eodem gaudent, cum Senioribus Ecclesiasticis, paulò antè recensitis munere; sed socii tantum & Cooperarii ipsis adjunguntur: tum ad itinera publica, puta Visitationum Districtualium, & Synodorum Provincialium, commodiùs peragendà; tum ad accusationes si quæ occurrunt, audiendas, jurgia & lites decidendas, negotia Politica componenda, & id genus alia, quæ publicum in Ecclesiis Districtualibus bonum promovent, ordinemqué conservant. In singulis quoqué Districtibus, Synodi Districtuales ad examinanda, & tractanda Ecclesiarum suarum negocia, institutæ, quotannis ordinariè celebrantur.

Ne verò illa Ecclesiarum Reformatarum per Districtus Min. Pol. separatio, in Synodo Xansensi sancita, schisma aliquod unius Ecclesiastici corporis introduxisse videretur, ideò sequentes Synodi, obviam huic malo ituræ, ut communi quodam vinculò omnes Min. Pol. per certos Districtus distinctæ Ecclesiæ, jungerentur, duo hæc rata esse voluerunt:

Primò, ut Superattendens, seu Senior primarius Ecclesiasticus unus, è numero Seniorum Districtualium electus, toti Provinciæ Min. Pol. non juris aut potestatis alicujus in cęteros, sed ordinis boni & curæ primarię in Ecclesiâ ergo, præponeretur: qui Synodorum & Convocationum Provincialium curam, eas, communicato cum Collegis suis consilio, indicendo, inqué iis præsidendo, haberet; Actorum Synodalium Custodem, & legum Exequutorem ageret; Seniores singulorum Districtuum ordinaret, & visitaret; Bibliothecam deniqué, Typographiam, & Collectas Provinciales, suæ fidei traditas, asservaret. Præter eam autem causam in-

instituti Superintendentis, quam superius attigi; duas insuper colligere ex actis Synodalibus licet: tum propter emergentia quædam subita & ardua negotia, quæ cum moram non patiantur, & dilatione robur acquirant, nisi uni committantur alicui Seniori generali, (verba sunt Synodi Xansensis A.1560 habitæ.) absolvi non possunt tàm facilè; tum ne Seniorum multitudo ambitionem & certamina pareret. Nequé tamen absolutam, sed prudenter limitatam esse voluit hanc Superattendentis authoritatem Ecclesia Dei, ne scilicet aliquando ex nimia licentia in tyrannidem degeneraret, & fratribus Ministris jugum aliquod imponeret. Ideoqué cum, proprio ausu privatoqué arbitrio aliquod opus aggredi vetuit, tum etiam judicio Fratrum Seniorum Districtualium, atqué disciplinæ Ecclesiasticæ; si quando correptione ob muneris negligentiam dignus esset, subjecit.

Secundum autem, quod ad unitatis Ecclesiarum Min.Pol. conservationem videbatur facere, erat: ut quotannis Synodus Provincialis haberetur, ad quam ex Districtualibus Synodis Legati, scilicet Senior, Consenior, Notarius Synodicus, ut & Seniores Politici, mitterentur: qui ibi postulata quædam specialia Distructus sui proponerent, & decisionem Controversiarum, fortè in Districtuali Synodo occurrentium, peterent. Atqué adeò, ut in qualibet Provinciali Synodo, Ecclesiarum in singulis Districtibus Status cognosceretur, & de magis arduis atqué communioribus negotiis deliberaretur; ad fraternæ charitatis, & Societatis mutuæ incrementum uberrimum. Constitutus est hic ordo in Synodo Xansensi. 14. Sept. A.1560. Confirmatus vero, in Pinczoviensi.A.1561.25.Jan.Item in Syn. Gen. Sendomiriensi A. 1570. 14.April. Cracoviensi. A.1573. 29.Sept. & sequentibus aliis.

Cæterum, plures illo tempore erant Districtus Ecclesiarum Min. Pol. Euangelicarum, nunc pauciores, nempe: I. CRACOVIENSIS: cui juncti sunt, Checinensis, Pin-

czoviensis, ac non ita pridem Zatoriensis ac Osviecimensis. II. SENDOMIRIENSIS, antè dictus Szidloviensis. III. LUBLINENSIS, & Chelmensis. IV. RUSSIÆ nigræ & Podoliæ. V. BELSENSIS, Voliniensis & Kioviensis, à Lublinensi & Chelmensi sejunctus, 7. Oct. A. 1599.

Ac I. in Districtu Cracoviensi, ab A. 1542. nonnulli, tum ex Johanne Cosmenio, & Laurentio Prasnisio, Sigismundi II. Aug. Pol. Concionatoribus; tum ex Francisco Lismanino Monacho Franciscano, Reginæ Bonæ Confessario, purioris doctrinę gustum perpiciebant. Nam & Lismaninus exterorum Theologorum libris, Vitebergâ, Lipsiâ, Basileâ & aliundè subministratis, instructus, multos in religione Romana errores deprehendebat, eosqué aliis Cracoviæ, in Collegio suo privato Theologico, demonstrabat. Frequentabant illud Collegium inter alios: Joh. Tricesius, Senior Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritus; Bernardus Wojewodka, Civis & Typographus Cracoviensis uterqué Magni illius Erasmi Roterodami discipulus: Jacobus Prilusius Notarius Castrensis Cracoviensis, Andreas Fricius Modrevius, Adamus Direvicius Canonicus Cracoviensis, Jacobus Uchanius, Can. Cracov. & tum Referendarius Regni, posteà Archiepiscopus Gneznensis, Andreas Zebrzidovius posteà Episcopus Cracoviensis, &c. Istorum aliqui Romana deseruerunt placita: quidam ad ea redierunt: nonnulli opum & dignitatis causâ, religionem quam agnoscebant veriorem, dissimularunt. Stanislaus Iwan Karninscius, Nobilis valdè familiaris Lismanino, Alexandroviciis, pago sesqui milliari circiter Cracoviâ dissito, ad eum sępius excurrebat, & cum eo, aliisque de rebus Theologicis conferebat. Nec fuit labor iste inanis in Domino. Rectam enim Dei colendi rationem cognovit, & constantissimè tenuit. Quapropter Samuel Maciejovius Episcopus Cracoviensis, ut tam evidenti religionis mutationi occurreret, nihil non agebat, in Lismanini Monachi Franciscani, qui omnium Cœnobiorum Franciscanorum, & Monialium Regulę Clarę Commissarius

Budzinius in MS.

Cracoviæ erat, nequé adhuc apertè, Papatui nuncium miserat, exitium. Ubi enim inaudivisset Lismaninum meditari novam religionem, deferente eum Podlodovio Crac. Canonico, totis viribus, ex occulto tamen, operam dabat, quâ ratione Lismanino, apud Reginam Bonam, (quæ promotione & intercessione Lismanini Episcopatum Cracoviensem huic Maciejovio contulerat) invidiam & odium conciliaret: Ideo ex composito subindè Lismanini domum conveniebat: lusu se ibi pilę, quem Ballonam vocant, tum eo recreaturus, & quasi veterem amicitiam cum intima familiaritate confirmaturus, reipsa verò ejus occupationes fraudulenter cogniturus, & proditurus. Quoties ergo ad sudorem usqué pilâ ludebat, fatigationem simulans, Musæum Lismanini intrabat, ibiqué eò absente Bibliothecam ejus lustrabat, si fortè aliquem hęreticum librum inveniret. Sed Przyluscio Notario Crac. Castrensi, & Bojanovio ipsius Episcopi Mareschalco Lismaninum, de his Maciejovii technis pręmonentibus, ipsoqué Lismanino cautè rerum suarum satagente, irritus fuit ejus conatus. Quid jam malevolus homo facit? Cognito Lismanini in Italiam, adeoqué Romam itinere, literas ad Papam mittit, quibus eum de Lismanini hęresi certiorem facit, monetqué ut eum Romę vel detineat, vel morte afficiat, alioquin, nisi alterutrum horum fieret, Lismaninum in Poloniąm reducem, magnas turbas Ecclesiæ Romanę illaturum. Hęc Lismanino, Venetiis Romam, ad gratulandum Pauli III. Successori Julio III. Papę, jussu Reginæ Bonæ, tendenti, retulerat amicus ejus Stanislaus Carncovius, posteà Archiepiscopus Gnesnensis, cum ei obviam, Romam iter faciens, Villaci veniret. Absente autem Lismanino ille idem Episcopus Cracov. Maciejovius, Franciscum Stancarum Mantuanum Italum, virum doctum, Villaco evocat, initio A. 1550 ad professionem literarum Hebraicarum in Academia Cracoviensi. Stancaro id aliquandiu faciente, & Hebraicis super Psalmos Davidis lectionibus, dogmata Euangelica, præsertim contra Invocationem Sanctorum, miscente, opponit se in turba aliorum, Petrus Gonesius. Res ad episcopum

defertur; Stancarus hæreſeos arguitur, magnoqué liberatus periculo, tranſit in Oppidum Dubreczko, ad Staniſlaum Stadnicium. Ubi ſcholam bonarum artium aperuit, in qua trecenti adoleſcentes, omnes penè Equeſtris Ordinis, & quinqué Magiſtri fuerunt, uſqué ad finem vitæ Stadnicii: Hinc contulit ſe ad Hieronymum Philippovium, ab hoc, Pinczoviam, ad Nicolaum Oleſnicium, qui Pinczoviâ Monachis ejectis, puram religionem A. 1559 induxit. Vocatus vero Pinczoviâ Stancarus erat, in Maj. Pol. Oſtrorogum, ab Illuſtri viro, Domino Jacobo Comite ab Oſtrorog, ad reformandas Eccleſias Maj. Pol. Comitemque hujus itineris ſimul & operis habuit Felicem Crucigerum. Erat is Niedrocedrienſis, pagi tribus Cracoviâ milliaribus diſtantis, Parochus, qui A. 1546. unâ cum Patrono ſuo Nicolao Stadnicio, Ponti ficiis erroribus depoſitis Eccleſiæ, in primordiis reformati onis, Miniſterium obibat, tandemqué Superintendentis munere, ad obitum uſque fungebatur.

Magnatum & Procerum, qui opus Reformationis fideliter & audacter promovebant, nomina recenſere, longum & operoſum foret. Superſedemus ergo à pertexenda eorum ſerie, & ad Franciſcum Liſmaninum Corcyræum natione, Reginæ Bonæ Concionatorem Italicum, redimus.

His diebus ille, relicto Monaſterio Franciſcano, quod eſt Cracoviæ, & eductis ſecum aliquot Monachis, adjunxit ſeſe Confeſſoribus Euangelii. Nihilominus ſingulari apud Regem polluit gratiâ, adeò ut quicquid circa Religionem Euangelicam Rex ſentiret, id omne in ſinum ejus effunderet, & ſæpius ex Calvini Inſtitutionibus, quæ Regi erant familiares, de ſingulis fidei articulis, cum eò conſerret. Deinde, quod magnum erat Regalis gratiæ documentum, iter ad exteras nationes ei demandavit, præſertim Helvetios viſitare juſſit, ſumptus ſubminiſtravit idqué tum ut ritus atque diſciplinam Helveticarum Eccleſiarum probè ſibi cognita haberet; tum ut Bibliothecam Regiam libris omnium generum inſtrueret: hiſqué confectis, in cucullo habituqué Monaſtico rediret,

rediret, & se omnibus ederet. Lustratis igitur Tiguro, Bernâ & aliis Helvetiorum civitatibus, Genevę substitit, ac ibi Doctor Theologię creatus suasu ac promotione quorundam uxorem duxit, nequicquam proficiente monitionibus famulo ejus Budrinio: qui gravissimis causis adductis, matrimonium ei dissuadebat; fore ut hoc pacto Regem offendat, ipsius in suscipienda veritate Euangelica propositum, pessundet, fidem ipsi datam violet, immemor, ejus se sumptibus & conditionibus certis itineri huic dedisse. Diutius ergo ipso Genevæ manente Rex plurimum offensus, in pio suo proposito languescere cæpit. Ad eum Lismaninus, cum libris quos coemerat, literas virorum eruditorum, præstantissimorumqué Theologorum, Genevâ mittebat. Instinctu enim cum aliorum ex Polonia tum etiam Lismanini, ad Regem Pol. scripsit Conradus Gesnerus Medicus Tigurinus, & operam suam in conquirendis libris ultrò ei obtulit A. 1555. 12. Novemb. Henricus item Bullingerus, Tigurinæ Ecclesiæ Minister, & Calvinus A. 1554. & 1555.

Allata sunt quoqué eodem tempore Ecclesiis Min. Pol. responsa ab iis viris, quos per Lismaninum rogaverant, quâ ratione in Ecclesiis suis, veritatem cognitam porrò retinere, latiusqué propagare possent. Fuerunt Epistolæ illæ à Francisco Pontano, Ecclesiæ Meldunensis Pastore A. 1555. 13. Decemb. Item à Ministris & Professoribus Ecclesiæ Lausannensis, A. 1556. 1 Jan: à Volfgango Musculo Bernensi Theologo, à Tigurinis Pastoribus & Theologis, à Johanne Sturmio Argentinensis Scholę Rectore, A. 1556. 15 Febr. & Petro. Martyre Arg: Theologo, anno eodem 14. Febr. scriptę. Extant, cum alibi tum in Historia Lasicii Ms. de Fratr. Boh. Quæ omnia ubi lecta sunt in Synodo Pinczoviensi, mense Aprili, ejusdem anni celebratâ, mirum in modum animos Auditorum, amore veritatis cognitę constanter tuendæ, & ordinis qui præscribebatur à Doctis, confirmandi, accenderunt & inflammarunt. In Loc. Com. p. 1110.

Crescente sic in dies puriore Ecclesiâ, Poloni, è regione Cra-

Cracoviensi A.1555. Goluchoviam in Maj.Pol.ad Raphaelem Comitem Lescinium profecti, de ordine ac disciplina Ecclesiastica, cum Fratribus Bohemis Maj. Pol. consultârunt, & fraternam Societatem, ac unitatem fidei, rituum ac Politiæ Ecclesiasticæ, cum eis in Synodo Cosminecensi, eodem anno inierunt.

Sub idem tempus Ecclesia ex agris Nobilitatis migravit in Urbem Cracoviam. Nam hactenus cives Cracovienses utriusqué sexus, primùm ad Lapicidinas, paulò post Wolam Justi Decii, quæ ab Urbe uno milliari abest, interdum etiam ultrà Wolam, diebus festis Chelmum, ad Marcianum Chelmscium, Signiferum Cracoviensem, cultus divini causâ, turmatim manè veniebant, & sub meridiem domum redibant, Stanislao Sarnicio, Stanislao Visniovio, Gregorio Pauli, Laurentio Prasnisio, ac Daniele Bielenscio, concionantibus. Primo autem Justus Decius, Ludovici, qui Annales Polonorum, Matthiæ Miechovii Chronicis adjunctos, scripsit, filius, Aulicus Regius: deinde Joh. Bonar Castellanus Bicensis, Cracoviæ, hospitium extorri Ecclesiæ, in suis ædibus præbuerunt. Idem factitabant, quotiescunque Cracoviam veniebant, Stanislaus Myszkovius, Præfectus Marięburgensis, posteà Palatinus Cracoviensis, Philippovius, Lassocius, Stadnicius, Sborovius, ac plures alii.

Sed non exigua Ecclesiæ illi renascenti jactura ex eo accessit, quod eam advenæ quidam ex Italia, & Gallia, blasphemis suis contra S.S. Trinitatem dogmatibus, lacerarent, & valdè turbarent. Quia verò fusius de ea re superius CAP. XIII. egimus, crambam non recoquemus: hoc unum adhuc monituri: Sigismundum scilicet II. Aug. Regem Poloniæ, cum in Moschum expeditionem pararet, Andream Fricium Modrevium monuisse, uti in concordiam eos, qui de Trinitate divinâ dissentire cæperunt, reduceret. Hieronymus autem Ossolinius, insignis Euangelicæ Ecclesiæ Patronus, consultius fuisse ajebat, dogmata ista non moveri, nec scripta de Trinitate divulgari. Non deerant exterorum quoqué moni-

Andr.Fric. Modrev.in Præfat.libri Silvarum.

monita & consilia, de sanandis istis Ecclesiæ vulneribus, ut Calvini, Martyris, Theodori Bezæ, quod ipsorum testantur Epistolæ.

Vocatus quidem ab Ecclesiis Minoris Poloniæ ac præsertim Districtu Cracoviensi. A.1556. & ille magni Nominis Theologus, Joh. à Lasco, in Patriam, comparuit primum in Synodo Joanoviciis habitâ, Cal. Jan. A.1557. Sed cum animadverteret in Poloniâ, non posse talem institui Reformationem, qualem consignaverat, & fortè in Regno Angliæ inchoaverat, non properavit quicquam aggredi. Sessionem tantum in usu Cœnæ Dominicæ commendavit, & quibusdam Ecclesiis persuasit, quam tamen postea intermiserunt, Ex quo venit in Poloniam, Synodis Districtus Cracov. singulis ferè interfuit, & sententiam Stancari fortiter impugnavit.

Georg. Israel de Eccles. Maj. Polon.

Eo A.1560 Pinczoviæ, intra triennium ab adventu suo in Poloniam, defuncto, Cracovienses Helveticorum Tigurinam Confessionem, & ritus amplexi sunt, usi consilio Bullingeri & Calvini: illæque de Trinitate controversiæ magis ac magis serpere cæperunt.

Tandem, circa A.1565, sopitis nonnihil his, in Cracoviensi Ecclesiâ Controversiis atque turbis, multa sunt in ea, Sigismundi Gutetem Juris Consulti, & Proconsulis Cracoviensis, Christophori item Trecii, & aliorum operâ, benè instituta. Trecii enim consilio, Schola Euangelicorum, quam ipsemet ante hac triennium rexit, aperta: cum Helveticis & Gallicis Ecclesiis, in quibus diu versatus fuerat, fraterna societas juncta: Confessio fidei earundem Ecclesiarum, linguâ Polonicâ explicatiùs, Sendomiriæ A.1570. conscripta, & Regi à Proceribus oblata.

Cœmeterium tandem, sive hortus, extra Urbem & portam S.Nicolai, à quibusdam emptus, & 8.Augusti, A.1569. in Comitiis Lublinensibus, à Sigismundo II. Augusto Rege Pol. privilegio immunitatis donatur, humandis demortuorum cadaveribus destinatur, & tanquam locus publicus & sacer, muro circumducitur.

Ad extremum, perampla domus lateritia, vulgo BROG appellata, in platea S. Johannis, concionibus Orthodoxorum habendis. 26 Aug. A. 1571. dedicatur. Illorum autem, qui Confessionem fidei, Sendomiriæ A. 1510. Regi obtulerant, communitati, tanquam subditis suis, ejusdem secum Christianæ doctrinæ participibus, Sigis. 11. Aug. concessit in Civitate Cracoviensi ędes communi sumptu emere, ac in iis cœtus habere, docere, cæteraqué Religionis exercitia & Scholastica studia, tutò ac liberè tractare. Testatur id Regium diploma, in Comitiis Varsaviensibus. 2. May. A. 1572. scriptum, & sigillo Regio formatum. Communi igitur Procerum & Nobilium Euangelicorum, in Poloniâ & Lituaniâ, sumptu empta, eorumqué propria, & legitimè ab iis possessa, fuit hæc Domus vulgo dicta BROG. Eandem postea, unâ cum Cœmiterio, & Xenodochio exstruendo, libertate ac immunitatibus ornavit, & donavit Stephanus Rex Poloniæ, in Comitiis Varsaviensibus, A. 1578. 8. Febr. Horrendam horum sacrorum locorum devastationem, per Studiosos Cracovienses, toties factam, secundo libro, qui de persequutionibus agit, reservabimus, tequé illuc remittemus Lector.

Hactenus quidem de Ecclesiis Districtus Cracoviensis: Coronidis loco recensebimus, memorabilem & stupendam historiam, quæ in eodem Districtu A. 1649. contigit.

Ex M.S. Joh. Læti.

Singulari Divinę permissionis judicio, factum est, ut in Districtus Cracoviensis Oppido Oxa, Generosorum Rejorum, avitâ & hereditariâ possessione, quidam Vir nobilis Euangelicus, Andreas Kosno, unâ cum uxore suâ & liberis, in quadam domo conductitiâ, illusionibus Diabolicis, & tentationibus horrendis, per aliquot Septimanas, continuò, inde à 12 Jan. usque ad 8 Martii, vexaretur & impeteretur. Quod non quadam sensuum fascinatione, vel putativâ imaginatione sed reali Diabolicâ tentatione evenisse, ex fide dignorum & oculatorum testium relatione constat. Multa ibi Dæmon ille in perniciem & exitium, memorati Andreę Kosno, uxoris li-

be-

berorumqué ejus moliebatur, quæ quidem ſpeciatim recenſere non eſt noſtri propoſiti; ſufficiet brevibus multa in genere retuliſſe. Primùm igitur, terroribus & ineptiis multis atque verberibus, non domeſticis tantum, ſed etiam ádvenientibus, ſpectatoribus moleſtiam creabat. Vaſa enim & quicquid ſuppellectilis domeſticæ erat, nemine vidente, omnibus ſtupore & terrore perculſis, confringebat: plurimos faciem, pectus, caput, pedes, dorſum percutiebat: torres flagrantes & igneas prunas, fornace vel foco exemptas, lignia etiam craſſiora projiciebat; jam incunabula infantis, plurimis renitentibus, jactabat, jam fercula, cibum, potumqué ſordibus injectis corrumpebat; & quod mirere, phantaſiam Juvenis cujuſdam, Alexandri Cin Scoti, qui in ea domo aliquot noctes commorabatur, horrendis inſomniis turbabat: quin etiam, viduam Nobilem Gorſciam, Eliſabetam, Socrum dicti Koſno orationi in eadem domo vacantem ita vexabat, ut ſingulas paginas libelli precum volveret atque revolveret, ſemperqué illud folium, ex quo cœpit orare, alio ſubſtituto ſubtraheret. Advenerat tum temporis, Oxam, quidam Nobilis Pontificius Apoſtata, Wyzycki, qui ſarcaſticé inſultans irritis Euangelicorum conatibus, & toties fruſtra repetitis precibus, quaſi eas Diabolus floccipenderet, nequé Miniſtris morem gerere vellet, ipſe Satanam adoriri, & recitatione Roſarii Virginis Mariæ, pellere volebat, & audacter promittebat. Vix autem demurmurationem libelli ſui incipit, cum illum Dæmon multis verberibus afficit, adeò ut à propoſito ſuperſedere, & re infectâ, ſive pudore ſuffuſus, ſive metu perculſus, diſcedere coactus fuerit. Illud verò ſpeciali calculo notandum eſt, quòd tempore eo, quando V.D. Miniſter, & loci Paſtor, exhortationibus atque precibus in illâ domo, multis præſentibus vacabat, Diabolus omninò quieſceret, & tacité ſe gereret. Hactenus quidem nulla verba audiebantur, ſed ecce de repente voces ejulantis & gementis ad inſtar, horribiles, præſentium, aures perſtringunt. Excipiebatur ignotus ſonus: *An an, Halata, Halata, Hala-*

14. Hinc sequebantur colloquia, quibus se Dæmon, animam cujusdam Medicinæ Doctoris Euangelici, olim à Pawlowsciis interfecti, & nunc ultionem à Deo effusi sanguinis implorantis, mentiebatur: ideoqué malè eum habebat, cum ab aliquo Diaboli nomine insigniretur. Tandem multa de uxore Doctoris, prænominati de Virginibus quibusdam Nobilibus, ex scortatione gravidis ad eam venientibus, ejusqué auxilio & ope partum interimentibus, referebat. Deniqué consilium fallax dabat, quid agere deberent, si ab his turbationibus liberari cuperent: nempè ut infantes sub fornace in ollis humatos eximerent, eosqué honorificè loculis impositos, sepelirent, atque parentialia seu epulas funebres, pro pauperibus & aliis quos ipsi Diabolus nominabat, instruerent. Sed Diaboli suasionibus morem gerere, Euangelicis inconveniens videbatur & nefas. Nulla ergo alia arma contra eum sumpsere, prę̨ter jejunia & preces quibus hoc genus Dæmoniorum, ipsius Christi testimonio pellitur. Quare publicæ fiebant in loci illius templo, preces, indictaqué absolvebantur jejunia. Singularem etiam operam, Ecclesiæ illius Ordinarius Pastor, Joh. Lætus, in pellendo illo Dæmonio, miseris domesticis locabat. Frequentabat enim toties illam domum ibiqué preces cum populo fundebat, parænesibus crebris, ex locis. S. Sacræ Eph. 6. v. 12. Item 5. v. 8. & 9. animos metuentium erigebat; hospitem et hospitam, ad veram peccati, cujus causâ hęc patiebantur, confessionem, & pœnitentiam manuducebat; comperto deniqué quòd cum alia peccata, tum præcipuè, dirę, maledicta, & horrendæ pejerationes tentationem illam accersivissent, ad pietatis Sanctitatis & modestiæ studium, admonebat. Eodem tempore, nondum illusionibus cessantibus, Ecclesiarum Distr. Cracov. Senior, per literas R. D. Lęti, quid consilii & judicii sui hoc in casu esset, compellatus & rogatus, brevi responsione sententiam animi sui edisseruit, docuitqué: primò Diabolum, sic Deo permittente, homines spectris horrendis, non fascinatione tantum sensuum, sed etiam realibus tentationibus, exagitare & turba-

turbare: Secundò, non decere, hominem puræ Religioni addictum, sermones cum Diabolo miscere, collusionibus ejus obedire, multominùs ea effectui, dare, quę suadet vel imperat. Tertiò, intentionem atque scopum Diaboli, hoc intentationis genere esse, multiplicem; partim, ut eò modo suam malitiam in genus humanum testaretur; partim, ut à vero Dei cultu, & Euangelicæ Religionis studio, ad superstitionem Pontificiam (cui hæc animarum oberrantium consuetudo familiaris est) deduceret; partim, ut homines afflictos, & inopiâ rei domesticæ pressos, in desperationis barathrum detruderet. Denique ad repellendam hanc Diaboli tentationem, non superstitionibus impiis, nec adjrationibus temerariis, nec Diabolicis præstigiis atquè incantationibus, nequé inanibus Exorcismis opus esse; sed constanti patientiâ, peccatorum ingenuâ confessione, jejuniis ac precibus indesinentibus, hanc tribulationem mali Spiritus, reprimi ac repelli posse. Hoc apprimè opportunum consilium, & judicium; illi sequebantur; precibus & jejunio vacantes. Ad extremum, Diabolus post longas tergiversationes, cum animadvertisset, nihil se posse illusionibus suis proficere, apud veros & constantes Dei cultores, Divinâ succurrente indefessis precibus afflictorum, misericordiâ, loco cessit, & domum illam, 8. Martii, ejusdem Anni, dereliquit.

II. DISTRICTUS SENDOMIRIENSIS, multas ab initio complectebatur Ecclesias: cum & Palatinus totius territorii Sendomiriensis Petrus Sborovius, & ipsius Urbis, quæ tùm rerum potiebatur, Præfectus, & circumquaqué vicina Nobilitas, eas studiose promoverent. Radzivilius etiam Nicolaus, cognomento Niger, Palatinus Vilnensis, qui tum in vicinis suis, Opatoviensibus, Czmeloviensibus, & Szidlovicienſibus bonis, ob eam maximè degebat causam, nihil aliud procurabat, nisi ut Christo Ecclesiam colligeret, & dignos ei operarios ac Ministros sufficeret In eo Districtu ac Metropoli ejus, Sendomiriæ, Synodus olim celebrata est Generalis, 14 Apr. A. 1570. de quâ superiùs. Ciahoc in Aloqu. Oiiec.

R 3 III.

III. DISTRICTUS LUBLINENSIS, & Chelmensis, Ecclesiarum Euangelicarum Synodus, A.1560. habita est duplex Bichaviæ. Prior, 14 Jan. in qua, cum de aliis rebus deliberatum est, tum maximè de ratione reducendi subditos, ex Papatu, ad Ecclesiam Christi. Ibidem duo eliguntur Ministri, Stanislaus Vartensius, & Nicolaus Zytno, qui publico Ecclesiæ sumptu, iter in Russiam capessant, Ecclesias illic reformaturi. Posterior Synodus celebratur, 24. April. E Ministris aderant, Stanislaus Vartensius Senior, Pastor Ecclesiæ Buchaviensis, Joh. Bricius in Lipie, Stanislaus Sarniczius, à Synodo Pinczoviensi legatus, Jacobus Sadurscius, Minister Wysocensis, Georg. Pontanus Zatanoviensis, Nicolaus Zytno, Pustejoviensis, Martinus Garbovius, Georg. in Wierzochowisk, Johannes Lancuchoviensis Minister, Petrus Pulchrammus Germanus, Catechista, & Rector Scholæ Pichaviensis, Joh Socolovius Collega ejus. &c. Ex Patronis, Andreas Myszkovius Palatinus Cracoviensis, Stanislaus Zamoiscius, Terræ Chelmensis Venator, & Johannes, filius ejus, Stanislaus Spinek, Joh. & Stanislaus Sobiescii, Stan. Ivan Carminscius, Stan. Lubeniecius, & Andreas, filius ejus, Nicolaus Latiozinius, Christophorus Lasota Subpincerna Lublinensis, Gorzovii duo, Otvinovii duo &c. Ex his primò eliguntur moderatores Synodi, Myszkovius & Spinek: deinde Schola, cum suis præceptoribus comparuit, & Synodum oratione salutatoriâ excepit. Confluxerant verò eò, jam Nobilium filii circiter 80. Hinc legati Pinczovienses, Stanislaus Sarnicius, Minister Niedzviedensis, & Stan. Johan. Caminscius, literas Synodo exhibuerunt: quibus monentur, inter alia, ut ordinem convenientissimum, disciplinamquè Ecclesiasticam strictè observent ac urgeant; eâ tamen cautione, ne nimis premendo sanguinem eliciant. Grato hæc omnia Lublinenses accipiunt animo, & fraternam charitatem ac societatem, cum Cracoviensibus confirmant. Deniquè Stanisl. Zamoiscius, Terræ Chelm. Venator filium suum Johannem, annorum 18, adolescentem eruditum, studiorum

rum

rum gratiâ, ad exteros, in Germaniam primum, deindè Lutetiam Parisiorum in Galliam, abitum parantem, Ecclesiæ precibusquè ejus commendat. Ipse vero Joh. Zamoiscius, eleganti compellat Sermone Synodum, officiaquè sua Ecclesiæ Euangelicæ promittit. Et sanè, quàm diu in Germania & Gallia vixit, Religionem Euangelicam constanter professus est. Postquam autem in Italiam, Patavium, migràvit, studiorum continuandorum causâ, sensim ab illa recedere cæpit, ac postea Romano-Catholicam amplexus, deseruit: alioquin Vir insignis, libertatis Patriæ strenuus assertor, Euangelicis benè affectus, Magnus Regni Pol. Cancellarius, & Generalis Dux Exercituum, doctus, prudens, fortunatus. Euangelicis eum favisse, testis est inter alios, Bitsinensis Ecclesiæ, in finibus Silesiæ, Pastor. Nam cum Zamoiscius Bitsinum oppidum, in eoquè Maximilianum Archiducem Austriæ, Regni Poloniæ competitorem, A. 1588. caperet, in tanto periculo, Pastor Ecclesiæ illius Zamoiscium fidenter adiens, hoc illum disticho allocutus est. Abrah. Scult. in Narrat. Hist. de curriculo vitæ suæ p. 17. 18.

Hostis es, an hospes? Nam quis te dixerit hostem,
Qui patrio victos victor amore colis?

Quibus verbis adeò sibi conciliavit literati Victoris gratiam, ut multis aureis Hungaricis ab eo donatus, & militum præsidio stipatus, in loca tuta, cum suis fuerit dimissus. Benevolum ejus in Euangelicos animum testatur quoquè sermo ille, quo eos crebro compellabat: Si fieri posset, ut omnes ad Romano-Catholicam Ecclesiam rediretis, conferrem eò, partem valetudinis vitæque meæ. Partem ideò, ut alterâ solatium ex ea conjunctione perciperem. Sed si quis vobis vim inferat, totam valetudinem, vitamque meam integram, vestri causâ impendam, ne servitutis hujus (Italicæ) in libera Republicâ, sim spectator. Extinctus est apoplexiâ is Zamoiscius, dum inter occupationes meditabundus, sellam consederat, Zamoisciæ, 3. Junii, A. 1605. ætat 63. An. sequenti, 1561. missus est è Synodo Cracoviensi, Lublinum, ad obeundam functionem Ecclesiasticam, Minister, Stanislaus Gelas Diplicus in Antapol. Polon. contra Unitos Græcos Ruthenos cum Rom. p. 578. Buchol. Ind. Chron.

ſlaus Paclesius, commendatus literis publicis, & privatis Georgii Pauli, atque Stan. Sarnicii. Ejuſdem argumenti ipſe Paclesius autographum Petri Martyris, Profeſſoris Theologiæ, in Schola Tigurina, Latinum proferebat.

Eccleſia tum & Schola Euangelicorum, Lublini, fuit in domo lapidea Staniſlai Tenczynii, Palatini Belſenſis, poſt Cracovienſis, Capitanei Lublinenſis: quam nunc Jeſuitæ poſſident, & inhabitant. Intrà ſexennium verò vitâ & munere illo, apud Lublinenſes defunctus eſt Paclesius, A. 1567. Ab obitu ejus & Patroni Staniſlai Tenczynii, cœtus aliquamdiu intermiſſus, & ſchola Belſicium tranſlata fuit.

Porro, ab A. 1570. Lublinenſes Euangelici, primò in ædibus ſuis privatis, advenientibus Curoviâ, Opoliâ, & ex aliis vicinis locis, Euangelii Miniſtris, deinde in domo lapidea, ſive Aula, eximii Patroni; Adami de Gorai Goraiski, rem divinam faciebant.

Exacto aliquo tempore, poſſidebant iidem Euangelici Lublini, in ſuburbio aream communi emptam ſumptu, in eaqué ædem cultui ſacro dicatam: ad quam, Deo quæ Dei ſunt reddituri, frequentes conveniebant. Sed cum illam vicini Monachi Carmelitę, variis modis impeterent, certâ potiùs pecuniæ ſummâ iiſdem vendita eſt, quàm ut periculum aliquod ſubiret, vel violenta manu eriperetur.

Interim in eodem Sub-urbio, Aula quædam Nobilium Spineciorum, cœtui ſacro aliquot annos patuit, donec tumultu, à maleferiatis excitato, 1. Aug. A. 1627. funditùs deleretur, ac everteretur.

Sacra igitur, in publico Verbi Miniſterio celebraturi, ad vicinas Patronorum Euangelicorum Eccleſias, Belſicium, Piaſecium, &c. excurrunt.

IV. DISTRICTUS RUSSIÆ, quam Nigram vocant ſeu Premiſlenſis, cui adjungitur Podolienſis, cæpit circa A. 1560. Eccleſias in ordinem redigere. Nam eò fine è Diſtrictu Lublinenſi, duo Miniſtri, Stan. Vartenſius, & Nicolaus Zytno, ut ſupra dictum, publico Eccleſiæ ſumptu ablegati erant in Ruſſiam.

Eſt in eo Diſtrictu, inter Rzeſzoviam & Croſnam, oppidum Czudecz: cujus Sacerdos Ramult dictus, poſſeſſori ejus Domino Brezovio, Caſtellano Biecenſi Euangelico, vendidit templum & Parochiam 300 florenis. Numerata ei pecuniâ, Patronus Miniſtrum introduxit, Paulum Gilovium, Seniorem Diſtr. Ruſſiæ. Cives novitatem ſpectaturi, ad ſacra ejus accedebant: inter quos fuit Andreas Dominicus. Is poſtea, in vicinum pagum Poloniam abit, & ſacerdoti inter alia peccata, confitetur, ſe interfuiſſe aliquoties Concioni Lutheranæ: Sacerdos quærit: quid iſthic mali audiviſſet; ille: nihil, inquit, imò omnia ſibi placuiſſe. Sacerdos: Abi igitur, ait, eò: brevi & ego ſequar. Reverſus ergo domum, ſtatim adiit Miniſtrum Gilovium, & Chriſti Euangelio nomen dedit, eiqué ad extremum vitæ halitum conſtanter adhæſit.

Cæterum, in Podolia, celebrior inter alias fuit Eccleſia, Panioviciis, ſub patrocinio Joh. Potocii, Palatini Braſlavienſis, Capitanei Camenecenſis, Generalis Podoliæ: & Andreæ Potocii, Caſtellanei Camenecenſis, fratris ejus. Horum verò Pater, Nicolaus, Capitaneus Camenecenſis, &c. Generalis Podoliæ, ſacellum pro Euangelicorum ſacris erexerat, in arce Camenecenſi: Hujus nepos, Andreæ filius, Johannes, Succamerarius Halicienſis, præter illud quod in bonis Regalibus, Jablonoviæ, jam pridem erectum eſt, aliud templum hactenus erexit, in ditione ſua hæreditariâ, Gozdeci, in finibus Podoliæ & Moldaviæ, quam Poloni vulgo Valachiam appellant. Leopoli quoqué vox Euangelii Chriſti, aliquantiſper perſonuit.

v. DISTRICTUS BELZENSIS, Volin. & Kiovienſis Eccleſiæ, ſeparatæ & diſtinctæ ſunt, ex mutuo Fratrum conſenſu, maximè ob loci diſtantiam, ab Eccleſiis Diſtr. Lublinenſis & Chelmenſis, A 1585. ſubmiſſo ipſis Seniore, à Diſtrictu Lublinenſi, Petro Antonio, pleniùs verò A. 1599. 7. Octobris.

SCHOLÆ, Euangelicorum in Min. Polonia, iſtæ numerantur florentiores. S 1. Cra-

I. CRACOVIENSIS, Rectore, Christophoro Trecio, &c.

II. DUBIECENSIS, aperta à Francisco Stancaro Mantuano Italo, sub Patrono, Stanislao Stadnicio.

III. PINCZOVIENSIS, Rectore, Gregorio Orsacio; Collegis, Petro Statorio Tonvillano,& Joh. Thenaudo Bituricensi, Gallis.

IV. SECEMINENSIS, Rectore, Joh. Pœtevino, Gallo Petri Rami discipulo.

V. BICHAVIENSIS, Rectore, Petro Pulchranino Germano; Collegâ Joh. Socolovio, A. 1560.

VI. CHMIELNICIENSIS, cujus meminit Cichocius, in Alloquiis Osiecienfibus, sub Rectore inter alios, Alberto Calissio.

VII. LEVARTOVIENSIS, à Cichocio commendata, in Alloq. Osiecienfibus, Rectore, inter alios Alberto Calissio: cujus exstat schola Levartoviana restituta, sive Epistolæ aliquot, quibus ratio descripta est, à Præceptoribus istius Scholę, in docendo adhibita, A. 1593. Gubernabat etiam Scholam hanc, M. Samuel Volfius Silesius, Stanislaus Petricius, &c.

VIII. TUROBINENSIS, sub patrocinio Comitum à Gorka; Rectore, Valentino Coslicio Medicinæ Doctore, A. 1581. Alberto Calissio, Stanislao Petricio.

IX. OXENSIS, sub patrocinio Reyorum, Rectore, Andreà Perstenio Silesio, post, Medicinæ Doctore: Vincentio Lyszkevicio, posthac itidem Medicinæ Doctore: Adamo Planto Egrano: Petro Sestrencio Lituano: Friderico Elbero Silesio: Joh. Wundergastio Marpurgensi Hesso, post Ephoro Comitum à Leszno, Palatinidarum Belsensium seniorum: Michaele Henrici, Boleslaviensi Silesio. &c.

X. CRILOVIENSIS, sub Matthia Bialobocio, Græcæ Linguæ perito, & Philologo merè Ciceroniano; Balthasare Crosmievicio, S. S. Theologiæ Doctore: Balthasarę Pancratio Palatino, &c.

XI. LAN-

XI. LANDSHUTENSIS, ſub Perſtenio.

XII. PANIOVICENSIS in Podolia, Rectore, Balth. Pancratio Palatino.

XIII. CRASNOBRODENSIS, ſub Franſciſco Parul, Maſovitâ: Matthiâ Bialobocio: M. Jacobo Milio Bipontino: Staniſlao Zajanczkovio: Chriſtophoro Jacobæo: Melchiore Roſſio Sileſio. &c.

XIV. BELSICENSIS, Rectore, poſt ſuperiores aliquot, Matthiâ Macovio, A. 1612. Alberto Miſlovio: M. Joſepho Biſkupſcio, cujus Collega fuit David Milius Elbing. Boruſſus: M. Jacobo Milio, Bipontino: Stephano Suietlicio Bohemo: Joh. Borovio, itidem Bohemo. &c.

XV. COTSCOVIENSIS, nata ex Levartovienſi, fundata ab eximio Patrono, Andrea de Dambrovica Firlei Caſtellano Radonienſi; ſuſtentatâ â filio ejus Andrea, Caſtellano Belſenſi, poſtea Supremo militiæ contra rebelles Coſacos, Tartaroſque Præfecto, & Sendomirienſi Palatino. Hinc etiam Firlejana dicta: Rectoribus, Stan. Petricio: Daniele Neugebavero, Grudento Boruſſo per triennium, ibidem mortuo: Salomone Neugebavero, fratre ejus, per biennium, hiſtoriâ rerum Polon. & Moſchoviticarum conſcriptâ clariſſimo: Georgio Pilcio Hungaro: Balthaſare Pancratio Palatino: Samuele Liborceno Slavo: Martino Czupalinio Boruſſo: Stephano Suietlicio Bohemo.

TYPOGRAPHIA quæ uſibus Eccleſiæ & Scholæ inſervit, erecta fuit primum Pinczoviæ, deinde Laſzoviæ, tum Panioviciis in Podolia, tandem Baranoviæ in diſtrictu Sendomirienſi.

CAPUT XVI.

De Reformatis ſpeciatim Eccleſiis, in Magno Ducatu Lithuaniæ.

QUemadmodum in Min. Polonia, ita & in Lithuania, non obtinuit, illa Eccleſiarum, & Miniſtrorum Verbi,

juxtà Confessiones Bohemicam, Augustanam & Helveticam, distinctio. Nam qui Vilnæ, Counæ, & in alio uno alterove tantum loco, Augustanam sequuntur Confessionem Mercatores extranei, plerumqué Consensum illum Sendomiriæ A. 1570. initum, repudiant. Tentatum quidem fuit Vilnæ aliquoties, ut arctiori mutui illius consensus & concordiæ vinculo jungerentur. Ad eam rem accersiti quoqué Regiomonto fuerunt quidam Theologi Lutherani: sed tantum abest ut isti pacem Ecclesiæ conciliârint, ut potiùs magis impedierint. Unde discordiam hanc acerbè objicit Euangelicis Cichocius Canonicus & Parochus Sendomiriensis, in Alloq. Osiecensibus lib. 1. cap. 23. Deplorat eandem mitior quidam Theologus Aug. Conf. docens Euangelium in Lituania, Paulus Oderbornius, Poëta Laureatus, in Epist. ad Dav. Chytræum, 8 Cal. Aug. A. 1581. Rex dum foris hostem „ quærit, nos domi pro pietate bellum gerimus, Proceres „ quidem Polonici, qui purioris doctrinæ Professoribus fa-„ vent, & partim Zvinglianos defendunt, partim Aug. Con-„ fessionem sequuntur, ante abitum suum, de ineunda con-„ cordia suaserunt. Majo igitur Mense convenimus Vilnæ; „ effecimus nihil. Ipse Dei filius, utinam gloriosissimo ad-„ ventu suo, vulnera Ecclesiæ cito sanet, & beatitudinem „ nobis donet sempiternam. In hoc quidem seculo sinceram „ sperare non licet. Hactenus Oderbornius.

David Chytræus in orat de statu Ecclesi. in A. sij, &c.

Cæterum illæ olim Helveticę Confessionis dictę Ecclesiæ, etiam in Lituania, nunc solo Reformatarum & Orthodoxarum titulo appellantur, in ordinem, exemplo Ecclesiarum Min. Pol. redactæ, & per certas classes, sive Districtus distinctæ. Sunt autem isti Districtus numere sex: 1 VILNENSIS. 2. NOVOGRODENSIS. 3. TRANSVILIENSIS. 4. PODLACHIENSIS. 5. SAMOGITIÆ. 6. RUSSIÆ ALBÆ.

Ac Districtus quidem Vilnensis primum sibi vendicat locum. Nam in hoc primum puriorem suam doctrinam resonare voluit Princeps Pastorum, JESUS CHRISTUS, au-

auspicio maximè & patrocinio Nicolai Radzivilii, Ducis Olicensis & Niesviensis qui solus honores sua in patria gessit complures, eosqué amplissimos. Etenim præter Præfecturas, quas multas habuit, & Cancellarius, & Marscalcus Lituaniæ, & Palatinus Dilnensis, hoc est, summus Senator fuit, judicii de rebus acerrimi: Hic Radzivilius, Niger dictus, sub Sigismundo II. Augusto, in Comitiis Imperii, Augustæ à Carolo V. Cæsare, Dux & Princeps S.R.I. cum tota sua Radziviliorum familia creatus fuit.

De occasione conversionis ejus ad fidem veram, ita Petrus Paulus Vergerius, in Epistola quadam: *Est*, inquit, *apud Serenissimum Sigism. Augustum, Poloniæ Regem, Illustrissimus Princeps, Dominus Nicolaus Radzivilus, Dux in Olica & Niesviez, Palatinus Vilnensis, in quem Deus, natura & studium, plurima & maxima ornamenta, & plurimas fortunas congesserunt: tanta in universo illo Regno auctoritate, quantâ, audeo dicere, nemo est hâc ætate, apud ullum ex Regibus & Monarchis.* Hunc igitur talem tantumqué Principem, instrumentum & σκεῦος quoddam disseminandæ & propagandæ gratiæ suç salutaris, Deo Opt Max. regionum, rigida sub arcto sitarum: in ipsis initiis esse voluit. Cum enim hic nominatissimus Princeps, ob egregiam animi magnitudinem, cæterasque præclarissimas ingenii dotes, aliquoties in Germania legatione fungeretur, primùm quidem Augustæ Vindelicorum, apud Ferdinandum Regem Romanorum A. 1545. post autem Pragæ, apud Imperatorem Maximilianum II. A. 1554. ubi Ernestum Archiducem Austriç Maximiliani Imperatoris filium, ex baptismo suscepit; nullum dubium est, Christo tum temporis cor ipsius aperiente, etiam verbum salutis ipsum excepisse, quod iis temporibus in Germania passim, à fidelibus Dei Præconibus, promulgebatur.

Is igitur Radzivilius A. 1553. adductâ ex Germania honorificentissimè Regi Sigismundo Augusto, tertiâ Conjuge, Catharinâ, Ferdinandi Regis Bohemorum atqué Hungarorum filiâ, Vilnæ primùm quidem in aulâ suâ è regione Ædis, Divo Johanni Sacratæ, Euangelium lucis, advocatis tum ex Joh. Lasicius in Scripto Apolog. p. 142.

Ex M.S quodam de Eccl. Lituan. Polonia tum ex Borussia, piis doctisqué Pastoribus, prædicari curavit. Post in prædio suo Lukiscano, uno ab Urbe Vilnensi lapide dissito, cis flumen Viliam, exercitium Reformatæ Religionis publicum, instituit, & ibi extorri Ecclesiolæ Christi, præbuit hospitium. Quò magnus hominum numerus, tam ex Urbe, quàm ex agris Nobilitas, ad audiendum verbum Divinum confluebant. Anno autem Joh. Las. in Apol. p. 143. 1556. gravissimè respondit Aloysio Lipomano Veneto, Episcopo Veronensi, Legato ad Regem Pol. Pontificio, se à vera religione avocare studenti. Exstant duæ istæ utriusque epistolæ, Regiomonti Borussorum excusæ, A. 1556. Sub iisdem Principis auspiciis, prima Synodus, mense Decembri, A. 1557. Superattendente, Simone Zacio Prossevicio, Vilnæ celebrata est.

Quinto postea anno Livonibus ad obsequium Regis perductis, Curlandis atqué Semigallis, Gottardum Keslerum, ordinis militum Teutonicorum Magistrum, authoritate Regiâ, Ducem creavit. Inde, ordinatâ Provinciâ, salvus domum reversus, denuò in aula sua, fano S. Johannis (quod nunc Jesuitæ possident) oppositâ, sacros Conventus fieri, sacramqué celebrare Synaxin, feria II. Paschæ, 30. Martii, A. 1562. fidelibus circiter 500. permisit: & paulò post ibidem templum in eam rem, è lateribus & saxis exstruxit: quod clausum nunc & desolatum, oculis transeuntium, extrinsecus non ita pridem patuit.

In ditionibus quoque suis Orthodoxas Ecclesias passim aperuit, & Ministris verbi idoneis regendas commisit.

Iisdem diebus impensis in Interpretes ac typographos decem plus minùs florenorum millibus, primus Sarmatis Sacrosancta Biblia, ex Hebraicis atqué Græcis fontibus, linguâ Polonicâ dedit in folio, Brestæ Lituanorum excusa, A. 1563. Bibliorum interpretes fuerunt inter alios: Simon Zacius, Petrus Statorius Tonvillanus, Gregorius Orsacius, Andreas Tricesius, Jacobus Lubelius, sivè Lublinius.

Ibid. p. eadem Simili pietate ac religione Deum coluit uxor Radzivilii hu-

hujus, Elizabetha Szidloviecia, sancta illa anima, & sexus fœminei, in omni virtutum genere, verum exemplar.

Ac ne quid in propaganda apud liberos suos verâ religione deesset, Nicolaus ille Radzivilius, Niger dictus, sedulam dedit operam. Filium quidem primogenitum, Nicolaum Christophorum in magna omnis ordinis hominum frequentia, & patruelis sui Nicolai Rufi dicti, Radzivilii, præsentia, cum eum primum mensæ Domini, ad percipienda sacratissimi corporis Christi admoveret mysteria, his compellavit verbis: *Magnas quidem, chare fili, antiquâ majorum tuorum, meaqué virtute, partas opes esse fateor: magnum nominis splendorem, & summam existimationis celebritatem esse relictam: in quarum rerum omnium certam successionem cum te genuerim, istaqué jam ætate cum te videam, vehementer gaudeo: Sed nullo unquam tempore, pectus meum majore gaudio perfusum esse sensi, nunquam majorem lætitiam animo meo objectam, quàm cum in eo loco te esse videam, ubi & certam sanctissimæ fidei Christianæ confessionem, ore tuo promptam, auribus meis sim excepturus: & hæc symbola, quibus firma æternæ salutis spes à Domino fidelibus est obsignata, à te percipi, conspecturus. Illa enim, chare fili, sunt demum verè bona, quæ nos perpetuo nexu cum Deo consociant, quæ amore cœlestium pectus nostrum inflammant, quæ, in certam æternæ illius vitæ possessionem introducunt. Nam quæ commodis præsentis serviunt vitæ, fluxa ac fragilia, milleque subjecta casibus, non procul semper ab interitu distant. Ab his ergo terrenis, Fili, ad illa cœlestia, animum adverte: in hac pietate, in hac sinceerâ fide, in quâ te summâ meâ curâ atqué diligentiâ institutum trado Ecclesiæ, omnem tuam ætatem exerce. Ita enim Dominus est tibi benedicturus, ita nomen tuum præclarum, & illustre omnibus diebus vitæ tuæ redditurus; sic, postremò æternæ illius felicitatis, summa præmia tibi repensurus: &c.*

Andr. Volanus in oppugnatione Idololatriæ Pontificiæ. A. 1583. Vilnæ editâ.

Nemo tum fuerat, qui præclara Patris ad filium audiens monita, lacrymas teneret, qui non ardentissimis votis illum Domino commendaret, qui non uberes ex eo aliquando, ad Ec-

Volan. Ibid.

Ecclesiam Christi rediturôs fructus, presagiret. Nam & ille, in tenerâ illâ ætate, fusis ad Deum precibus, oraqué rigans lacrymis, salutem suam illi commendabat, & in subsidium precum suarum, universam tum Ecclesiam invitabat.

Buchol. Ind. Chron. Interim Pater, Nicolaus ille Radzivilius, cum spe firmissimâ melioris vitæ, & fide certissimâ, de peccatorum propter Jesum Christum condonatione, vivere desiit, uxorem suam Elizabetham Sidlovieciam, intra triennium sequutus, 28 May. A. 1565, hoc deploratus elogio Chronologico:

OCCIDIs arCtoę RaDIVILe gLorIa terræ!

Heros IngenIo non CIto talls erIt.

Corpus ejus & Conjugis Elizabethę, reconditum fuit Vilnę, in templo Aulæ ipsius exstructo, ac Euangelicorum usibus destinato, in peculiari sepulchro.

Sed innata, & penitùs hominum in mentibus insita, ad cognoscenda Dei beneficia, tarditas, justam hanc, Deo vindice, consequuta est pœnam: ut cum Principe hoc, Palatino Vilnensi, morte intempestiva erepto, incrementa Ecclesiæ non parum interrupta fuerint. Nam paulo post primogenitus hic ejus filius, qui postea, iter suum Religionis ergo in Palæstinam susceptum, typis evulgavit, à paterna Religione & fide descivit, eumqué sequuti sunt Fratres ejus, Georgius Cardinalis, Albertus & Stanislaus.

Nihilominus magnus consilio, & amplus actione Deus, singulari providentiâ, dum spes Ecclesiæ, in unius Radzivilii stirpe deficeret, alterum tandem èx eadem familia Ecclesiæ suæ Patronum ac Nutritium excitavit, ejusdem Nominis, Nicolaum Radzivilium, Rufum dictum, patruelem illius, Ducem Birzarum & Dubincorum (cujus soror Barbara, erat Regina Poloniæ, uxor Sigism. II. Augusti secunda, mortua 12. May A. 1551.) Palatinum posteà Vilnensem, & summum Præfectum exercituum. Volanus ibid. Hic enim tantâ patruelis sui pietate, & justâ ac debitâ pro filio solicitudine permotus, cæpit in Pontificia Religione labascere, ad Euangelicamqué animum applicare. Ex M.S. quodam. Quò, non exiguum addidit momentum in

impofturæ cujufdam apud fuos Czenftochoviæ deprehenfio. Infigni de Mofcis, 26. Jan. A. 1564. reportatâ victoriâ, promiffum Czenftochoviam, religiofum iter fufcipit. Tantum hofpitem Monachi fummâ cum lætitiâ excipiunt, & in Religione Romanâ nutantem confirmaturi, rufticum quendam fubornant, qui fe obfeffum à Diabolo fimulet. Ex quo Dæmonium hoc ejiciunt, ut fe veros Apoftolorum effe fucceffores, tam fpeciofo miraculo probent atqué oftendant. Fraudem fubolfecit Princeps, & ex eodem ipfo obfeffo, in hofpitium accerfito, cognovit, à Monachis eum inductum & perfuafum fuiffe, ut dæmoniacum fe effe fingeret. Quare in Lituaniam reverfus, erroribus Romanæ Ecclefiæ in univerfum renunciavit, & religionem amplexus Euangelicam, in eadem filios fuos, Nicolaum & Chriftophorum, inftituendos dedit.

Cum verò non ampliùs templum illud, cultui facro olim deftinatum in Aula Ducum Olicenfium & Niefvicenfium Euangelicis concederetur, aliud, Nicolaus Radzivilius, Dux Birzarum & Dubincorum, Palatinus Vilnenfis, qui in dignitatem fimul & pietatem defuncti Principis conceffit, una cum aliis Proceribus Euangelicis, alibi in Urbe Vilnenfi extrui curavit. Quod Rex Stephanus, A. 1579. Polociam expugnans, firmiffimo muniit privilegio Rufficis literis defcripto. Dies vitæ fuæ Radzivilius hic implevit, 27. April. A. 1584. Lafic. in Apol.

Ejus pofteritas, ad hæc ufque tempora, ferie non interruptâ, jure quafi hæreditario, veritatis cœleftis doctrinæ adhæret, & magno pioqué zelo gloriam Dei promovet. In hac pofteritate, recenfentur filii Nicolai Radzivilii Rufi dicti Palatini Vilnenfis, Nicolaus, Palatinus Novogrodenfis, & Chriftophorus Palatinus Vilnenfis, qui obiit. A. 1604. Ex Nicolao Palatino Novogrodenfi, Georgius Caftellanus Trocenfis, ἄπαις, A. 1614. vitam finiit: Ex Chriftophoro, Palatino Vilnenfi, Januffius, Dux Birzarum & Dubincorum, Sluciæ & Kopyli, Caftellanus Vilnenfis, qui è vivis exceffit

Czarlini ad Dantiscum, A.1621. æt.42. & Christophorus Dux Birzarum & Dubin. Palatinus Vilnensis, Exercituum M.D. Lituaniæ, summus Præfectus, natus 22 Mart A. 1585. denatus 19.Septemb. A.1640. æt. 55. Janussii filius Boguslaus, matre,Brandeburgici Electoris filiâ, progenitus, Signifer M.D.Lituaniæ: Christophori etiam unicus, Janussius, hactenus Archi Camerarius M.D. Lituaniæ,nunc Capitaneus Samogitiæ, & Campiductor M.D. Lituaniæ. Quos duos superstites,Deus benedictionibus suis cumulet, & in veritate doctrinæ suæ conservet!

Sed mox novellas Ecclesias Lituanicas, quidam, sequuti diversa tùm veteris Arii, tùm recentioris Michaelis Serveti Hispani de Deo dogmata,huc atqué illuc agitare cæperunt. Ac primò quidem A.1556. Petrus Gonesius, in Districtu Podlachiæ, in oppido Biala, non nihil turbavit Hieronymum Pickarscium, è Sacerdote Pontificio, Ecclesiæ illius Pastorem Euangelicum, Joh. vero Falconium, Catechistam & Præceptorem Scholæ totum in suam adduxit sententiam: quam licet in Synodo Min. Pol. Secceminensi A.1558. retractâsset, posteà tamen acriter defendit, factus Eclcesiæ Mordensis in Podlachia Minister. Deinde idem egit in Districtu Vilnensi Georgius Blandrata Italus Medicinæ Doctor, vir magnæ authoritatis, quem ut summopere caverent Ministri Ecclesię Vilnensis, seriò eos Joh. Calvinus monuit, Ep.321. scriptâ Genevæ, 9.Octob. A.1561. Authore enim Blandratâ,in diversam de Deo sententiam abiit Laurentius Krziszovius, Minister Ecclesiæ Niesviensis,de quo Paulus Oderbornius in Ep. ad Davidem Chytræum 8. Cal. Aug. A. 1581. cum eoqué Martinus Czechovicius,Præceptor, & Minister Ecclesię Vilnensis, Nicolaus Vendrogovius Min. Eccl. Viln, Simon Budnæus Min. Eccl. Kleccensis, Thomas Falconius, Georgius Niger, olim discipulus Stancari Itali &c.

Joh.Falconius de Eccl. Lituan.

Simon Budnæus, Biblia Vet.& N.Testamenti Polonica, post Brestensem A. 1563 editionem, ad fontes Hæbreos & Græcos, examinata, in quarto typis excusa, in typographia

Mat-

Matthię Kaviezinii, Præfecti Niesviesensis, ejusdemque sumptu, A. 1572. publicavit. Novum insuper Testamentum, etiam in quarto, Martinus Czechovicius, A. 1577. edidit.

Niesviesensi & Klecensi Ministris, in ditione sua, ne Ecclesiam Dei turbarent, Nicolaus Radzivilius, Niger dictus, Pal. Viln. constans ad obitum usque suum, religionis Euangelicæ promotor ac defensor, graviter interdixit. His, ut & aliis, opposuit sese publicè in templo Vilnensi, Andreas Volanus, Secretarius Nicolai Radzivilii Palat. Novogrod. & Summi Exercituum M.D. Lituaniæ præfecti; cum aliis Nobilibus, & præcipuè Joh. Chodkievicio, M.D. Lituanię Dapifero. Simon quoque Zacius, Pastor Ecclesiæ Brestensis, crebris ad Principem illum Radzivilium, Nigrum dictum, aliosque missis literis, novis in Ecclesia renascente emergentibus dissensionibus, strenuè ibat obviam.

Consensum igitur fidei ac Religionis, Sendomiriæ A. 1570 sancitum plerique receperunt: & tandem in Generali Synodo Torunensi 21. Aug. A. 1595. confirmarunt.

Non multò post tempore, disputatio Euangelicorum, cum Pontificiis Vilnæ habita est publicè 2. Junii. A. 1599. cui interfuerunt Auditores plurimi. Theses à Pontificiis propositæ, de Primatu Petri in Ecclesia, de Cœna Domini, de Missa, de Invocatione Sanctorum; Disputatores erant: Martinus Smiglecius Soc. Jesu, S.S. Theol. Doctor, Thesium suarum defensor; Antagonistæ seu opponentes, designati ex Ministris Euangelicis tres, Daniel Micolajevius, Martinus Janicius, & Martinus Gratianus Gertichius. Sed ob temporis angustiam, non nisi de Primatu Petri actum fuit, atque solus ferè Micolajevius opposuit. Janicius vix unicum addere potuit argumentum: conclusit Janicii sententiam de Christo, unico Ecclesię sponso verbis aliquot illustrando, Simeon Theophilus Turnovius. Duravit hæc disputatio sex continuè horas, scriptis postea ab utraque parte promulgata.

A. 1627. Christophorus Radzivilius, Christophori Filius, cadavera illa Nicolai Radzivilii Nigri dicti, & uxoris ejus Elizabethæ, templo Aulæ ipsius à successoribus & hæredibus Pontificiis occluso, atque ruinam minante, transportari curavit, in ditionem suam Dubinecensem, atqué illic in templo, in Mausolæo Principum Radziviliorum honorificè sepelivit.

Porrò templum aliud Euangelicorum, de quo superius, Vilnæ in ipsâ Urbe, conspicuo stabat loco, mœniis obductum, vicinum & ferè contiguum Monasterio Monialium Bernardinarum. Area satis ampla: in qua templum Polonicum, & à Latere Germanicum, ædes Ministrorum lateritiæ duæ, schola, Xenodochium, continebantur, & omnia claudebantur portâ ferreâ. Campana sonitu gravi, reclangens, urbemqué totam clangore implens, super portam in turri erecta fuit, quâ ad sacros Euangelicorum conventus signum dabatur. Ministri Ecclesiæ hujus Vilnensis tres ibidem, Sacro cultui invigilabant, duo Polonici & unus Germanicus. Sed publicum, in illo templo cultus divini exercitium inhibitum, nec ullibi in ipsâ Urbe permissum, desiit, 31. Aug. A. 1640.

Ab eo tempore extra portam, Vilnensem dictam, & mœnia Urbis, in suburbii locum, hactenus Cœmiterium Euangelicorum, in eoqué sacram Ædem, publicus Religionis Euangelicæ usus translatus est. Campanæ è priore seu vetere templo assumptæ, clangore cœtus fidelium convocatur. Ministri Ecclesiæ hujus Vilnensis, ut ante, ita & nunc, tres sacro funguntur officio: duo Polonici, unus Germacus.

Præter hanc Vilnensem reperiuntur nonnullæ in Districtu Vilnensi, Ecclesiæ, quemadmodum & in aliis supra nominatis Districtibus, in quibusdam etiam Regiis Civitatibus, Novogrodici, Minsci, &c. illæqué non modò Polonici idiomatis, sed merè quoqué Lituanici. Est autem lingua Lituanica planè diversa à Polonica, & affinitatem quandam

cum

cum Italica & Hiſpanica habere videtur. Concionantur ergo Lituanicè Miniſtri quidam, Neapoli, in terra Upitenſi, Keidanis, Sereis, Popelii, Curtovianis, &c. Lectionis & ſcriptionis in hoc idiomate eadem eſt ferè ratio, quæ in Làtino. In pronunciatione, quædam, ſyllabarum, maximè penulti marum, prolongatio-obſervatur.

Inter libros Eccleſiaſticos, quos pauciſſimos habent, duo ſunt præcipui publici juris facti. Primo, Polonico-Lituanica Catechcſis. Lituanica, titulum hunc exhibet: *Katechiſmas, Ta eſt, Sura Knimas VVieros Krikſz-zioniſzkos delmokima ber neliu: quod* latinè ita ſonat: *Catechiſmus, hoc eſt, Summa fidei Chriſtianæ, pro inſtitutione puerorum.* Secundo, Poſtilla Nicolai Rei, Equitis Poloni, ex Polonico, Lituanicè verſa, A. 1600.

SCHOLÆ Euangelicorum in Lituania, cum primis iſtæ floruerunt,

1. **BRESTENSIS.**

2. **NIESVIESENSIS.**

3. SIEMATICENSIS, in Podlachia.

4. VILNENSIS, ſub Rectoribus, Benedicto Roſumſcio Polono, qui poſteà fuit Protographus Senatus Vilnenſis: Petro Seſtrencio; Paulo Demetrio; Andrea Velſio Dantiſcano; M.Georgio Hartlibio Boruſſo.

5. SZIDLOVIENSIS, Rectore, Salomone Grotio, qui totius Samogitiæ Præceptor dictus fuit.

6. BIRZENSIS, in finibus Curlandiæ, Rectore, Adamo Raſſio.

7. KEIDANENSIS, Rectoribus, Joh. Jurſcio, Artium Baccalaureo: Michaele Matiſſevicio, Friderico Starkio.

8. SLUCENSIS Rect. Andrea Muſonio; Reinholdo Adami, ſub quo ordo Scholæ conſignatus & impreſſus eſt Lubecæ ad Chronum A. 1628. Jeremia Sylinio. Ibidem gratuità menſâ fruuntur, & foventur ſumptu Principis Radzivilii, alumni aliquot, in ſpem Eccleſiæ, ſacriquè ejus Miniſterii.

Typographia, pro excudendis Ecclesiæ & Scholæ utilibus, necessariisquè libris, instaurata fuit. 1. Brestæ, ubi Biblia Polonica impressa sunt A. 1563. 2. Niesvicsi. 3. Lôsci. 4. Vilnæ. 5. Osmianis, in ditione Dorohostaiscii. 6. Lubecç ad Chronum, Niemen fluvium vulgo dictum.

Finis Libri Primi.

Deo sit æterna Gloria.

HI-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

Præcipuè

SLAVONICARUM

Quarundam

PROVINCARUM,

LIBER SECUNDUS,

De PERSEQUUTIONIBUS Ecclesiarum Dei, ab Apostolorum tempore, præsertim in quibusdam SLAVONICIS Regionibus, ad Annum Christi

M. DC. L.

Matth. V. *verſ*. 10, 11, 12.

Beati qui perſequutionem patiuntur, propter juſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eritis quum convitiati fuerint vobis, & perſequuti fuerint, & dixerint quidvis mali adverſus vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo. Ita enim perſequuti fuerunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

Joh. XVI. *verſ*. 2.

Movebunt vos Synagogis: imò veniet tempus, quum quiſquis trucidabit vos, putabit ſe cultum præſtare Deo.

Apoc. VI. verſ. 10.

Uſquè quo Domine, qui Sanctus es & verax, non judicas ac vindicas ſanguinem noſtrum, de iis qui habitant in terra?

Lactant. Inſtit. lib. 5. cap. 20.

Defendenda religio eſt, non occidendo, ſed moriendo: non ſævitiâ, ſed patientiâ: non ſcelere, ſed fide: Illa enim malorum ſunt hæc bonorum.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

Præcipuè

SLAVONICARUM

Quarundam

PROVINCIARUM.

LIBER SECUNDUS.

Caput. I.

De Persequutione Ecclesiarum, ab Apostolorum tempore, ad Annum Christi 1000. obiter exposita.



Rioribus tribus seculis, ab Apostolorum tempore fideles Christi, perpessi sunt decem atroces, sub Impp. Ethnicis persequutiones. Quarum prima fuit, Nerone, secunda, Domitiano, tertia, Trajano, quarta, Antonino Philosopho, quinta, Severo, sexta, Maximino, septima Decio, octava, Valeriano, nona, Aureliano, decima, Diocletiano Authoribus.

Quia verò, intra Romani Imperii limites pars etiam Slavonię, puta Dalmatia & Illyricum, continebantur, verisimile est, ab illis persequutionibus, quæ per totum Romanum orbem grassabantur, Slavonicas quoqué Ecclesias haud immunes fuisse: maximè sub Diocletiano, agerrimè ferente, Dalmatiam quæ ipsum genuerat, Christianos intra sua terre viscera. Crudeli admodum Princeps hic & exitiali in Christicolas fuit animo, adeò ut prętер innumera suppliciorum genera, quibus suam in illos carnificinam exercuit,

L.Florus de gestis Rom. lib.6.cap.12.

Plat.in vita Marcellini I. P.I.

filius, pietate insignis, à fratre juniore, impio & sævo Boleslao, in æde sacra orans, nefariè trucidatur, 28. Septemb. A. 938.

POLONIS ad Christum conversis, sub Mieczslao Polonorum Principe; VOTECHUS, sive Woyciech, alias Adalbertus, vulgò Albertus, secundus Pragensium in Bohemia Episcopus, deinde Polonorum Apostolus & Doctor acceptissimus, à barbaris in Prussia, quibus Christi Evangelium prędicare cæperat, ad Fischhausium interfectus est, 23. April. Anno 997. Corpus ejus in minutas partes dissectum, avibusque in escam objectum esse scribit Hondorfius. Crom. Hist. Pol. lib. 3. Hondorf. in Theat. Hist. pag. 195.

CAPUT. II.

Persequutio Berengarii, & ejus asseclarum.

ERrori Transsubstantiationis, in Sacramento Cœnæ Dominicę, opposuit sese, pro sibi in Dei veritate tuenda concesso zelo, circa annum Christi 1049. BERENGARIUS, Andegavensis Ecclesiæ Archidiaconus, Scholasticus, natione Gallus: Vir, Platinâ teste, sanctitate & Doctrinâ conspicuus. Sed Berengario id agenti, restitit alterâ ex parte, Italus quidam, nomine Lanfrancus, qui Papiæ in Italia Theologiam profitebatur. Postea Berengarium absentem & inauditum, Leo IX Pontifex, coactâ Romæ Synodo, hæreseos damnavit. Tali gravatus præjudicio, & periculo territus, non comparuit in alia ejusdem anni 1050. Synodo Vercellensi, ubi proposita est sententia Berengarii, & damnata. In Turonensi deinde Concilio, in Gallia, anno 1055 data est eidem Berengario, facultas defendendi partes suas. Cum verò animadverteret se vi oppressum iri, adversariorum impetum fregit scripto: pronuntians, se à communi de hoc articulo Ecclesiæ sententiâ non discedere, sed eam amplecti. Quo dicto, uti rectè quidam scripsêre, magis elusit Concilium & Legatos Pontificios, quam libertatem, confessore dignam, Catal. test. veri. lib 12 p. 1277.

gnam, servavit. Iterum igitur, anno 1058. à Pontificè Nicolao II. Romam ad Concilium evocatus, & per carcerem mortisquè metum ad palinodiam adactus est. Offendit multos, ea Berengarii pusillanimitas, qui tamen recantationem sibi violenter extortam nec excusavit, nec ratam habuit: sed ductus pœnitentiâ abnegatæ veritatis cum Petro lapsum deploravit. Scripto tandem edito publicè palinodiam suam revocavit, testificans, per vim sibi extortam fuisse. Addunt alii scriptores, Gregorium VII. aliàs Hildebrandum, denuo contra Berengarium fulmen strinxisse, & convocata Synodo in Basilica Lateranensi, eum hæreseos damnasse, Anno 1079.

Hoc ex Annal. Baron. Tomo XI. patet ubi fuse ipsius vitam describit ab anno 1004. ad an. 1088.

Tandem Berengarius privatam agens vitam, in fide verâ & constanti, quam aliquot supra 70. annos profitebatur, ex hoc seculo, satur dierum & ferè centum annorum, ad Dominum emigravit, anno Christi 1088. discipulosquè post se in omnibus terris reliquit constantissimos.

Ad eos reprimendos in Placentino Concilio anno 1095. ab Urbano II. editus est Canon: quo hæresis Berengariana, jam ab antiquo sæpissimè anathematizata iterum damnata est. Eosdem etiam Algerus, Cluniacensis Monachus, Scriptis oppugnavit. Brunonem quoquè Trevirorum Archiepiscopum, Diæcesi suâ expulisse quosdam ex Berengarii sectatoribus, qui illius doctrinam in Eburonibus, Atuaticis, & aliis Belgii populis, disseminabant, narrat Thuanus. Ubi tamen pro anno salutis 1060. annum 1106. reponendum esse, censet Usserius.

Thuan. præfat. in Hist. sui Temporis ad Regem Henricum IV.

Facit insuper Thuanus mentionem Conventiculorum, quæ in Trevirensi Diæcesi frequentare solerent illi, qui substantiam panis & vini, in corpus & sanguinem Christi negabant mutari. Ex qua societate fuisse videntur, qui apud Trevirenses & Ultrajectenses, à Lothario Imp. combusti; in Chronico Saxoniæ leguntur. Contigit illud anno 1135. quo etiam Francus Abbas adversus carnalem Dominici Corporis in Cœna præsentiam contendisse traditur. Neque enim

Magd. Cent. 12. col. 840 20. Lib. 30.

enim ante Lateranense Concilium sub Innocentio III. habitum, in Ecclesia Romana, determinata fuit ea quæstio. Proinde Romanam Ecclesiam longo tempore à Berengarianis (nempe, errorum commonstratione) satis afflictam fuisse, non dissimulat Vernerus Carthusianus. Nunquam tamen acrius oppugnatam affirmat, in Gallica Historia; Lancelotus du Voysin Popilnerius, quàm à Valdensibus & eorum successoribus.

Fasc.temp. æt.6.circa an.1064.
Poplin. Hist. Fran. lib 1.Edit 1581.fol.7.b.

Utriqué postea dicti sunt ab Adversariis, Berengariani & Valdenses. Quæ cognomina etiam hodiè probri cujusdam loco, Euangelicis objicere solent Pontificii. Qui hodie sunt Calvinistæ olim dicti fuerunt, Berengariani: inquit Serrarius. Et, qui hodie dicuntur Protestantes, Johanni Wendelstino, novi sunt Valdenses, & Germanici Valdenses.

Serrarius Trihær.lib.1. cap.5.
Wendelst. Pref in Cal.Can. & Decret. Pont. Edit.a.1525.

Cæterum, de Berengario, & asseclis ejus, prolixè scribit Jacobus Usserius, de Christianæ Eccl. Success.& statu, cap.7.

CAPUT III

Persequutio Valdensium, in Gallia & alibi dispersorum.

VALDENSIUM, sivè Albigensium doctrinam, ejusqué assertores, cum Adversarii in Gallia ferre non possent, ideò nonnullos sparsim primò, variis in locis, ferro, igni, carceribus, atrocibus quibusvis suppliciis persequebantur. Deinde bella, multos annos durantia, adversus omnes excitabant per diversas Provincias. De qua immani eorum crudelitate & bellis diuturnis, videatur Thuanus Hist. lib.5.ann.1550. Jacobus Usserius, S.S. Theologiæ apud Hibernos Professor, de Eccl. Christianæ Succes.& statu, cap.8.p.241. cap.10.&c.

Quem verò finem tanti laboris negotium sortitum fuerit ex Jacobo Aug. Thuano Lector percipiat. *Contra Valdenses* inquit, *cum exquisita supplicia parum proficerent, & remedio, quod intempestivè adhibitum fuerat, malum exacerbare-*

Thuan. præf. hist.sui temp.

„ *tur, numerusqué eorum in dies cresceret, justi tandem exercitus* „ *conscripti sunt: nec minoris molis bellum quam quod antea nostri adversus Sarracenos gesserant, contra eosdem decretum est.* „ *Cujus is exitus fuit, ut potius cæsi, fugatis bonis ac dignitatibus* „ *ubiqué spoliati atqué hùc illuc dissipati sint, quam erroris convicti* „ *resipuerint. Itaqué qui armis se initiò tutati fuerant, postremò* „ *armis victi in Provinciam apud nos, Gallicæ ditionis Alpeis vicinas confugerunt, latebrasque vitæ ac doctrinæ suæ iis in locis reperrerunt: pars in Calabriam concessit, in eaqué diu atqué adeò usqué ad Pii IV. Pontificatum se continuit: pars in Germaniam transiit, atqué apud Boemos, in Polonia, & Livonia larem fixit:* „ *alii ad Occidentem versi, in Britannia perfugium habuerunt.* Hæc Thuanus.

Thuan. Hist. l. 5. ad A. 1550.

Petrus quidem Valdus, eorum Antesignanus, Patriâ relictâ, in Belgium venit, atqué in Picardia, quam hodie vocant multos sectatores nactus, cum inde in Germaniam transiisset, Vandalicas Civitates diu perambulans, postremo in Boemia pedem fixit.

Valdensium è Gallia pulsorum, pars in finibus Austriæ, circa A. 1450. cum uno & altero Episcopo suo, latitavit. Re proditâ Stephanus Episcopus, Viennæ igni perimitur: reliqui hinc inde, pleriqué in Marchiam (ubi inter alios, Petrus, artificio Textor, eodem supplicio ignis sublatus est) indequé postea in Moraviam, præsertim Fulnecam delati, diffugiunt. De quo fusius narrat Camerarius, in Hist. de Fratr. Boem. pag. 116 117.

Horrendam adversus Valdenses Pontificiorum crudelitatem, ad Merindolam, refert Joh. Sleidanus, in historia anni 1545. Comment. de Statu Relig. & Reipubl. lib. 16. Item Thuanus Hist. lib. 6. cap. 26. Possunt eadem amplius cognosci, ex lugubri narratione, de excidio Valdensium & Albigensium; nec non Petri Vesenbecii Oratione, de Valdensibus & Albigensibus. Utrumqué scriptum exstat, in Hist. Narrat. Joh. Camerarii de Ecclesiis Fratrum in Boemia & Moravia.

CA-

CAPUT. IV.

Persequutio VICLEVI in Anglia.

DOctrinæ Valdensium ex Gallia in Angliam translatorum primus assertor JOHANNES VICLEVUS, natione Anglus, vir doctus & pius anno Christi. 1370. Pontificios errores, tum vivâ voce, tum scriptis, refutare cæpit: qua propter hæreseos damnatus, & in exilium actus, in Bohemiá aliquandiu, apud Matthiam Janovium, vulgo Parisiensem dictum, delituit. Ex quâ post in Patriam reversus, in constanti veritatis professione, diem suum placidè obiit. 31.Decemb. 1387. cœtu non parvo discipulorum relicto. Anno autem 1428. qui fuit à morte ejus 41. Martini, v. Pontificis Romani jussu, ossa ipsius effossa, & publicè cremata sunt. Scripsit, teste Æneâ Sylvio, plus, quàm ducenta volumina, pleraqué contra Papatum, per Zbineccum Zagic (Latinis Leporem) de Hasenburg, Archiepiscopum, Pragæ Boemorum, Anno 1410 exusta.

T. uan. in præf. Hist. 1. lib. 6. p. 125.
Catal test. verit. lib. 18. p. 1816.
Chytr. de Statu Eccl. p. 36.
Hist. Boh. cap. 35.

CAPUT V

Persequutio quorundam veritatis testium in Bohemia.

OB puriorem Euangelii doctrinam in Bohemia persequutionem subierunt.

M. JOHANNES MILICZIUS anno 1366. incarceratus, tandem dimissus.

MATTHIAS JANOVIUS Pragensis, vulgò Parisiensis dictus, regno excedere jussus: quo postea reversus quidem, sed privatim reliquum exegit vitæ.

Pulso Matthia Janovio Adversarii non solum in Arcis templo, sed ubiqué Pragæ, & per totum regnum, communionem sub utraqué inhibuerunt, aboleveruntqué: ut, non

Catal. test. ver. lib. 18. p. 1796.
Stranski Reip Boh cap. 6. pag. 259.

nisi

nisi in privatis domibus, quandoqué in abditis sylvarum recessibus, qui constantiores, erant, ritu consueto rem divinam facerent. Sed non absqué discrimine vitæ & persequutionibus. Nam hostes armis correptis, in redeuntes à Cœtibus sacris manu militari insiliebant, spoliabant, abducebant, mulctabant, excarnificabant, in flumina mergebant, gladio vel igni perdebant, in metalli fodinas Cutnenses præcipitabant. Duravit malorum hæc lerna, ab Johannis Uk, sive Ocelli, Archiepiscopi Pragensis obitu (obiit vero 1. Jan. A. 1380) totos ferè annos viginti.

Cuthen. p. 119. M. JOHANNES HUSSUS, pellectus Constantiam, sub fide Cæsaris publicâ, à Concilii Senatu, hæreseos damnatus, ignis supplicio, 6 Julii, A. 1415. è medio sublatus est. Pro ejus liberatione, quidam Bohemi, Moravi & Poloni tanquam strenui defensores veritatis, sæpius opposuerunt se toti illi Concilio. De quo plura Tom. 1. cap. v.

In salvo conductu Imperatorem Husso prohibuisse fugam sub pœna capitis, Hussum autem fugisse, ex fuga retractum, incarceratum, jurequé damnatum fuisse, commentum est Adversariorum, ad tegendam Concilii perfidiam, & crudelitatem inventum. Quod solidè docet D. Paræus, in Oratione Inaugurali: De fide Hæreticis servanda cum Abraham. Sculteto, insignia Doctoralis dignitatis conferret, Heidelbergæ, A. 1618. & nepos ejus, Daniel Pareus in Medulla Hist. Eccl. p. 361.

Camer. de Frat. Boh. p. 227. Daniel Pareus Med. Hist. Eccl. p. 363. Cam. p. 232 HIERONRMUS PRAGENSIS damnatur & flammis exuritur, ibidem Constantiæ, 30. May. 1416.

Vacillavit quidem Hieronymus, terrore mortis ut cum Petro Christum negaret, cum Paulo neci Joh. Hussi subscriberet, sed cum utroqué mox resipuit, vitamqué & sanguinem pro Christi gloria, fortiter profudit.

Quanto animo, seu quâ potius Divini spiritus præsentiâ, ad supplicium accesserit, testis est luculentissimus, ex ipsa Adversariorum factione, Poggius Florentinus: qui se vidisse ejus exitum, singulosqué actus perspexisse, asserit,

&

& ad Leonardum Aretinum, de obitu & supplicio ejus
„ scribens; *Fateor*, inquit, *me neminem vidisse unquam*
„ *qui in causa dicenda, præsertim capitis, magis accederet ad*
„ *facundiam priscorum, quos tantopere admiramur. Mirum est vi-*
„ *disse, quibus verbis, quâ facundiâ, quibus argumentis, quo vultu,*
„ *quo ore, qua fiduciâ responderit Adversarius, ac demum causam*
„ *perorarit: ut dolendum sit tàm nobile ingenium tamqué excellens*
„ *ad illa hæresis divertisse studia; si tamen vera sunt, quæ sibi obji-*
„ *ciuntur. Non enim mea interest tantam causam dijudicare: ac-*
„ *quiesco eorum sententiis, qui sapientiores habentur. Nequé ta-*
„ *men existimato, me in morem Oratorum, singulatim hanc cau-*
„ *sam referre: longum id esset & multorum dierum opus. Pertingam*
„ *quosdam locos illustriores, quibus viri doctrinam possis perspice-*
„ *re. Cum multa in hunc Hyeronymum congesta essent quibus ar-*
„ *guebatur hæreseos, atqué ea testibus firmata: tandem placuit, ut*
„ *publicè singulis, ad ea quæ sibi objiciebantur, responderet. Ita in*
„ *Concionem deductus &c. Nihil unquam protulit indignum*
„ *bono viro: ut, si id in fide sentiebat, quod verbis profitebatur,*
„ *nulla in eum inveniri justa posset, levissimæ offensionis, nedum*
„ *mortis causa. &c. Hoc maximi ingenii fuit, cum interrumpere-*
„ *tur sæpius Oratio sua variis rumoribus, lacessereturqué à non-*
„ *nullis, ejus sententias carpentibus, neminem illorum intactum re-*
„ *liquit: pariterqué omnes ulciscens, vel erubescere coegit vel tace-*
„ *re. Illud verò admirabile memoriæ argumentum: Trecentis qua-*
„ *draginta diebus fuerat in fundo turris fœtida atqué obscuræ, de*
„ *cujus asperitate ipsemet questus est, asserens se, ut bonum & for-*
„ *tem virum decet, non propterea ingemiscere; quod indigna per-*
„ *pessus esset; sed mirari hominum adversus se inhumanitatem:*
„ *quo in loco, nedum legendi, sed ne videndi quidem habuit facul-*
„ *tatem. Tamen tot doctissimos, ac sapientissimos Viros, in testes*
„ *suarum opinionum allegavit: tot Doctores Ecclesiasticos in me-*
„ *dium protulit, in sententiam suam: ut satis superqué fuisset, si to-*
„ *to hoc tempore summo in otio, summâ in quiete, sapientiæ studi-*
„ *is operam dedisset. Vox ejus suavis, aperta, resonans erat: quà-*
„ *dam cum dignitate gestus oratorius, vel ad indignationem ex-*

lantes de Husso, fideli & pio veritatis Doctore contra datam fidem, præter jus ac æquum, interempto, dequé inusta toti genti hæreseos infamiâ. Sed expostulatoriæ illorum literæ, à Concilio, dignæ, ad quas responsum daretur, non sunt judicatæ. Diar.Vessf. p.403&465.

E contra Concilium scripsit, 27. Martii 1416. ad alios Bohemos Proceres, Romanæ Ecclesiæ fidei adhuc addictos (nominatim Joh. de Michelsberga, Alsæum Skopek de Duba, & Albertum de Kolditz) orans, obtestans, haberent sibi Romano Catholicam Ecclesiam commendatam, Conciliiqué Legato Johanni Litomysleno Episcopo, in opprimenda hæresi, & hæreticis, adjutores essent. Exemplum literarum est in Tom. 1. Operum Hussi. fol. 79. p.147.

Nec multò post, ut supra dictum, alterum veritatis testem Hieronymum Pragensem, ibidem Constantiæ, anno eodem 30. May. in cineres redegit.

Hinc mutua Bohemorum diffidia, odia, rixæ, injuriæ in tantam eruperunt flammam: ut à concitata plebe, duodecem novæ Pragæ Senatores cum Prætore Civico, per fenestras Prætoriæ domus, præcipitati, hastarumqué cuspidibus excepti fuerint: 30. Julii 1419. Quo ipso audito turbarum initio, Venceslaus Rex Bohemiæ, vitæ finem fecit, anno eodem, die 16. Augusti. Æn. Sylv. hist. Boh. cap. 37. Cuthen. Chron. Boh. p.142. Diar. Velcfl.

Exarsit igitur de Regione pariter & de Religione, calamitosissimum, finitimis etiam circumquaqué luctuosum Bohemorum adversus Sigismundum Imp. Venceslai fratrem, bellum: In quo Bohemici exercitus Dux primus & præcipuus erat, ab anno 1419. Johannes Zisska vocatus. Sylv. cap. 38.

Sed ipse belli Hussitici, ultrà annum quatuordecimum continuati, progressus & successus videatur alibi, apud Æneam Sylvium Hist. Boh. cap. 38. &c. Hagecum, Dubravium lib. 24. Cochlæum, Cuthenum, Joh. Cranitium in Eiconibus Elect. Brandeburg. sub Frid. 1. Electore Brand. M. Paulum Stranksi Reip. Boh. cap. 6. &c.

plateas, & semivivus exustus est, 14. Martii. 1420.

Venceslaus Parochus, in pago, Arnostovitz, propè Miliczinum, cum aliis octo 7 Julii, eodem anno. Diar. Velesl. pag. 371:

Nicolaus Hochta, Pragæ 20. April. A. 1421. Hagec. fol. 388.b.

Cives 24. primores, Litomierzicii, 30. May. 1418. (Lupacius refert in A. 1421.) Diar Velesl pag. 293.

Venceslaus Sutor, 23. Julii 1421. Pragæ. Stranskí

Martinus Loquis, cum Procovio Jednooki, 21. Aug. 1421. Raudnicii. Reip. Boh. cap. 2. pag. 92.

Joh. Zelivæus Pastor, qui puriorem Taboritarum propugnabat Doctrinam, Pragæ 9. Martii. A. 1422. Sylv. cap. 44.

Paulus Gravus Bohemus, sed is in Scotia, A. 1431. Cuth. pag. 207.

Hussitæ, in duas partes, & quasi sectas scissi, maximè ab A. 1433. quorum alii dicti sunt Calixtini, alii purioris doctrinæ sectatores, Taboritæ: calamum posthac alii in alios stringebant: ferrum etiam plerumqué, Compactatorum socii, Pontificii cum Calixtinis, adversus Taboritas, & hi adversus illos acuebant. Catal test. ver. l. 19. pag. 1836. Stranski Reip. Boh. cap. 2. pag. 40.

Taboritæ etiam mortuo Ziscâ, distracti fuêre in duas partes: quarum una, vetus Taboritarum nomen retinuit; altera novum Orphanorum vocabulum usurpavit. De quo plura Tom. 1. cap. 6. Sylv. cap. 47. pag. 43.

Utriqué in belles conjuncti, Taboritæ cum Orphanis, erant pugnacissimi, hostibusqué suis graves, atqué omnibus formidabiles. Qui tamen postea bellis consumpti sunt diuturnis. Dubrav. l. 27. pag. 256

Anno 1434. May. 30. cum Vetus-Praga, quæ Calixtinos belli faces, fovebat, Novam, quæ à partibus Taboritarum stabat, vehementer oppugnaret, ingens committitur extra urbem, inter oppida Brodam Bohemicam, & Kaurcimum, prælium. Ibi Procopius Magnus, Holy, Taboritarum Dux, aliquandiu hostis impetum sustinet: multisqué cęsis victoriam pænè hostibus eripuit. Sed circumfusus multitudine Equitum, non tam victus, quàm vincendo fessus, telo à quodam emisso, transfoditur. Pari modo & alter Procopius, Sylv. cap. 51. pag. 50. Cochl. l. 8. Hagec. fol. 407. Cuth. p. 215. Velesl. p. 293.

Minor appellatus, fortiter pugnans occumbit. Reliqui, amiſſis duobus hiſce Ducibus ſuis, partim cæſi, partim dilapſi ſunt. Confecto bello viri fortes, & in armis exercitati, qui ſub Procopiis militarant in horrea quaſi ad danda militiæ nomina ſubdolè convocati, pleraqué Taboritarum millia, ſuccenſo intra ſepimenta ſtramine, conflagrarunt.

Sylv.cap. 51. p.51.

Cuth.p. 244.

Tandem Georgius Prorex ſive Gubernator Regni Bohemiæ, A.1445. electus, cum exercitu ſuperveniens, urbem Tabor obſidione cinxit, cumqué in terrorem conjecit, ut cives deditione factâ Sacerdotes ſuos, ejus poteſtati traderent. Quos ille in arce Podiebrad Lititz. &c. carceribus impactos, pleroſqué enecavit: Lupacio, cum aliis quibuſdam, ad Rokitſanum tranſeunte.

Atqué ſic etiam reliquiæ Taboritarum, fraudibus & vi penitùs oppreſſę fuerunt, A. 1444. & ſequentibus aliquot, ad A. circiter 1448.

CAPUT VII.

Perſequutio Huſſitarum in Polonia.

Crom.l.20. p 302. Varſevicius, in Vitis Paral. lip. Cæſ. Reg. Princ. lib. 2. p. 290. Jacob. Prilaſius in ſtatutis Pol. fol. 169. Oriechov. in Chim. pag. 78.79.

CIrca Annum 1432. Sacerdotem, inquit Cromerus, hęreticum (nempe Huſſitam) qui ad Jagiellonem Uladiſlaum Regem Poloniæ venerat; Sbignievus Epiſcopus Cracovienſis, è conclavi Regis ejecit.

Ex eo adverſus Huſſitas Bohemos, eorumqué religionem odio, Conſtitutio, in Conventu quodam Vielunenſi, de iis, qui è Bohemia, in Poloniam venirent, cum fautoribus illorum, tanquam hæreticis capiendis & puniendis, Epiſcorum factione promulgata fuit A. 1424. Sed quoniam non eſt in Comitiis facta, ideò, ſecundum ſtatuta Alexandri Regis, Radomiæ A. 1505. & Sigiſmundi I. Petricoviæ, A. 1538. rata firmaqué non habetur. Simili ratione Jedliviæ A. 1430. Conſtitutio contra eoſdem Huſſitas Bohemos, eorum

rumqué Religionis asseclas, scripta & publicata est. Ubi tamen hæc inserta leguntur verba: Neminem captivabimus &c. nisi in judicio rationaliter fuerit convictus. Crom.lib. 19.p.293.

Favebat imprimis (inquit Cromerus) *Bohemorum secta, Abrahamus Sbanscius, Bohemosqué Sacerdotes* (Hussitas) *domi suæ alebat, per quos virus in populum spargeret.* Propterea *ferit eum anathemate Andreas Bninius Episcopus Posnaniensis. Sed cum eâ ratione nihil proficeret; vi coercere novatores adortus est. Coactos enim 900. amplius Equites de propinquis & clientibus suis, ad Sbanscium arcem duxit, dediqué sibi quinqué Bohemos Sacerdotes* (Ministros Euangelii, tum Hussitas dictos) *coegit. Quos instaurato Posnaniæ judicio, publice in foro cremavit*, A. 1439. In Chartophylacio Uladislaviensi legitur, A. 1480. Sbignicium de Olesnica Episcopum Uladislaviensem, in Hussitarum hæreseos sectatores diligenter inquisivisse, & perpetui carceris pœna, in Matthiam quendam Presbyterum, quod plurimis sub utraqué specie administraverit, animadvertisse: Demalewcz in vit. Episc. Ulad. p.343. Ir.lib.21.pag. 317.

CAPUT VIII.

Persequutio posteriorum Hussi sectatorum, & quidem FRATRUM UNITATIS *dictorum, in Bohemia & Mravia, ad* A. 1517.

POst septennem, eamqué seriam & maturam deliberationem, FRATRES à Calixtinis Pseudo-Hussitis, secessionem faciunt A. 1457. ac peculiares cœtus, multis in locis, solius Dei præsidio fulti erigunt: omissis bellis, quævis potius pro veritate Christi subeunda pericula patienter statuunt: Congregationem vero suam totam appellarunt UNITATEM FRATRUM, certo ordine, & disciplinâ Ecclesiasticâ arctius adstrictam.

Hâc FRATRUM novâ origine Rokitsanus, Calixtinorum Antesignanus, qui tamen primus eis, secessionis hujus au-

quædam Matrona magnifica, iter faciens conſpiceret, miſerta afflictorum miſit currus ſuos, quibus in ædes ipſius ſunt vecti, & ab ea humaniter habiti. Atquè hâc occaſione, piis eorum colloquiis erudita, temporis ſucceſſu, deſertis erroribus humanis, ſuſcepit veritatem Dei, uberrimum hoſpitalitatis ſuæ fructum in Chriſto referens.

Ita tum fideles & pii, hominum odio expoſiti, nullibi locum ad habitandum habere potuerunt: qui artificia mechanica noverant, & manuum labore victum quærere volebant, à ſocietate Opificum repellebantur, nec in ſodalitates eorum admittebantur.

Benedictus quidam Sacerdos, in Oppido Tlumaczow, juxta doctrinæ puritatem ſingulari vitæ pietate conſpicuus, in itinere captus, Brunam devectus, atquè ibidem ad rogum damnatus, incendio ignis extinctus eſt, magnó diſperſi cœtus luctu.

Domazliciis, Clatoviæ, in deſerto Mironicenſi, in montibus Piſecenſibus, in Oppidis (Stribio Chlum Zelena Hora) miris modis vexati & afflicti: Pragæ judicati, damnati, incarcerati: In oppido Caſſovicæ quidam combuſtus.

Hunnobrodæ, in Moravia capti; in carcerem detruſi, veſtimentis & calceis exuti; aſperâ hyeme craſſis compedibus & catenis ferreis, pedes, manus, & collum vincti: cumqué nimio frigore adeo excruciarentur, ut ne quidem jam loqui, & vix ſpiritum ducere potuerint, ſoluti vinculis, & ægrè incedentes, civitate ejecti ſunt.

Neponicenſis Juvenis, à Domino Sdencone captus, Pragam in vincula miſſus, atqué ibi torturâ enecatus eſt.

Clatoriæ jam ante combuſtæ fuerunt, Eliſabetha honeſta Matrona & Catharina Clecovia, virgo pia: eò quod noluerint panem in Euchariſtia adorare, & confiteri, eum mutatum eſſe in Chriſtum, Deum & hominem: ſed Chriſtum, qui aſcendit in cœlos, ſedet ad dexterâm Patris, indequé venturus eſt, judicatum vivos & mortuos, ſecundum verba ſymboli conſtanter adorarint.

Nicolaus Criſſovius, in carcere Podebradenſi, nono captivitatis ſuæ anno, vitam finiit.

Svaton Clatovienſis, potiùs manus & pedes amputari ſibi paſſus eſt, quàm Euangelium Chriſti abnegaret, factus ut truncus & ludibrium ſpectantium.

Tum Gregorius, Rokitſani ex ſorore nepos, Fratres Clatovienſes, & vicinos, circa A. 1460. viſitabat, & in puriore doctrina confirmabat, quem illi tanquam Angelum Domini exceperunt.

Poſtea, quodam in loco Fratres aliquot ex præcipuis congregati, in eaqué Synodo de rebus fidei, ex ſolo verbo Dei conſultantes, proditi ſunt à malis, capti, & in arce Podebradenſi incarcerati, gravibus conſtricti vinculis, immani torturæ ſubjecti, & per tres menſes terroribus exagitati, quottidie expectantes ſupplicium ignis, vel nocte ſubmerſionem in aquis. Ex conjectis in cuſtodiam Podebradi, Johannes Camedra, genere nobilis, ſed pietate nobilior, poſt ſeptennium ex vinculis divinitùs liberatus eſt, cum quibuſdam aliis. Laurentius autem Sacerdos & Biskupetz, mortem ibi obierunt. Ibidem Simon unius anni vincula perpeſſus, tandem combuſtus eſt: & Stracius aliquot annos in vinculis detentus, ſquallore carceris, fatis conceſſit.

Valentinus, Starniciæ, quæ Moraviæ Civitas eſt, in carcere torturâ enecatus, & poſt mortem publicè exuſtus eſt.

Liticenſes quoqué incarcerarunt Quilinum, & in compedibus ac ferreis vinculis ſuſpenſum atqué diſtentum mori coëgerunt.

Skucenſes autem conjectis quinque in carcerem, nullum cibum & potum eis dederunt: Itaqué quatuor illorum inediâ conſumptis, dimiſerunt quintum, qui aliquot deinceps annos ſuperſtes fuit.

Erat tum Pragæ, quidam Johannes Palecius, ex illa Fraternitate vir nobilis & perfacetus. Is in Regia, interqué Clerum vitam agens, ſingulari quadam induſtria, ſalibus ſuis pie-

pietate & gravitate conditis, dabat veritati testimonium; eoqué nomine afflictis Fratribus, non parum animi addebat, & solatio erat. Errores Ecclesiæ Pontificiæ ita carpebat liberè, ut eum non modo ferrent, sed & charum haberent. Exstant sales ejus satis arguti & acuti, duodecim numero, in lucem editi à Sixto Palma.

Hactenus de persequutione Fratrum Unitatis, & puriorum quorundam Calixtinorum primâ ex, narratione ab iisdem scripta.

Richemburgi quoqué quatuor per quendam Dominicum Kostkam, vitâ privati sunt.

A. 1461. cum Gregorius ille, supra nominatus, Rokitsani sororis filius, & alii quidam suos Pragę visitarent, & in domo quadam cœtum haberent proditi & capti fuerunt. Ubi notabile hoc accidit. Prętor, qui fuit in Urbe Pragensi Minore, curavit Gregorium & cęteros admonendos de imminente periculo, ut sibi caverent. Gregorius vir gravis, qui sciret, nonfortitudinem tantum, sed prudentiam quoqué esse virtutem; neq; mali fugam Christianis vetari, censebat etiam non sumpto, nec exspectato cibo tempestivè discedendum. Hoc cæteris displicuit, quorum capita erant: Georgius Petikostelsciũs (Quinqueeclesiensis) & Halar quidam titulo Baccalaurei ornatus, cum scholasticis quibusdam, qui animosè loquentes, dicebant: tormenta esse jentaculum, & rogum prandium. Itaqué illis diutiùs commorantibus, Prætor advenit cum lictoribus, & verbo Scripturæ ita illos alloquitur: Fratres, scriptum est: *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Iesu, persequutionem passuros:* Proinde & vos qui hic estis, mandato Consulum sequimini me in carcerem. Erat enim vir probus, & de Fratrum proposito non malè sentiens: sed superiorum jussui, morem gerendum esse censuit. Sequuti eum sunt Fratres, quibus captivis, ex malorum sinistris delationibus, capitale crimen objiciebatur, ac si Taboriensium exemplo, seditionem aliquam molirentur. Inter hos Gregorius, dictus jam, cum torturæ subjiceretur, in profun-

Camer. de fratr. Boh. pag. 85.86.

2. Tim. 2. 12.

Laurentius Crassovicius de fratr. Boh.

dam sive lypothymiam, sive ecstasin prolapsus, nullos sensit dolores: adeò, ut eum Carnifices, torturâ confectum exspirasse persuasi, de fidiculâ deponerent. Dum hoc fit, venit ad eum Rokitsanus Avunculus: qui multis lachrymis, fortunam cruciati deflebat: O utinam tuo sim loco mi Gregori, ingeminans. Tum Gregorius post horas aliquot, quasi somno solutus, mirari, cur sibi latera prurirent. Verum conspectis perustis vibicibus,& quibus distentus fuerat fidiculis, rem gestam cognovit. Narrabat idem, sui compos factus, visionem, quam in illo animi, deliquio, viderat: introductam se fuisse in pratum amœnissimum, in cujus medio stabat arbor fructibus onusta, quibus varii generis aves frondibus insidentes, exultantes, eleganterquè cantantes, pascebantur. In medio vero earum consistebat, cum virgula, adolescens: quâ illas ita regebat, ut nulla earum extra ordinem se proripere auderet. Quo ostento, procul dubio Deus istius Ecclesiolæ, cujus ille præcipua pars, & velut Patriarcha fuit, imaginem ei exhibere voluit. Ejus arboris specimen quoddam, ad calcem Confessionis Unitatis Fratrum Bohemico idiomate editę, 1607. positum est in rei memoriam, cum inscriptione: Virgula divina, sub hac patienter vixit ovis. Vidit & alios tres viros, ejusdem arboris velut Custodes: quos sexennio post, iisdem vultuum lineamentis, re ipsâ cum per suffragia, primi Antistites, eligerentur, vidit. Huic probo viro Deus vitam produxit, usque ad A. C. 1474. ut cæteros ad constantem veritatis patefactæ professionem, ceu Veteranus miles Tyrones, ad militiam exerceret.

Joh. Blahoslaus. in hist. Frat. Boh. M.S. Joh Am. Com. in Synopsi. Boh.

Sed conjectorum illo tempore in cărcerem, non fuit omnium par & eadem constantia. Nam aliqui, gustato jentaculo, (ut dicebant) prandium declinaverunt, & publicè in primario templo cantilenam cecinerunt, priori contrariam. Quorum tamen aliquos facti postea penituit, qui ad Fratrum congregationem redierunt, quibusdam ab eâ discedentibus. Qui in sententia veritatis divinæ perstiterant, nullo

nullo in eis seditionis deprehenso molimine, paulò post omnes ex custodiâ fuerunt dimissi.

Emittuntur interea Regis Georgii jussu, à Consistorio diplomata: quibus sacrorum ritus & celebratio à Calixtinis diversa, omnibus & singulis sacerdotibus, sub pœna capitis inhibebatur. Fratres igitur in tot & tantis angustiis, tanquam oves sine Pastoribus, hinc inde palantes, iterum atqué iterum ad Rokitsanum confugiunt: &, per Dei gloriam, perqué salutem suam, obsecrant, ne, causam, quam Dei esse sciret, desereret: nequé multorum ab erroribus conversionem exemplo suo impediret: ne agnitam veritatem quamcunqué ob causam, in injustitia, defineret: caput esse totius in Clero Regni, redditurumqué Deo pro omnibus rationem. Ut autem induratum animadvertunt, valedixerunt ei tandem, postremis in literis hæc etiam usurpantes verba: Rokitsane, mundus es & cum mundo peribis. Quibus ille irritatus, Regem adversus eosdem magis exasperavit: prodieruntqué Regis & Consistorii nomine diplomata: ne usquam in Bohemia & Moravia exitiosi illi homines tolerarentur. Quamvis enim non deerant, qui capiendos & morte afficiendos vellent, Jodocus tamen Rosembergius Episcopus Uratislaviensis dissuadebat, ratione addita: *Martyrium esse semicrudam assaturam, ex quâ facilè vermes enascantur,* (martyriis fideles multiplicari innuens) *commodius revocari ab erroribus posse, si proscribantur undiqué. Ubi enim nesciverint, quò se vertant, redibunt, inquit, ad meliorem mentem.* Præstasset profectò hunc bonum Episcopum, qui author & suasor erat, mitioris in Fratres animadversionis, in eandem planè ivisse sententiam, cujus erat Cromerus Historiographus Polonicus, idemqué Varmiensis Episcopus. Hic enim de Pruthenis A. 1164. ad Religionem Christianam recipiendam, à Boleslao Crispo, coactis; scribens: *Certatim, inquit, omnes nomina dabant Christo, sed magis devitandi præsentis periculi metu, quàm ex animo: Et lingua quidem jurat, ut Poëta inquit, mens injurata manet. Nequé enim firmam atqué stabilem se-*

Camer. de Frat. Boh. p. 112.

Crom. de rebus Pol. lib. 6. pag. 104.

sedem habere potest Religio, vi & metu expressa; quæ quamlibet foris necessitati serviat, intus tamen in animo liberrima est. Hæc Cromerus.

Tam acri in Fratres ubiqué institutâ inquisitione, factum est, ut pleriqué illorum, præsertim Primores, per montes & sylvas dispersi, speluncas inhabitarent: ne ibi quidem loci satis tuti. Ideò focos in culinæ usum, non nisi nocte, ne ascendens fumus, proderet, excitare ausi: & circa ignem intenso frigore assidentes, Scripturarum lectioni, devotis precibus, & colloquiis piis vacabant. Nive altâ, quotius ad comparandum necessaria prodibant, ne per vestigia agnoscerentur, omnes eadem premebant, ultimus verò, fronde abiegnâ post se tractâ, nive illa opplebat: ut non nisi vestigium rusticelli, arbustum trahentis, videri posset. A quâ latebrarum inhabitatione postea ab hostibus, per ludibrium, Jamnicii Bohemicè, Grubenheymer Germanicè id est speluncales vel antrales, dicti fuerunt.

Ex Archivis Frat. Boh. Camer. p. 113. Episcopus interea Moravorum Olomucensis Protasius, aliam persequendi rationem sequutus, Papæ Legati, qui tunc apud eum aderat, instinctu, comprehensum unum ex Fratribus, Jacobum Chulavam, & per triennium Viscoviæ in carcere detentum, ibidem curavit vivum comburendum, A. 1467. Traditur, hunc Jacobum, paulò ante fores carceris miraculosè apertas habuisse, sed exire, ne perseverantiæ jacturam faceret, dubitasse.

Sparsâ deinde in vulgus Ordinis Fratrum Ecclesiastici hoc A. 1467. instauratione, incredibile est omnium odium adversus ipsos concitatum. Primùm, Rokitsanus virulentas contra eos literas, quibus eos tanquam hæreticos & nefarios damnat, per totam Bohemiam & Moraviam, inter Sacerdotes divulgat: monetqué ne Fratribus uspiam locum concedant, nequé quicquam cum eis negotii habeant. Quas illi in cœtibus sacris, Auditoribus prælegebant, & populum in Fratres exasperabant. Rex deinde Georgius, à Rokitsano persuasus atqué impulsus solemniter ad Comitia con-

convocatis Ordinibus A. 1468. tulit decretum: ut unusquisquè Procerum, in territorio suæ ditionis, quoscunqué posset è Picardis (ignominioso hoc nomine, ut olim in Valdenses & Taboritas, ita tunc in Fratres translato) comprehenderet, & in captos, pro re natâ & arbitrio animadverteret, ad secessionem hac severitate, vel potius sævitiâ coercendam: Capti igitur nonnulli fuerunt, & ad Apostasiam redacti: alii diuturnis carceribus, ad Regis usqué mortem (inter quos fuit Michael Sambergius primus Fratrum Senior) afflicti. In præf. Confess. Boh. edit. A. 1573.

Quo iniquo & crudeli in se processu Fratres moti, Apologiam ad Rokitsanum & Consistorium, deinde ad Regem, tandem ad omnes in universum scribunt. At verò, ne tum quoqué quidquàm impetrant, imò multò graviùs premuntur, probris atque convitiis proscinduntur. Quod ipsi referunt, in Apologia suæ doctrinæ, edita Vitenbergæ. A. 1538.

Ipse tandem Deus, vicem suorum miseratus, improborum conatum impediit, immisso in Bohemiam, mense Majo, ejusdem anni, Matthia Hungarorum Rege. Dum ergo Nobilitas, duce Henrico Regio filio, Victorino fratri ejus, à Matthia, in Monasterio Frebicensi obsesso, ac de hinc capto, fert opem: pars verò se ad bellum Hungaricum parat, pars seditionibus laborat, neglecti sunt miseri fratres. Quos in his turbis tot miseriis oneratos, Rokitsanus alloquitur, A. 1470. & cum ipsis expostulat, quod à Calixtinis descivcrint. Huic Fratres scripto respondent modestissimè, & causas suæ, tam ab illo quàm ab omnibus Pontificiis Sacerdotibus, defectionis recensent. Præcipua scripti hujus exponuntur in Apologia Fratrum Doctrinæ, editâ A. 1538. Nihil tamen excusatione hac sua, apud Rokitsanum profecerunt.

Illo turbulento tempore, Matthias Dolanscius, unus Fratrum, Ordinis Politici, in carcerem Prætorii Pragensis detruditur, propter Euangelium, quod purum profitebatur: in eoqué primum sex, deinde quatuor annos detentus fuit. Joh. Blahoslaus in Hist. M.S. de Fratr. Boh.

Ini-

Comer. in hist. Frat. Boh. p. 115. 116.

Initio illi incarcerato prospiciebatur de cibo, & ad victum cultumqué necessariis rebus, ab hominibus quibusdam bonis atqué piis: imprimis à quadam honesta & religiosa Matrona, per Coniascam famulam, cibum ipsi mittente: qua famula postea ad cognitionem veritatis cœlestis, Matthiæ doctrinâ pervenit, in ea perseverans, Boleslaviæ, vitam finiit. Sed cum inimicorum immani inhumanitate, hæc commoditas ei præcideretur, & adimeretur eum sublevandi potestas omnibus, adeo ut periculum ei impenderet mortis præ nimiâ fame, tum fortè conversis oculis ad fenestram carceris, videt ad illam consedisse monedulam, aliquid rostro gestantem. Accedente autem ipso propius, avolat avis, & relinquit ante fenestram linteolum, in quo aureus nummus fuit involutus: quâ pecuniola cibo in summâ penuria, à custodibus carceris empto, vitam ille, ad mortem usqué Regis sustentavit. Paulo antequàm liberaretur, per quietem somni, viderat occidere Lunam, & mox deinde Solem. Postridiè Rokitsani morte auditâ, quę accidit 22. Febr. A. 1471. mortem quoqué Regis brevi secuturam conjecit. Nec miserum opinio fefellit. Interjectis enim ab obitu Rokitsani XXIX. diebus, nempe: 22. Martii, Georgius Rex, tumore pedum ex hydrope, gravatus, regnandi juxta & vivendi finem habuit. Quod priusquam Polanscius certo rescivisset, Prætor Urbis, eum è carcere eductum dimisit: & mox cæteri quoqué captivi sunt liberati. Nam in Regno Bohemiæ ea fuit consuetudo, ut tam novi Regis coronandi festo die ob communem lætitiam, quàm luctus causâ Rege mortuo, captivi Regii liberi dimitterentur omnes.

Synop. Persequ. Boh.

Rokitsanum ferunt obiisse, cum desperatione, Regem Georgium secum ad Tribunal Dei citantem.

Buchol. Ind. Chron.

Georgii autem Regis filiorum nullus in Regno successit: sed Fridericus Imperator, ut gratus esset erga Georgium ob liberationem ab obsidione Viennensi, creavit eos Principes Monsterbergenses A. 1463. Vixerunt hactenus in Silesia earum posteri, Duces Monsterbergenses, optimi Parentis

Caro-

Caroli filii, Confessionis Augustanæ addicti. Jam nullus amplius superest.

Uxor Georgii, Johanna Regina fœmina odii in Fratres acerrimi, à morte etiam Regis mariti, in eo perseveravit, ut Fratres quocunqué modo delerentur. Et de ea re consilium habuit Benessovii in Comitiis, ubi dissensione inter Proceres ortâ, nihil est definitum. Interim illa, vitâ excessit 12. Novemb. A. 1475. Camer. p. 116.

Georgio Regi Successit Uladislaus, Casimiri Regis Poloniæ, filius, natu maximus, Pragæ coronatus 21. Aug. A. 1471. Qui cum A. 1472. à nefariis quibusdam incitatus, Fratres exterminare vellet, obsecrarunt eum, iisdem propemodum verbis, quibus in simili causa, ante triennium, ad Gregorium, & Proceres Regni usi erant: nimirum, ut quietos subditos, in natali eorum solo, ferret, qui nihil magis, quam Regi suo, tranquillum, diuturnumqué imperium, à Deo precarentur.

Non multò post, iniquis iterum obruti hostium criminationibus, Apologiam ad eundem Regem novam scribunt: obtinentqué ut per vim in eos tentari aliquid non permitteret. Synop. Pert. seq. M.S.

Quod Adversarios Calixtinos adeò malè habuit, ut A. 1476. omnium in eos derivare odia, impudentissimo quodam commento, conati fuerint. Subornarunt hominem levissimum, arte polentarium, nomine Leszkam (quod si interpreteris, Mendaculum sonat, voce rei satis conveniente) qui è consortio Picardorum se venire, interqué eos Seniorem fuisse dictitans, mira prodebat, sed conficta arcana: quomodo nempe illi in Conventiculis suis, Deum, Mariam Virginem, & Sanctos blasphement, sacramenta ludibriis traducant; incestuosè Adamitarum more, sese commisceant; homicidia, & magiam exerceant; thesauros ingentes coacervent, &c. Hunc per urbes & oppida circumducendo, spectaculo exhibebant, revocantem ubiqué in templis & ejurantem prædictos errores & flagitia, plebemqué, ut pro se misero peccatore Joh. Blahosl. in Hist. de Frat. Boh. M.S.

tore Deum orarent, sibi vero ipsis à sceleratis Picardis caverent, obtestantem. Consignarunt etiam istam ejus confessionem scripto, sigillisqué & subscriptionibus aliquot Decanorum & Parochorum munitam, vulgarunt: ut ibi loci, quô non ipse Leszka venisset, Confessio hæc ejus de Cathedra populo prælegi posset. Sed conatus hic Satanæ fuit irritus. Fratres enim mendacia illa, publico scripto refutarunt: & Leszka toties, in populi Christiani conspectu, adjurari, ac pro veritate mendacia proloqui exhorrescens, renuit obsequi; sequé ad ea falso proferenda inductum esse, nec quenquam Picardorum unquam vidisse, confessus est. Tandem, singulari Dei bonitate, id mendacii, quibusdam in bonum cessit: qui nimirum, tam nefandarum blasphemiarum atque scelerum, quorum insimulabantur Fratres, facturi periculum, eorum cœtus clàm frequentare induxerant in animum: aliudqué longè deprehendentes, illis ut veris Christianis sese adjungebant. Atqué hoc in causa fuit, quod in Comitiis Cuttenbergensibus decretum A. 1485. fuerit: Licere cuilibet ex Ordinibus suam fidem & usurpationem Sacramentorum sequi, secundum conscientiæ cujuslibet judicium.

In lib Boh. dicto Veritas Triumph. fol. 86. b.

Sub idem ferè tempus, renovatus fuit adversus Fratres in Moravia, plebis furor. Rex enim Hungariæ Matthias, subjectâ sibi Moraviâ, Lusatiâ & Silesiâ, verebatur, ne quando bella Ziscana recrudescerent. Cum igitur ad aures ejus perferretur, Fratrum in dies crescere numerum, ejecit eos ex Moravia. Itaqué quaquaversum dilapsi: pars assumpto secum Ministro, Nicolao, per Hungariam & Transylvaniam, in Moldaviam usque penetrarunt, aliquot centeni numero A. 1481. Quo, post biennium Fratres ex Bohemia miserunt Eliam Chizenovium cum literis, ad patienter ferendum exilium, incitantibus. Ubi à Stephano, Principe Regionis illius, homine barbaro ac bellicoso, comiter acceptus est, animo ipsius, à præpotente Deo ad hospitalitatem inflexo. Cæterum, cum ne illo quidem tempore, ob eundem Prin-

Camer. p. 117. 118.

ci-

cipem rapinis in hiantem, tuto ibi viveretur; nec flagitiosa ipsis indignarum vita, magna barbaries, & religio Græca variis inquinata superstitionibus, placeret; non diutius sex annis (quidam pauciores ponunt) cum Moldavis illis, Poloniæ vicinioribus, vulgò Valachis dictis, vixerunt Fratres.

Tunc Rex Matthias, mutatâ suâ, nutu divino sententiâ, potestatem remigrandi in Moraviam eâ conditione illis faciebat: ut si eos iterum proscripturus esset, haberent ad fortunas suas divendendas, unius anni spacium. Non perfecit voluntas humana, quod noluit divina. Matthia enim, 6. April. A. 1490. Viennæ (quam etiam, cum omni Austria, Hungaris sumptos bellicos subministrantibus, occupârat) apóplexiâ mortuo, nihil istiusmodi Fratres experti sunt. Restitutâ vero Regi Bohemiæ Moraviâ, illi quoque restituti. Buchol. Chronol.

Floruit hac tempestate Bohuslaus, Baro Hassensteinius, à Lobcovitz, Poëta, Orator, in utraque lingua, Græcâ & Latinâ, clarissimum totius Bohemiæ ornamentum multis animi dotibus illustratus, quas tamen odium purioris Religionis obscurabat, & tenebræ errorum Pontificiorum obfuscabant. Is, scriptâ A. 1497. ad Regem Uladislaum, cui à secretis consiliis fuit, epistola animum illius eò impellebat, ut omnes sectas à Romana dissidentes, funditùs eradicaret. Scripsit etiam hæc de Fratribus, lib. 4. Epist. quæ Pragæ editæ sunt in lucem: Maximè, inquit, illud me angit, quod perfidia hæc, quæ sub Rege Georgio, & Joh. Rokitsano, quanquam hæreseos accusatis, ne hiscere quidem audebat, hoc tempore sub Rege Catholico, & radices egit & ramos suos adeò latè protendit, ut vix humanis viribus extirpari, atque evelli possit. Hactenus Hassensteinius: qui 29. Nov. A. 1510. obiit. Buchol. Ind. Chron. p. 461

Ita mirabili Dei consilio factum est: ut, quo majori nisu, & Pontificii & Calixtini, suffocatum irent hanc scintillam, eò in majorem illa flammam erumperet.

Anno. 1501. Uladislaus Rex, alioquin mitissimus, primum

mum se adversus Fratres concitare passus, publicum, Picardos à publicis muniis removendi, communitatibus pellendi, ad carceres rapiendi, & nisi errores revocaverint, mortibus afficiendi, mandatum dedit; sed invitissimus ad importunas Reginæ ac Episcoporum instantias. Ut enim è cubiculariis Regiis, viris fide dignissimis, cognitum fuit, vicina partui Regina, Episcoporum Hungariæ suasu, cum iisdem Episcopis (inter quos Varadinensis, juratissimus veritatis hostis fuit natione Moravus, Prostanna oriundus, quondam Monachus Johannes Bossak) ad Regem ingressa, eam sibi gratiam dari petiit, ut Rex, tot petitionibus locum dare, & in Picardos mandata vulgare, velit. Tum ille contristatus, capite nutavit, nihilqué respondit. Episcopi mox in Regis præsentia, mandati copiam scribere cæperunt, Rege cubiculum ingrediente, in genua procidente, & cum lachrymis sanguinolentorum consiliorum culpam, quin & successum à Deo deprecante.

Exaudivit hanc vocem Deus, authoresqué conspirationis horrendis modis punivit. Prima horum Regina fuit, quæ jam spe præoccupato spectaculo Picardos exurendi, decollandi, aquis suffocandi, &c. quam primum puerperio defuncta Pragam venisset, animum oblectabat. Sed eheu judicia divina! diebus aliquot summis doloribus ad partum laborans, cum emitti non posset, exspiravit. Medicorum autem consilio ad fœtum exscindendum, mox adhibiti Chirurgi, filium vivum quidem sed luci videndæ immaturum, Ludovicum, qui post in Regno Patri successit, exemerunt. Cal. Julii A. 1506. Alii fidelium persequutores, quam tragicos exitus habuerint, paulò inferius dicetur.

A. 1503. Importunis iterum Episcoporum flagitationibus, & in Fratres coacervatis calumniis impulsus Rex, permisit Picardos (ut vocabant) Magistratibus deturbari, captivari & pro libitu affligi. Scripserunt igitur novam ad Regem apologiam fidei suæ reddentes rationem, & blasphemicas in edicto Picardis attributas, à se propellentes. Nequé hoc irrito

conatu

conatu factum; quippe Rex illorum motus justissimis preci-atqué excusationibus, edictum prius, sequenti mitigavit. Antequam id tamen fuisset impetratum & publicatum, non effugerunt quidam exilia, carceres, mortes. Unum hic memoria repetatur exemplum. Baro de Szuambergo comprehensos sex Fratrum Auditores, è pago Augezd propè Tustam, in oppido suo Bor comburendos dedit: eorum nomina erant: Matthias Procop, Sutor, Joh. Szimonovitz Textor, Bartholomæus Jcranovitz Vietor, Joh. Herbek Figulus, Joh. & Nicolaus Madribkæ, fratres germani agricolæ. Alligatis lignorum struibus, rogabat Szuambergius, qua in fide adeo obstinatè morerentur? In ea, respondent, quæ est in solum Christum, unicum mundi à Deo factum piaculum, unam spem & salutem omnium in ipsum credentium. Ad supplicium ducti procedebant alacriter. Præfectus autem, cum Nicolao, cui præ cæteris affectus erat, vitæ spem offerret, modo deliberandi spacium, vel integrum annum posceret, nihil profecit; Nicolaus enim quasi deliberaturus constitit, & mox: Malo, inquit, cum cæteris charis fratribus ob veritatem mori, quàm eos solus tantò post intervallo sequi; simulqué cum illis ad rogum perrexit.

Joh. Blahoslaus in Hist. M.S.

A. 1510. celebrata sunt Cuttenbergę Comitia, in quibus Episcopo Varadinensi Regis Legato, rem disponente, unanimiter quasi, ab Ordinibus utriusqué partis (sub una, & sub utraqué) conclusum: ut literæ Majestatis, adversus Picardos, primum quidem tabulis Regni in æternam memoriam inferrentur, deindè conjunctis omnium viribus, dictò citiùs executioni darentur. Timore perculsi pii, preces cum jejuniis per omnes Ecclesias miscebant, Pastoribus interea clàm asservatis. Tripudiantes tùm videre erat plurimos, quorum animi sanguinem pariter & bona innocentium sitiebant.

Sed brevi hæc evanuerunt tripudia, intra paucos dies præcipuis conspirationis authoribus, justo Dei judicio mirabiliter è medio sublatis. Et primò quidem Regni Can-

cellarius, Baro de Kolovrat, cum à Comitiis ad Nobilem quendam divertisset, & summa cum voluptate, communem omnium contra Picardos, consensum, exposuisset: Nobilisqué ille, è Famulo suo Simone, Fratrum disciplinæ addicto, quid hæc placerent, quæreret: respondit ille: Nondum consensisse omnes. Cancellarius, quasi alicujus novæ conjurationis conscium adoritur, edissereret, quinam ille, aut illi sint qui se omnibus Regni Ordinibus opponere auderent; Regni proditores esse, scelestos, & eidem pœnæ involvendos, quicunqué tandem illi sint. Famulus, manu sublata, In cœlo est, inquit, qui si vestris non interfuit consiliis, frustra consultâstis. Regerit illeri Experiens tu nebulo, æquè ut cæteri: simulqué surgit furoris plenus, ad arcem suam Bilinensem festinans. At, eo ipso momento, carbunculus quidam, occupat pedem ejus, à quo accensus ignis sacer, cum nulla Medicorum arte exstingui posset, hominem impium exstinxit. Varadinensis Episcopus Johannes Bossak, ab iisdem his Comitiis, in Moraviam, ut ibidem mandati Regii executionem processu simili urgeret, properans, iterque faciens, miserè periit. Doctor Augustinus, Jurisperitus Olomucensis, Regi à se certis, qui insigniter mendaci & calumnioso scripto, Fratribus odium apud Regem, & omnes bonos conflare conatus, iisdem diebus, Olomucii, domi suæ, inter cœnandum subito animam exhalavit. Puta de Szuichov, obortâ ingenti circa arcem ventorum tempestate, profugit in arcis cellam, ibiqué foribus clausis latitabat. Aulicis postea pulsantibus, cum nemo aperiret, faber ferarius accersitus, cellam reclusit. Ingressi quatuor è primariis & mox regressi, loculum confici curârunt, & imposito heo, obduxerunt pice, nec innotuit satis quidnam accidisset. Baro de Nova Domo, & ipse magnæ in Regno authoritatis, eodem anno venationi indulgens, cum trahâ vectus effunderetur, venabulum quod lateri ejus adjacebat, ipsum præveniens, ita se femori impegit, ut per lumbos exiret, mortemqué gravem inferret.

Synopsis Perseq. Eccl. Bohem.

Tam

Tam mirabiliter Deus pusillum illum, & humana ope destitutum gregem, in medio tot persequutorum defendit, „ atque protexit ut in proverbium tum temporis abiret: Si „ quem piget vivere, aggrediatur Picardos, non certè an-„ num supervivet.

Non tamen omnium animos hæc perculerunt. Nam A. 1511. Andreas Polewka, Cuttenbergensis civis, ob religionem, quam vocabant Picardicam, à Sacerdotibus Calixtinis multa patitur: & cum singulari quodam zelo, ab idololatria publicè populum avocaret, in carcerem rapitur, torturæ subjicitur, deniquè ignis supplicio, ibidem Cuttenbergæ tollitur, 14. Maj. Laurentius Crasiov. Hist. M. S. Joh. Am. Com. Sinop. perseq. Eccl. Boh.

Tandem Uladislaus Rex, ætate gravis, (quippe natus Cal. Martii A. 1456.) Budæ in Hungaria, 13. Martii. A. 1516. obiit: cui successit Ludovicus filius, Cal. Junii. A. 1506. in lucem editus.

CAPUT IX.

Persequutio Calixtinorum quorundam puriorem doctrinam sequentium, ab A. 1450. *ad* A. 1517.

Erant ab A. 1450. & supra, quidam Hussitani, & Calixtini Sacerdotes, in pagis, Convaldo, Chelcicio, Vilemovio, &c. qui ob veritatis Divinæ studium, multa adversa experti sunt.

Circa A. 1476. à Romanensibus martyrio affecti sunt, cum alii plurimi, tum præcipuè, Martinus Taborensis, cum altero quodam Collega suo, qui uterquè Raudnicii, combusti. Sicut enim Ecclesiæ Fratrum sors, illis temporibus durissima fuit: ita nec ipsi Calixtini usquè quaquè immunes à cruce erant, præsertim zelo insigniores. Nam successu temporis interdixit Uladislaus cantilenarum, adversus idolomaniæ abominationes, usu: quumquè non cessarent, comprehensos quosdam etiam Primarios Cives 12. Junii. A. 1480. car- Cuthen. p. 302. Welesl. Diar. p. 320. Synop. Hist. Persequ. M. S.

carceribus diuturnis afflixit: unum & alterum quoqué torturæ subjici permisit: ut Matthæum Serling, Martinum, ab Aurea Rota. Szeinocha vero Pragensis Civis, tormentorum vehementiâ ruptus est.

Hagec. fol. 450. Cuthen. b. p. 302. Welesl. Diar. p. 442. Synop. Perseq. MS.

Eodem Anno, 21. Aug. Regis Uladislai jussu, Michael Polak dictus, ad S. Ægidii, Paleo-Pragæ Pastor, vir pietate conspicuus, & Concionator eximius, cum aliis tribus Parochis, Venceslao Slanæo, M. Joh. Miczta, & Venceslao Pisceno, quod Papam Antichristum proclamâssent, comprehensi, & in arcem Karlstein deducti sunt. Ubi Michael, fame & carceris squalore enectus: alii multâ Ordinum intercessione, ægrè tandem dimissi sunt. Quo tempore alii quoqué purioris sententiæ Pragâ pulsi: ut M. Matthias Machecus, Academiæ Professor, &c.

Hagec fol. 451. Cuthen. Welesl. Diar. p. 498. Synop. Pers. MS.

Resumpto igitur Monachi animo, in partem sub utraqué licentiosè debacchari, Hussitasqué ad inferos damnare pergunt variè: sed frustra, plebe contra murmurante. Senatores autem Pragenses, pleriqué Pontificii & Germani, Regis lenitate abusi, eò progressi fuerunt audaciæ, ut, cum aliquot, Religioni puriori adversantibus Nobilibus, initâ conspiratione, nocte 24. Sept. præcipuos Civium sub utraqué internecione delere, decreverint. Sed pariter spe & expectatione frustrati sunt: quia malum, in authorum capita recidit. Prodito enim hoc consilio, tumultus ingens factus est, in quo trium Urbium Prætoria, omniaque Monasteria direpta, Senatores & Monachi multi occisi, A. 1483. Quod, etsi Uladislaum malè habuit: facta tamen inquisitione, & causam à Pontificiis præbitam fuisse deprehenso, ignovit Pragensibus.

Cuthen. Welesl. Diar. p. 51.

Anno 1491. cum 28. Jan. in primario Hussitarum templo, ad Lætam Curiam, Eucharistia sub utraqué distribueretur, Germanus quidam à tergo accedens, fœminæ honestę è calice bibenti, caput ita ad calicem allisit, ut ore diffecto sanguis prorumperet. Ob quod facinus, comprehensus quidem, & in carcerem ductus, sed mox iterùm dimissus fuit.

CA-

CAPUT X.

Persequutio Reformatarum per Lutherum & alios in Germania Ecclesiarum, ab A. 1517. ad 1650.

Literis proditum accepimus, longè ante Lutherum in Germania, nonnullos puriorem exemplo Valdensium in Gallia, Viclevi in Anglia, Hussi in Bohemia, sequutos fuisse religionem, eamque sanguinis martyrio obsignâsse. Unus Sundis, alter Vismariæ: Mulier quædam Rostochii A. 1403. Henricus Grunfolder A. 1420. Henricus Ratgeber, alius Henricus cum Ulrico, omnes Sacerdotes Ratisbonæ. A. 1423. Joh. Draëndorff Vormatiæ; A. 1424. Petrus Tornau Spiræ, A. 1426. Matthæus Hager Berlini. Jacobus Diaconus, Magdeburgi, A. 1458. Catal. test. Ver. lib. 19. p. 1836.

Erat hoc seculo Joh. Wesselus, cognomento Gansfortius Groningensis Frisius, ob singularem eruditionem Lux mundi, vulgo dictus. Hic in disputationibus Coloniæ, Heidelbergę, & Lutetiæ Parisiorum Theologicis, magnos titulos Doctorum contemnens, solis divinis literis firmiter adhærebat: eoque nomine concitavit adversus se Prædicatorii Ordinis Fratres, hæreticæ pravitatis inquisitores: qui eo ipso tempore, adversus Joh. de Vesalia sive Vesaliensem, Theologum & insignem Concionatorem Vormatiensem, tyrannidem suam exercuerant, & Moguntiæ ipsum capitis damnaverant. Quominùs autem palam Wesselum persequuti fuerint, in causa erat David à Burgundia Ultrajectinus Episcopus, cujus tum Medicus erat. Obiit ergò placidè in Domino, Groningæ A. 1489. 4 Octob. æt. 70. Melch. Adamus in vitis philos. p. 21. & Theol. German. p. 93. Joh. Wolf. Lect. Mem. Tom. I. Cent. XV. p. 835. 874.

Verumtamen major succrevit persequutio, postquam Maximilianus I. Imperator, in postremis Comitiis, A. 1518. celebratis Augustæ Vindelicorum, certior factus de Lutheri in Religione controversiis, scripsit, mense Aug. ad Leonem X. Pontificem Romanum. Is enim Lutherum citat & pœnâ denun- Catal Test. Ver. lib. 19. pag. 1907. 1908. Als. Thes. Chronol. LVIII. p. 514

A 2

ubi se damnatum Romę cognovit, rursum à Pontifice, quem in cœtu sacro publicè Antichristum esse declaravit, provocat ad Concilium, 18. Novemb. emisso prius libro, de captivitate Babilonica. Sleid. lib. 1. p. 32.

Tandem Vormatiæ 17. April. A. 1521, à Carolo V. Imperatore, in frequentissimo Procerum Imperii consessu, inter Lutherum & Eccium, de cognoscendis & propugnandis ab eo editis libellis, instituitur colloquium. Lutherus petit sibi errores objectos ex verbo Dei demonstrari.

Sed prævaluit Pontificis authoritas, ut Lutherus à Cæsare tanquam manifestus hæreticus, 8. Maji, publico Imperii decreto proscriberetur. Nihilominus ille, jussu Friderici Electoris Saxoniæ, à quibusdam fidis Nobilibus interceptus, deducitur in locum solitarium, in castrum Varburgum (Wartbergh) non procul ab Isennaco. Quem locum posteà Pathmum & Eremum suam nominavit; indequé aliquot elapsis mensibus, Vitembergam revertitur A. 1522. Id, Carolus V. ægerrimè ferens, Ordinibus Imperii, Noribergæ, A. 1523. mense Martio, denuò severè junxit, ut edictum illud Vormatiense, communi consilio promulgatum, deinceps effectui dent. Idem mandatum, paulò post, Idibus Julii, repetiit, datis, ab Hispaniis, ad Proceres Imperii literis, quibus ipsorum in non servato Vormatiensi decreto, sivè incuriam, sive inconvenientiam graviter incusavit. Verum, cum Ferdinandus Cæsaris legatus, A. 1526. in Comitiis Spirę celebratis, animadverteret, Cæsaris voluntati, sine magnis motibus in isto turbulento rerum statu, morem geri non posse, decretum illud Vormatiense, sic attemperatum fuit: ut interea donec Nationale, vel Oecumenicum Concilium, instinctu Cæsaris haberetur, ita se gererent omnes, in sua quisque Provincia, quò facti sui probabilem rationem Deo & Cæsari reddere possent.

Quia verò querimoniæ à malevolis spargebantur passim, sub hoc autonomiæ operculo, nova horrenda dogmata, ab Euangelicis cudi, ideò aliud decretum factum est in Comi-

tiis Spirensibus, A. 1529. cujus capita, habentur apud Sleidanum, lib. 6. Quod tamen Principes quidam & Civitates Suevicæ, per oppositam, 19. April. protestationem contrariam, & interpositam appellationem ad Cæsarem meliùs informandum, ac Concilium legitimum, ad omnes deniqué Judices minimè suspectos directam, impugnarunt, eo, quod libertatem, Superiori Conventu Euangelicis promissam, impediri dicerent. Hæc Protestatio Cæsari Carolo, 12. Sept. A. 1529. fuit exhibita Placentiæ: & nomenclationi isti, quâ Euangelii vocantur Protestantes, præbuit originem. Nam, & Thuanus scribit, lib. 1. p. 18. Nomen hoc Protestantium, ad omnes posteà, qui eorum, quæ perperam in religionem invecta sunt, emendationem amplecti se professi sunt, ob idqué à Romanâ Ecclesiâ defecêre, ab ea origine dimanavit.

Buchol. Ind. Chron.

Eodem anno, mense Novemb. Protestantes Smalcaldiæ Conventum egerunt: ubi primum proposita & agitata est quæstio, de mutuo fœdere Principum Euangelicorum, & de defensione adversus suæ religionis hostes, vim ipsis illaturos.

Hujus dissidii in Ecclesia, seu negotio religionis exorti, componendi gratiâ, Carolus V. Imperator, in Italiam profectus est, cum Clemente VII. Pontifice, Bononiæ, ea de re locuturus.

Dehinc, in Comitiis, Augustæ Vindelicorum, A. 1530. celebratis, Confessionem suæ doctrinæ scripto comprehensam Protestantes Cæsari exhibuerunt: utqué ea in publico Consessu recitaretur, tandem obtinuerunt. Sed à Cæsare & Pontificiis Principibus, nullo libertatis privilegio fuit donata: quin imo Cæsar, in illis Comitiis decretum edidit, ne in iis quæ pertinent ad fidem atqué Dei cultum, quicquam immutetur. Successu tamen temporis paulatim rigor hujus decreti Augustani remisit. Cum enim Turca Germaniæ immineret, pax religioni Protestantium concessa fuit, usqué ad futurum Concilium, eaqué inita Suinfurti, promulgata A. 1532. Noribergæ in Comitiis. Duravit ea tantis-

tisper donec A.1546. Quo Lutherus, ad beatam 18. Febr. concessit quietem, bellum Protestantium Germanicum, sivè Saxonicum & Smalcaldicum, à fœdere, de quo superius, Smalcaldico dictum, exarsit.

Fœderis hujus, & belli contra Cæsarem, Duces fuerunt, Joh. Fridericus, Elector Saxoniæ, & Philippus Landtgravius Hassiæ: qui contra Cæsaris proscriptionem, Cæsari bellum denunciarunt, 11. Aug. verum armis ejus oppressi, succubuerunt, A.1547. dissipata magna peditum & Equitum in Saxonia, ad oppidum Mulbergam, & silvam Luthanam, copia: ubi Saxoniæ Dux, Joh. Fridericus captus, & ad Cæsarem adductus, deniqué in custodiam datus. 24. April. Vitemberga, Carolo victori. se dedidit: Saxoniæ Electoratus, à Johanne Friderico ablatus, 18. May, & Mauritio, Duci Saxoniæ illius agnato, Henrici Euangelici, Euangelico filio, solenniter traditus, 24. Febr. A.1548. Philippus Landtgravius Hassię, Cæsari supplex factus, Halæ Saxonum, præter opinionem in custodia detentus est: Civitates, & alii fœderis Smalcaldici socii multati, ingenti depensa vi auri & argenti, tormentisqué plurimis, hinc inde à Cæsareanis conquisitis. Hunc exitum eo anno bellum Germanicum habuit: Cujus historiam fusius complexi sunt, Thuanus, Sleidanus, &c.

Cum vero de Germaniæ jam libertate triumphare videretur Carolus V. Comitia Augustæ Vindelicorum, A.1547. celebravit, sed armata; ut terrorem incuteret Ordinibus Imperii: Præcipuum ejus postulatum fuit. 18. Octob. ut Principes omnes Concilio Tridentino (inchoato 7. Jan. A. 1546. finito 4. Decemb. A. 1563.) sese submitterent. Iisdem in Comitiis obtrusus erat Protestantibus, liber quidam de Religione, posteà INTERIM dictus, nempe Formula Interreligionis, usqué ad Concilii finem servanda: De quo plura Tom. 1. cap. x. Peperit hic liber bellum Adiaphoristicum inter Theologos, ex deliberationibus, an & quomodo recipiendus vel rejiciendus esset.

in conflictu ad Lutsam, duobus lapidibus Lipsiâ distantem in tractu Merseburgensi, 6. Nov. A. 1632. æt. 38. occubuit.

Eodem anno Fridericus Palatinus febre extinctus est, Moguntiæ 19. Nov. æt. 37. Elector autem Saxoniæ Joh. Georgius, Christiani I. filius, Christiani II. Frater, pacem cum Cæsare, A. 1635. certis conditionibns paciscitur. In eadem pace comprehenditur Georgius Wilhelmus Elector Brandenburgensis.

Ferdinandus post II. Imperator, vivere & imperare desiit, Viennę 15. Febr. A. 1637, æt. 59. cui successit filius, Ferdinandus III. Hungariæ & Bohemiæ Rex: sub quo Germanię & cęteris Provinciis, Suecorum exercitu armâ certis conditionibus, ponente tum pax, quę hactenus 30. circiter annis exulaverat, restituta; tum libertas Religionis obtenta: quæ A. 1650. passim per Imperium publicata fuêre.

CAPUT XI.

Persequutio Reformatarum, in Bohemia & Moravia Ecclesiarum, UNITATIS FRATRUM *dictarum, ab* A. 1517. ad A. 1650.

QUas adversitates perpessi sint Fratres Unitatis in Bohemia & Moravia, à prima suâ origine ad A. usqué 1517. diximus Cap. 8. ejusdem libri. Ulteriores vero ab A. 1517. persequutiones, hoc capite ad nostra usqué recensebimus tempora.

Anno 1525. circiter Cal. Febr. in Comitiis Pragensibus decretum fuit, ut templorum propriorum usus Fratribus adimeretur, nequé ulla amplius eis potestas fieret publice Conciones habendi; & ad eas populum congregandi. Huic decretoriæ legi summo jure latę prætendebatur, quod Fratrum Religio sola obstaret, Bohemorum cum Romana Ecclesia reconciliationi, adeoqué paci ac tranquillitati, quæ ex-

Camer. de Eccl. Boh. p. 123 124. Scult. Annal. Eccl. de Cur. I. p. 273.

ris ademit, fundoqué Regio adjunxit. Quare Fratres eò angustiæ redacti, inferunt ad Regem, Augustæ Vindelicorum tunc morantem, supplicem libellum: quo, suam innocentiam exponebant, simulqué rogabant ne religionis exercitio prohiberentur, nequé fortunis bonisve spoliarentur. Eadem & ad Cæsarem scripta dederunt. Verum frustra fuêre omnia: quin imò, tredecim Lutomisliæ in carceres conjecti, omnesqué jussi à quodam Gubernatore, ut vel Patriis sedibus, antè Natalem Domini exirent: vel ad alterutram in Bohemia sectam, Pontificiorum vel Calixtinorum, deficerent, & palinodiam, juxta sibi ab eo præscriptam formam, canerent. Proinde Fratres extrema quæqué potius subire ac pati, quam abnegatâ veritate cœlesti, erroneam doctrinam amplecti, maluerunt. Imminentibus jam persequutionibus, legebantur in cœtibus Seniorum doctrinę, quibus universi & singuli excitabantur, ad constanter pericula ferenda, & veritatem cognitam usqué ad finem retinendam: preces etiam pro Rege, & aliis Magistratibus fundebantur, tandem omnia Divinæ providentiæ commissa.

Interea quidam Sacerdos Pontificius, in pago, Bidsoviç propinquo, concionans, ajebat: Illa Christi ad discipulos suos dicta: *Movebunt vos Synagogis, & mentientes dicent quidvis mali adversus vos, propter me*, necesse esse hodie etiam impleri. Ea verò non de Pontificiis, qui nihil adversi Christi causâ perferrent, quin potiùs veros Christi secundum Euangelium cultores, persequerentur; nequé de Calixtinis, qui pauca olim duntaxat hoc nomine pertulissent; sed de ipsis Fratribus, qui Picardi falsò dicerentur, & tot mala ob veritatem tolerarent, oportere intelligi. Cui Sacerdoti postquàm à reliquis dicta dies apud Magistratum Ecclesiasticum esset, ut eodem in templo, in quo hæc palam asserebat, frequenti Concione mentitum se esse fateretur, nulla vis sententiam hominis mutare potuit, quin eam esse veram Ecclesiam diceret, quæ fide & charitate verâ prædita, non resistit, sed vim perfert istorum, qui sibi nomen arrogant Ecclesiæ.

Joh. XVI. v. 2. Matth. V. vers. 1.

B b Post-

viris hospitaliter excepti fuerunt. Cæteri rectà in Prussiam contenderant.

Vix autem Fratres Bohemi exules in oppidis Maj. Pol. consederant, cum ad singulos illorum Magistratus, mandatum novi Regis Sigismundi II. Augusti, per Benedicti Isbinscii Episcopi Posnaniensis instantiam, 4. Aug. A. 1548. Scriptum, Cracoviâ adfertur: ut Picardi qui se Fratres vocarent, sedibus patriis pulsi, sine mora Regno Poloniæ excederent. Quapropter Fratres oppidis illis cesserunt 24. Aug. decimâ ab Adventu in Poloniam Hebdomade: quorum ex illa abitus triste præbuit bonis quibusqué spectaculum.

Præmissos ergò iterum alios, ad Albertum Ducem Prussiæ ex Sigismundi I. Reg. Pol. sorore Sophiâ Casimiri filia, progenitum, legatos sequuntur, Torniumqué primam Borussiæ Regalis urbem, perveniunt: ibiqué aliquot menses morati purioris doctrinæ semina jecerunt. Verùm & hac urbe superstitioni Pontificiæ tunc deditâ, jussu Regis exclusi, relicto novellæ Ecclesiæ Concionatore, in Prussiam Ducalem perrexerunt.

Sub ipsum, Torunio mense Decembri exitum, compellat Georgium Israelem, Sacerdos Pontificius, Samuelis Macrejovii Episcopi Cracoviensis Cancellarius, de ordinaria Sacerdotum in Ecclesia successione, quæ à Christo ad Apostolos, indequé ad Pontificem Romanum ac Clerum ejus derivata, usqué ad finem mundi esset duratura. Quoniam verò citra Pontificis voluntatem Georgium Ecclesiastæ titulo gaudere noverat, ideo Dei ipsius institutum ab eo violari asserebat. Sed ei Georgius potiorem veræ doctrinæ successionem, & ordinationem in Ministerium Verbi ab Apostolo præscriptam, solidè & graviter opposuit.

1. Tim. III. vers. 1 IV. vers. 14. V. vers. 22. 2. Tim. I v. 6. Tit. I. v. 5. 7.

Fratribus autem in Prussiam commigrantibus non deerant hinc inde hostes, qui ipsos varie calumniabantur, & Duci Prussiæ suspectos atqué exosos reddere conabantur. Sed examinatis diligenter in fide Ministris & Legatis eorum

rum, Regiomonti 27.& 28.Decemb.compertum est immeritò patria ejectos esse, ipsorumque fidei Confessionem, ab Augustana, reipsa nihil differre. Proinde concesso Ministrorum Boh. & rituum eis consuetorum usu solemniter 13. Jan. quę Dominica fuit A. 1549. Quidzini in templum introducuntur,& diploma Alberti Ducis Prusiæ de receptione eorum ad jura Prutenica municipalia eandemque Confessionis Augustanę communionem 19.Martij publicatum obtinent. In quo tamen inserta fuerant, authore potissimùm Friderico Staphylo Vestphalo, qui posteà ad Pontificios defecit, quędam libertati huic, & promisso Principis contraria; quę tandem falsi Lutherani, maledictis gaudentes, pacis Ecclesiæ & Fratrum adversarii, allegare solebant. Nihilominus sub Alberti Ducis Patrocinio, Fratres deinceps semper plenâ libertate & pace, in Borussia Religionem suam coluerunt, secundum veram diplomatis sententiam.

A.1561. quo Joh. Laurentius, à Senioribus in Prussiam è Bohemia missus, Torunium 5. Jan. venerat, Concionatores Torunenses,ac maximè Benedictus Morgenstern, Fratribus ob religionis in cœtu peculiari exercitium, molesti fuerunt. Causas ejus rei non leves produxit Laurentius. Tandem Fratres usi opera aliquot Magnificorum & Nobilium Patronorum suorum,mense Septembri A.1563. cum illis profecti Torunium,præsentibus præcipuis civibus,quibusdam etiam Pontificię Religionis sectatoribus, viris pręclaris ac Regni Senatoribus,primum conquesti sunt de injuria sibi à Concionatoribus Torunensibus, pręsertim Morgensterno illata: deinde doctrinam suam,quàm profitentur, tam claris argumentis defenderunt,ut omnium sanę mentis Auditorum judicio & testimonio,puritas doctrinæ atque in omnibus innocentia apparuerit. His transactis,pacis studio, Fratres in eo consessu solenniter Auditores suos,quos Torunii habebant, Pastoribus ejus loci commendârunt. Aliquantò post, prudens Senatus Torunensis turbulentum & rixas seminantem Morgensternum, Civitate suâ excedere jussit.

Mor-

Mortuo Alberto Duce Prussię 20. Martii. A. 1568. ęt. 78. eodem die uxore ejus alterâ, Annâ Mariâ, fatis concedente; privabantur Fratres per novi Ducis Theologos, facultate utendi Ministris Bohemicis, atque suis Ceremoniis, & cuidam Corpori doctrinæ subscribere jubebantur. Quare post A. 1574. è Borussiâ alii in Patriam, alii in Maj. Pol. reversi sunt, paucissimi in Prussia manserunt. Buchol. Ind. Chron. Wegell. Diar. Boh.

Sic hactenus inter Ferdinandi Regis contra Fratres Acta, fuit primò templorum occlusio, deinde in exilium missio.

Secutum est tertiò, edictum ejusdem de Ministris Fratrum captivandis: Quapropter dispersi sunt, pars in Moraviam, quæ illi tempestati non involvebatur, pars, ne prorsùs Auditores suos desererent, latebras quæsivêre: è quibus prodeuntes noctu plerumque fideles visitabant, & sacra in ædibus privatis, ubi opus fuit, tractabant: quod per annos aliquot duravit. Aliqui eorum dolo & vi conquisiti, in hostiles venêre manus. Inter captos & carceri Arcis Pragensis traditos, fuit Paulus Bossacus, Diaconus Fratrum, ardentissimis votis modum liberationis à Deo flagitans, obtinuit: Vidit quendam in somnio formâ venerabilem, ferrum è muro eminens sibi demonstrantem, quo fenestra amplior ad fugam reddi possit. Experrectus nutum sequutus est, lassus verò obdormivit, sed denuò per quietem monitus, celeri fugâ, tortoribus jam jam venientibus, se subduceret, delapsus est turri in fossam, & fores horti Regii atque arcis patentes ut sibi prædictum erat, transivit, in tabernâ Mercatoris in foro latitans, requievit. Rursus compellatus: quid tu hîc rerum? an nescis perquiri vinctos carcere & lapsos? evigilans, meliùs sibi consuluit, posteà in Prussiam concessit, ubi A. 1551. fato functus, Quidzini honorificè sepultus est. Capti quoque fuerunt Joh. Augusta Senior, cum Jacobo Bilek Diacono Comiteque suo, Georgius Israel, Pastor Ecclesiæ Turnoviensis, postea Senior Fratrum in Maj. Pol. & Joh. Rokita.

Ac de Georgio Israele primum referre libet, eò quod vis

Joh. Laurent. in Hist. M. S. 1570. de Capt. Prag. & laboribus in Polonia. Georg. Israelis.

primò carcere liberatus fuerit. Potuit quidem carcerem & vincula evitare, si voluisset: Nam à Joh. Popielio, Burgravio Regni obligatione M. aureorum interpositâ in arcem Pragensem venire jussus, dum id Auditores ejus dissuaderent, seque potiùs dictam auri summam libenter Præsidi numeraturos dicerent, his ille gratias agens respondit: Sufficere sibi, quod sit semel ac perfectè sanguine Christi redemptus, nec se indigere ut auro humano secundò redimatur: servarent sibi pro futuro exilio viaticum necessarium, & orarent ut patienter, pro nomine Christi omnes afflictiones ferret. Proinde voluntati Divinæ se permittens, tempore definito Pragæ apud Magistratum comparuit, suamque confessus Religionem, jussus est 30. Maj. A. 1548. ire in carcerem: ex quo Augusta, cum Jacobo Bilek, in alium deducti non ita pridem transierant. Dum autem Georgius per aliquot septimanas captivitatem sustinet, rationemque animadvertit, quâ carcere liberari possit, scribit ad Matthiam Sionium, Seniorem Fratrum, & consilium de fuga è carcere petit. Accepto responso & consensu, divinâ ope, mediâ die, per medios vigiles, habitu scribæ, habens pennam ad aurem, papyrum & atramentarium ad manum, 23. Julii exivit, relictis Præfecto arcis in carcere literis, unâ cum confessione fidei Fratrum, editâ A. 1535. moxque alios qui præcesserant, in Prussiam à Senioribus missus, sequutus est.

Johannes Augusta, Ecclesiæ Litomisliensis Pastor, carcerem XVI. annorum perpessus est, modico pane & aqua sustentatus, sæpius flagris cæsus, adeoque constanti in tortura animo fuit, & ardentibus precibus, ut ipsum Carnificem converterit. Canisius Jesuita, multùm laborabat, ut eum Romanæ Ecclesiæ redderet, sed in vanum. Tandem antea dimisso Diacono, ipse etiam Magnatum intercessione, à Maximiliano II. A. 1564. quo Ferdinandus obiit, è carcere liberatus, protraxit vitam usque ad A. 1572. 13. Jan.

Johannes Rokita carceris quoque socius erat: sed is precibus condiscipulorum, quod insigni eruditione polleret, interve-

terveniéntibus, nihil mali passus, ultimò etiam dimissus, postea Cosminecensi Ecclesiæ in Maj. Pol. præfectus est.

Hinc non immerito Augustinus Marloratus: *Plurimi*, inquit, *diversis temporibus & locis, levi suspicione notati, quasi parum dextrè de Rom. Pontificis authoritate sentirent, vel perpetuis carceribus mancipati, vel publico sunt interempti supplicio. Simile & adversus Fratres Valdenses in Bohemiæ Regno, pios & sanctos homines, usquè ad hac nostra tempora degentes, tentatum est per Pontificios.* Hæc ille, qui ab iisdem Rotomagi strangulatus, in furca vitam finiit. In N.T. expositione Eccl. super Apoc. 11. vers. 7.

Sed regnante Maximiliano II. templa Fratrum, quę tam diu jussu Ferdinandi I. Patris ejus, clausa fuerant, aperta sunt, cultus divini causa, circa A. 1565. Vix autem Fratres impetrarunt usum religionis, cum novæ machinationes A. 1565. contra eos cudebantur. Author præcipuus erat Joachimus Baro à Neuhaus, Regni Boh. Cancellarius, qui jam diplomata de Fratribus, omni infestationum genere persequendis conscripserat. Sed quid fit? Dum ea ad subscribendum Imperatori Viennam defert, ponte Danubii rupto, una cum rheda, in aquas incidit, & miserè periit. Lasic. lib. 7.

Rudolphus etiam II. Imp. Maximiliani filius, ad A. 1602. pacatè regnavit, nullâ, religionis nomine, persequutione motâ. Hoc demum anno, clandestinis Adversariorum machinationibus, eò res deducta fuit: ut conscripto ab illis edicto, de reassumendo in Picardos Uladislai mandato subscriberet, publicariquè juberet. Cæsar tùm seu curis fractus seu mœrore animi, ob matrimonium Alberti fratris conficiebatur, adeoquè jus Imperii penes unum Rumpium erat. Is, sivè id à Cæsare extorserit, seu volente fecerit, nomine Cæsaris, exercitium sacrorum, Nobilibus quibusdam ademerat, Jesuitarumquè instinctu decreto publicato, Fratrum templa clauserat. Quâ ipsâ die, nuntio accepto de Alba, urbe Hungariæ captâ, dixisse fertur Cæsar: Expectabam talia, postquam hodie Dei regimen, quod est conscientiarum, usurpare cœperim. Mox Deo Opt. Max. mala consilia, in caput Consi- Ever. Reidanus an. Hol. lib. 17. Comen. Synop. Persecq. MS.

Consiliarii vertente, Cæsar iratus Rumpio, aulâ, eum ejecit, jusque sacrorum ademptum restituit. Fratrum enim Patroni, Proceres, protestati ad se nihil pertinere decretum contra Picardos latum, cum tales non sint, quales ibi Picarditę describebantur, facilè obtinuerunt, ut edictum suum Rex emolliret. Quin etiam ipse Rudolphus Imperator, non aliud sibi fuisse propositum, quàm pientissimi Parentis promissa præstare, conscientiarumquè stabilire libertatem, declaravit satis postea A. 1609. constitutione publicâ, (quam Majestatis literas nominant) concesso Ordinibus Regni, sub utraquè sive Euangelicis, Consistorio inferiore, Academiâ, prout etiam antiquitùs ad illos pertinuit, liberoquè religionis exercitio, & templorum, Scholarumquè, quas possiderent, possessione, vel exstructione, ubi opus fuerit, permissâ.

Verùm Rudolpho II. Imp. A. 1612. 10. Jan. Pragæ defuncto, & Matthiâ Imperatore fratre ejus, succedente, adversarii resumunt animos, & literas Majestatis violare aggrediuntur: designatoquè Matthiæ adhuc superstitis successore, & Coronato Ferdinando II. Rege Bohemorum, A. 1617. exstructa duo templa, unum in Archiepiscopi, alterum in Abbatis Pragensis fundo, Euangelicis adimunt. Hac de causâ Proceres Euangelici Pragæ conveniunt: magno agmine armati arcem conscendunt, & turbatores præcipuos, Smecranium & Slavatam, unâ cum Secretario Philippo, è fenestris Arcis præcipitant, die 23. Maij. A. 1618. Quod, bello hactenus Bohemiam & Germaniam depascenti, occasio erat.

Paulus Piasecius Chron. p. 374. Joh. Innoc. Petricius Hist. Pol. 1620. & 1621.

Moritur interea Matthias Cæsar: cui Electores designant successorem Ferdinandum II. 28. Aug., coronatum 8. Sept. A. 1619. Francofurti ad Mœnum. Bohemi autem cum delegatis fœderatorum, eundem Ferdinandum, quem ante triennium sibi præter jus obtrusum dicebant, aditu ad Regnum excludunt, novumquè sibi eligunt, & paulò post coronant Regem, Fridericum V. Electorem Palatinum, qui venit Pragam 31. Octob. A. 1619. coronatus ibid. 4. Nov.

Sed

Sed Duce Maximiliano Bavaro, Praga Regni Metropolis, A. 1620. 8 Novemb oppugnatur, & elapso fugâ manè Friderico Rege, 9. Novemb deditione accipitur, ut & tota Bohemia, Moravia, cum incorporatis Provinciis. Atquéhic demum, non modo Electoratus Friderico Palatino, jam exuli, cum tota ditione ademptus, traditusqué Maximiliano Bavariæ Duci, sed etiam lamentabilis, Ecclesiæ Euangelicorum, ut in Palatinatu, ita in Bohemia, Moravia & incorporatis Provinciis, cœpit esse facies.

Sub initium A. 1621. Pastores Pragenses, ad Apostasiam sollicitantur: fit adversùs eos edictum publicum, quo proscripti sunt toto Regno, & annexis Provinciis in perpetuum. Quidam illorum, in diversis locis, rabie militari occubuerunt è Ministris Fratrum: A. 1620. 5. Febr. Venceslaus Voticius, 6. Febr. Paulus Capito, A. 1621. Adamus Pisecius, Joh. Beranek, Gallus Czelech, Elias Severinus.

Ex Defensorum & Directorum ordine XXVII. horrendo supplicio afficiuntur. 21. Junii A. 1621. Tandem mense Augusto A. 1624. vulgatur Cæsaris diploma, quo omnes & singuli Euangelici Ministri toto Regno in perpetuùm proscribuntur. Quin imò eo deventum est, ut omnes Euangelicam Religionem professi, cujuscunqué essent status & ordinis, quibus potiori ex parte Regnum constabat, simul & semel solum vertere juberentur. Inde A. 1627. 13. Julii, Cæsaris solenne mandatum prodiit: ut omnes, quicunqué nollent Romano-Catholicam fidem amplecti, intra semestre Regno Bohemiæ excederent. Sed termino decurrenti, semestre adhuc adjectum, iterumqué novum decretum, 6. Decemb. ejusdem Anni promulgatum fuit.

Com. de Perseq. Boh. MS. Paulus Piasecius Chron. p. 416.

Quapropter, hæreditariis suis relictis sedibus, possessionibusqué cunctis egressi sunt, qui cœlestia terrenis præferebant: plurimi utriusqué sexus, diplomate Cæsaris severiore insequente, 18. Aug. A. 1628. hinc inde, in Misniam, Lusatiam, Silesiam, Marchiam Brandeburgicam, in Belgium etiam confœderatum dilapsi; nonnulli in Poloniam, Litua-

 niam,

niam, Prussiam, Russiam, alii in Transylvaniam & Hungariam, exilii angustias facilius toleraturi, commigrarunt. Atque ita Unitas Fratrum tertium exilium, pro veritate Religionis subiit.

Nec verò ab ipso tantum Magistratu supremo, ob religionem, captivitates, exilia, afflictiones varias perpessi sunt hactenus Fratres Bohemici: carpserunt eosdem & scriptis lacerârunt acerbioribus, varii Adversarii, tam Pontificii, quàm rixosi quidam, zelo intempestivo, Euangelicorum Theologi. Duravitque & scribendi ardor, & affligendi violentia, ad hanc usque ætatem. Inter Pontificios quos recenset Camerarius, non postremus fuit Fratrum inimicus Venceslaus Sturm, Soc. Jesu, natione Bohemus: qui A. 1581. dogmata & cantiones ipsorum malitiosè exagitavit. Cui Apologiam seu defensionem modestam unam A. 1588. & interpolanti cuidam ac renovanti A. 1613. scriptum illud Sturmianum, alteram A. 1614. dictam Veritatem Triumphantem opposuerunt Fratres.

Camer. de Frat. Boh. p. 97. 98.

Ex Euangelicis, nempe Helveticam Confessionem sequentibus, ordinem & disciplinam Ecclesiasticam Fratrum virulento ac inconvenienti scripto, A. 1580. perstrinxit, Paulus Kirmezes Slavus, Pastor & Decanus Hunnobrodensis: quem Fratres, scriptis ad eum duabus Epistolis, missum fecerunt. Is tandem à suis Auditoribus dimissus, succedente ei in officio Paulo Pressio SS. Theol. Doctore, venit ad Fratres deprecatum culpam, ac inter eos, privatam agens vitam, ad obitum usque suum benignè sustentatus fuit.

In Apol. Frat. Boh. contra Sam. Martinium p. 99. 100.

E Lutheranis autem 1. Matthias Flaccus Illyricus produxit è tenebris in lucem A. 1568. Confessionem fidei Taboritarum, ab A. 1444. scriptam: in cujus præfatione valdè se iniquum Judicem Fratribus præbuit, cum quibus tamen antehac coluisse amicitiam videbatur. 2. Benedictus Morgenstern, qui in suo libello Francofurti ad Mœnum publicato, sub specioso titulo tractatus de Ecclesia Christi, potissimum contra Fratres insurgit, ut & contra sanctum Polonica-

nicarum Ecclesiarum Consensum, maledicta evomit. Obiit Regiomonti Borussorum, A. 1599. Adversus Flacium, Illiricum Morgensternum, & Kirmezerum, exstat Defensio Fratrum in Hist. Joh. Lasicii, de Fratribus Boh. M.S. 3. Johannes Hedericus, Ecclesiæ, Iglaviensis Pastor, natione Germanus: qui A. 1580. examen Doctrinæ Fratrum, Francofurti ad Oderam, evulgavit. Contra hoc scriptum Fratres ediderunt A. 1581. moderatam Responsionem: quâ innocentiam suam ostenderunt. Porrò Joh. Hedericus, S.S. Theol. Doctor, emisit in lucem Notationes Confessionis Valdensicæ, in capitibus ab Augustana discrepantibus, Responsioni Fratrum Boh. oppositas, Francofurti ad Viadrum, A. 1602. Contra quas exstat Epistola Parenetica, manuscripta Simeonis Theophili Turnovii Senioris, ad Joh. Hedericum de innocentia Fratrum Boh. Confessionis, A. 1603. 4. M. Samuel Martinius Drazovinus, Boh. Consistorii Euangelici in Regno Bohemiæ quondam Assessor, Ecclesiæ Bohemo Pirnensis in exilio, in Misnia Pastor, qui studio pertrahendi Fratres in suas partes minus ordinato, adversus eos publicavit scriptum, linguâ Bohemicâ A. 1635. Deinde 1636. deniqué A. 1638. Plura quæ minabatur interrupit mors ejus, A. 1639. Unâ alteraqué scriptorum ejus refutatione similiter typis editâ, Fratres adjunxerunt Tractatum Bohemicum, de via pacis Ecclesiasticæ, in Scripturis exhibitâ. Tot calamitatum procellis Fratres Bohemi, tam in patrio solo, quàm in exilio, agitati fuerunt.

CAPUT XII.

Persequutio Calixtinorum puriorem doctrinam ab A. 1517. continuantium ad A. 1650.

ANno 1524. festo Paschæ, Cutenbergæ, Matthias Malinius pellio, quod non adorâsset panem Eucharisticum, in carcerem rapitur, ac vix salvâ vita evadit. Hist. Prag. lib. 1. cap. 11.

 Ani-

Animadverso autem, quorsum res in Germania & in Bohemia spectaret, misit Papa ad Ludovicum Regem in Hungariam Legatum, qui datis inde Pragam ad varios literis, etiam ad Consistorium, & M. Gallum Czaheram seu Tsaheram, ejus Administratorem, sub utraqué, hominem Luthero familiarem, blandissimè unionem Ecclesiæ insinuabat. Factus interea Consul erat Pragæ M. Joh. Paszek fraudulentus homo, superstitiosus & crudelis. Cujus factio cum potenter dominaretur, Czahera illi parti accedens, ad Legatum, Consistorii nomine rescribit, & obedientiam sedi Romanæ promittit, A. 1525. tempore Quadragesimæ. Interrogatus, quomodo approbata nuper dogmata, severitate tanta persequi auderet? respondit, se Luthero, non alio animo adfuisse, quàm ut ejus Picardorumqué perspecto ingenio, faciliorem ad eosdem oppugnandos aditum haberet. Ut igitur Regi & Papæ placeret cum Czahera Paszek, novis articulis, qui erant prioribus contrarii, subscribere cogebant Pastores & cives omnes: recusantes, urbe proscribebant: Primum Pastores sex, Venceslaum Pocratek, ad S. Galli ædem, Georgium Smakal, ad S. Henrici, Martinum de Betlehem, Paulum de S. Michaele, Martinum de Opatovitz & Joh. Mirustum: deinde cives præcipui nominis LXV.

Hist. Prag. lib. 2. cap. 29. Proinde Matthias ille Malinius, pellio A. 1525. in Martio, Czaheram longo scripto admonet: ut veritatis asserendæ causam suscipiat. Verum ob id in carcerem raptus, & ad mortem usqué Ludovici Regis Hung. & Boh. de quo superius Capite XI. ibidem detentus fuit.

Abrah. Scult. Annal. Dec. 1 p. 88. ex Arch. Boh. A. 1526. 18. Decemb. Nicolaus Tornarius (Wiretenarz) senex literatus, accusatus à Czahera apud Senatum, Picardismi, citatus fuit. Ubi post ventilationem quæstionum aliquot, de Missa, Sanctorum intercessionibus, tanquam hæreticum igni addicunt, unâ cum hospita sua Clara, vidua LX. annorum, quod ab hoc inquilino fidem edocta eandem demittere nollet. Paulo post combusta etiam fuit Martha

de

de Porzicz ob constantem veritatis divinæ professionem.

A. 1528. Germani duo artifices, alter Zonarius, alter bracteator, Lutheranismi nomine à Monachis accusati, à Pragensibus ad ignem condemnati fuere. In processu ad supplicium multa piè disserebant è scripturis, ut nonnullis lacrymas moverent. Rogo impositi mutuò sese animabant, cumqué succenderetur pyra, inter pias preces, placidè tandem exspiraverunt. 28. Augusti. Hist. Prag. lib. IV. cap. 21. Welesl. Diar. Hist.

Sic A. 1531 Cutenbergæ Joh. Aurifaber, religionis causâ misere vexatur, duriora experturus, nisi mors prævenisset.

Sed qui crudelitatis hactenus in pios exercitæ fuerant authores, miserabiles ferè omnes habuerunt exitus. Ne alios commemorem, Administrator ipse Gallus Czahera, quum sub inquisitionis in Reformatos specie, politicas quoqué excitaret turbas, Ferdinandi Regis mandato, A. 1529. pridie Laurentii, proscriptus, & mox ea ipsa die, ante solis occasum, Pragâ, intra sex dies, Regni Bohemiæ finibus, intra 14. dies omnibus Ferdinandi Regis Provinciis exire jussus est. Quin etiam ab Electore, technarum ipsius probé gnaro, iterum proscriptus, in Franconia miserè vitam finivit, 12. Apr. A. 1545. Quod similiter M. Joh. Paszek Consuli. A. 1533. frustra ad Regis genua provoluto, & gratiam petenti, evenit. Nam & huic Civitate interdictum est. Abrah. Scult. Annal. Dec. 2. p. 392. 393. Stranski Reip. Boh cap. 6. p. 293.

Post annum 1548. Ferdinandus I. deprehenso, Fratres Unitatis nullius conspirationis fuisse authores, sed Ordines Bohemiæ pro antiquo cum Saxone fœdere, novoqué in Protestantes Euangelicos affectu arma sumere adversus ipsum detrectasse, animum applicuit ad puriores quoqué Calixtinos, sive Lutheranos, in Bohemia persequendos. Convocatis igitur Comitiis, A. 1549. Compactata stabilivit, decretumqué de non tolerandis ullis aliis sectis, Fratribus nempe & Lutheranis (i.e. Calixtinis purioribus) promulgavit. Cujus effectus is fuit, quod Calixtinis quemadmodum &

Pon-

Pontificiis, multa daretur facultas, ad Euangelicos majori cum licentia, odiis, calumniis & injuriis exercendos. Anno tandem 1555. Regis jussu, è Civitatibus & Oppidis, alii post alios moti, & Regno proscripti fuerunt Ministri, in Germania ordinati, & uxorati, numero, ut quidam consignatum reliquerunt, propè 200.

Hos per Misniam & Palatinatum dispersos Philippus Melanchton, & alii quidam, literis datis consolati sunt. Extant epistolæ illæ aliquot consolatoriæ, piæ & utiles, maximè iis, qui propter Confessionem veritatis, persequutionem patiuntur, excusæ Argentorati, A. 1565. In quibus unâ cum aliis, Simon Haliæus, Moravus exul, commendatur omnibus piis, à Philippo Melanchtone.

Permiserat etiam Rex de nobilitate quosdam, quocunquè prætextu, proscribi vel ad carceres rapi: Inter quos fuit Joh. Prostiborius, Baro de Schanon, non opibus, sed doctrinâ & rerum usu insignis.

Turbis postea excitatis in Bohemia, & funestâ clade obortâ, Pastores Pragenses, non modò in Unitate Fratrum, sed etiam Augustani & Helvetici, ad Apostasiam sollicitati, sub initium A. 1621. proscribuntur. Quidam ex istis, à militibus vitâ privati, sunt Paulus Mollerus, Joh. Moises, Laurentius, Curtius, Paulus Pszeniczka, &c.

Dispersi tandem & hi puriores Calixtini, tam Lutherani; quàm Helvetici, ab A. 1628. in exteris nationibus refugia nacti sunt.

CAPUT XIII.

Persequutio Ecclesiarum in Regno Poloniæ, & M. Ducatu Lithuaniæ Reformatarum, continuata ab Anno 1500. ad Annum, 1650.

Andr. Fric. Modrevius, de Rep. emendanda p. 599.

CIrca annum 1500. Adamus quidam Presbyter, Cresslai Curosvancii, Episcopi Uladislaviensis procuratione

ne exustus est, propterea, quod speciem utramque Sacramenti, Laicis exhibuisset. Obiit autem Episcopus iste, A. 1503.

Accensâ Euangelii face, in vicina Germania, per Martinum Lutherum, A. 1517. & alios, diversis in locis Andreas Critius, Episcopus tum Premislensis, post Plocensis ad Sigismundum I. Pol. Regem, A. 1525. orationem habuit, quâ ipsum vehementer hortatus est, ut hæresi, quam sic vocat, Lutheranæ, omnes vias in suo Regno, præcluderet. Misit illam typis descriptam, cum auctario carminum adversus Lutherum compositorum, ad Erasmum Roterodamum: qui collaudata Poësi & eloquentia, quid sibi de oratione ipsâ videretur, non aperuit. Abrah. Scult. Annal. Dec. 1. p. 285. Epist. Eras. lib. 18. p. 606. Bielsc. Senior. Chron. Polon. lib. 8. fol. 424. Junior. lib. 5. p. 580.

A. 1539. Catharina, Melchioris Zalassovii, Senatoris Cracoviensis uxor, ob religionem, quod de divinitate Christi in hostia panis Eucharistici, secundùm fidem Romanæ Ecclesiæ, nihil crederet, ab Episcopo Cracoviensi Petro Gamrato ad rogum damnatur: supplicium illa, tanquam epulas præstolabatur, inque medio fori Cracoviensis lætabunda ignibus exusta est. Quod verò fertur, eam repudium Christianæ doctrinæ misisse, & Judaica deliria amplexam fuisse, malevolorum est calumnia, ex purò puto odio, per audax mendacium, ad eam exosam universis reddendam profecta. Hist. M. S. Budzin.

A. 1543. Sigismundus I. Rex Pol. id edictum instigante & urgente Clero tulit Cracoviæ: *Ne qui ex Germania inveherentur in Sarmatiam libri; quibus Romanæ Ecclesiæ status convelleretur,* quin & alio tempore illud cavere voluit: ne ulli in Germaniam hæresi infectam, suæ ditionis adolescentes, literarum gratiâ, mitterentur. Cujus rei ita meminit Hosius Cardinalis, Episcopus Varmiensis: *Postularunt*, inquit, *à Sigismundo* I. *Rege nonnulli (quibus rectè dici potuit: nescitis quid petatis) ut* PURUM EUANGELIUM, *in Regno suo prædicari permitteret. Respondit is, sui non esse muneris de puritate verbi cognoscere, ad Episcoporum id offici-* Stan. Orichov. in Chimæra p. 81. 82. cap. XXIV. de Concil. Oecum. fol. 22. b.

ficium pertinere: quorum quidem hac de re judicio, se etiam ipsum libenter submitteret, eorumque jurisdictionem salvam in omnibus esse vellet. Respondit iisdem prope verbis Serenissimus filius ejus. Hactenus verba Hosii. Laudavit etiam Cromerus in illo, hanc fidei suæ constantiam.

Joh. Lasicius, de Fratr. Boh. M. S. lib. 5.

Verumtamen Sigismundus I. Pater Augusti, sub finem vitæ suæ plurimum mutatus, & lumine Spiritus Sancti illustratus, maximè delectabatur concionibus Sacerdotum, vitia & errores Pontificios reprehendentium, purique Euangelii prædicatione, ad Jesum unicum mundi Salvatorem, conscientias humanas deducentium. Quos etiam patrocinio suo fovebat, & contra persequutiones à Clero Papistico protegebat, ut Ilsam sive Jacobum Ilszensem, ad S. Stephani templum Cracoviæ, à vicario loci ordinarii Cracoviensis, Nicolao Bedlenio, A. 1531. hæreticum pronunciatum, & alios.

Andr. Fric. Modr. in Simplici Narratione p. 138.

Ipse quoque Rex Sigismundus II. Augustus adeò tum propensus in sinceriorem Euangelii doctrinam fuit, ut Calvinus fama zeli ejus laudandi excitus, Commentarium suum in Epistolam Pauli ad Hæbreos quo Missæ sacrificium expiatorium, prorsus evertitur, Anno. 1539. sub ejus nomine ediderit.

Ad hæc tam exoptata, renovati in Polonia Euangelii, initia, fremebant Sacerdotes Romani. Quorum tamen non pauci, persequutionem veriti, Cœnam Dominicam, sub utraque specie clàm tantum, sacramento obstrictis, ne id cuiquam palàm fieret, præbebant. Res enim non carebat periculo quippe Anno. 1550. Presbyter in Arce quadam Episcopali, fame eam ob causam interiisse dicebatur.

Sed horum & Euangelicorum hostes, nacti postea occasionem commodam, postulante Sigismundo II. Augusto Rege coronationem uxoris suæ Barbaræ Radziviliæ, renuerant obstinaciùs, eò nomine, quod inconsulta Rep. illa nupsisset: tamdiu verò coronationem Reginæ denegabant, donec extorsissent à Rege, contra hæreticos edictum, sine scitu

Se-

Senatorum, & Ordinis Equestris. Decreti hujus sive edicti Regii adversus Euangelicos, summa hæc est: Promittebat Rex Episcopis, sollicitè id ab eo petentibus nullos se deinceps hæresi infectos, in Senatum adsciturum, nec ullos honores in eos collaturum. Quod si qui apud ipsum delati forent, qui sub specie Christiani nominis, Catholicam tollerent doctrinam, eos se extorres facturum: Datum & publicatum id decretum fuit Cracoviæ, A.1550. Ibid.Decemb. Cujus exemplar acquisitum Nicolaus Lutomirscius, Castellanus Zavichostensis exhibuit Nobilitati in Comitiis Provinciarum, ut sibi caverent, & malis imminentibus obviam irent. Sed Rex postea æquiorem se Euangelicis præstitit. Nobilitas verò nihilominus freta libertate suâ sinceriori religioni intrepidè adhærebat, machinationesqué & interdictiones Sacerdotum non tanti faciebat.

Illo tempore Valentinus Sacerdos, Parochus Krzconoviensis ob acceptam uxorem,causam dicere jussus coram Episcopo Cracov. Samuele Maciejovio, publicè factum defendit, sub Patrocinio Nicolai Glesnicii de Pinczov. Nicolai Rej,Remigii Chelmscii: adeò ut Episcopus veritus, ne contemneretur sua sententia, maluerit supersedere tali judicio. Piasf. Chron. p.49.

Ut autem in Comitiis Regni Petricov. A.1550. Nobilitas Ordini resisteret Ecclesiastico, ejusque nimiæ potentiæ, occasionem dedit, Joh. Dziaduscius, Episcopus Przemisliensis, qui Stanislaum Orichovium, Canonicum Przemislensem, ob cœlibatum oppugnatum, diæcesi suâ exterminavit. Hic ut contra Episcopum se tueretur, rem totam Nobilitatis Nuntiis exposuit, petiitqué ut causâ ad Regem delatâ, Episcoporum jurisdictionem reprimendam curarent. Nuncii, jam antè adversus Episcoporum potentiam exacerbati, causam suscipiunt, Regem adeunt, & orant universi: ne Rex Episcopos jus Regium sibi usurpare in Polonia pateretur; soli Regi convictos rerum capitalium licere proscribere, ac illorum bona publicare præterea nemini. Neugeb. Hist. Pol.lib.8.

Sequente anno 1551. Orichovius ille uxorem è nobili familia duxit, ac eo nomine apud Samuelem Maciejovium

Episcopum Cracoviensem, defendit se liberrimâ oratione. Verum enim verò is postea supplex Papæ factus, damnavit eam, quam à Luthero & Melanchtone perceperat Vitebergæ de religione sententiam, & reconciliatus Episcopis, lautiore frui conditione maluit in Papatu, quàm tot opprobria Christi, ejusquę Euangelii causa ferre. Hærebat quidem animo ipsius olim agnita veritas, & cum Joh. à Lasco, insignem Theologum, Pinczoviam venisse intellexisset, iter ad eum suscepit, atqué post multa cum eo de religione colloquia privata, istis, palam in præsentia plurium ei valedixit verbis: *Has victas tibi*, VIR DEI, *porrigo manus*. At, vel contra conscientiam, in Varsaviensi Synodo, quæ in A. 1561. inciderat, ad gremium Ecclesiæ Romanæ manifestè rediit: & paulò post in Petricoviensi Synodo, fidei confessionem publicè fecit, quam etiam publicis literis, monumentisqué consignavit. Atqué ex eo tempore, quò magis suam sedi Pontificiæ probaret obedientiam, contra Dissentientes, pro Ecclesia Romana scribere cœpit Chimæram A. 1562. Latinè, Quincuncem Dialogum de Exequutione Regni Pol. A. 1564. Latinè & Polonicè: sic in ea Apostasia à veritate agnita, excessit è vivis tribus ante obitum annis miserè à Satana vexatus.

Erasmus Otvinovius in MS. Carmin. Polquorum titulus: Heroes Christiani.

Simon Starovolscius in Elog. Pol. scriptorum, p. 142.

Joh. Lasicius de Fratr. Boh. MS.

Duo quoqué Fratres Biatobrzescy, Abbates, alter Megilnensis, alter Andrejoviensis, uxores duxerunt. Quod cernens Nicolaus Dzierzgovius, Archiepiscopus Gneznensis, habito Petricoviæ, suorum symmystarum Conventu. A. 1551. contra hæreses conjurabat, & præter solitum illorum jusjurandum, ad novum eos cogebat, ita ut etiam in hęc eos verba jurare debere statuerent: *Tu credis aquam benedictam, invocationem sanctorum & consecrationem herbarum esse efficacem? Credis Purgatiorum, Papam, Missam, jejunia, vota atqué cœlibatum? In hac, inquam, & alia ejus generis Clerici sacramento rogati, respondebant: Credo.*

Erasmi Otvin. supra.

Inibatur ibidem ratio judiciorum fame & necis, adversus Nobiles, hæreseos, ut dicebant notatos. Solus Drohojovius

us, Episcopus Cujaviensis, mitius agendum esse, cum Equestri ordine censuit: cui sanctè promiserat Leonardus, Episcopus Camenecensis, se minimè ab eo in diversam iturum sententiam, siquidem is prior causam Nobilitatis defenderet. Sed eum tandem, in ipso consessu, timore quodam perculsus, deseruit, & vituperanda laudavit. Hinc factum, ut omnibus Spiritus Sancti donis quibus excellenter ornatus erat, privaretur, & toto vitæ suæ postea tempore, tristitiâ divexatus, Cereri & Baccho deditus esset, quo cogitationes ex conscientia emergentes, obrueret: deniqué in maximis angoribus, animam perfidam exhalaret.

Orichov. Annal. Pol. p. 112.

Erasmi Otvin. Ibid.

Lasic de Frat. Boh. MS.

Decretum insuper ibi erat Episcopis, cum hæretica Nobilitate plane indictum bellum gerere. Cum igitur Episcopi, in Nobilitatem impetum faciunt, eo tumultu Poloniam perturbant, ut, Rege, ad Cal. Feb. 1552. Petricoviæ Comitia edicente, Conventusqué in Provinciis, per legatos suos more solito, ante hæc agente, nulla usquam congregatio Equitum fuerit, in qua, de minuenda Episcopali potestate postulata non ederentur, & magna cum spe, Comitia Regni exspectarentur. Nam ut ante Nico. Olesnicium, citaverat Proepiscopus Cracov. ob religionem, ita Dziaduscius, Episcopus Præmisliensis, Stadnicium absentem citavit, damnavit, excommunicavit, infamem pronunciavit, & Regno ob Religionem proscripsit, nisi quod præfectus regionis mandata ejus, legibus patriis contraria, exequi noluit. Idemqué fecit Uniejovii Dzierzgovius, Archiepiscopus Gnesnensis, Jacobo Ostrorogio, & Christophoro Lasicio. Ac similem vim Conradus Krupka, Pretslavius, à Zebrzydovio Episcopo Cracoviȩ experturus erat, nisi, concursu Nobilitatis, judicio ejus liberatus fuisset. Quamobrem, postquam Comitiorum venit tempus, id unicè Equites agebant, ut nemo ob hæresin, in Episcopali judicio, causam diceret; neve Rex, juris sui in famam, fortunas & necem cujusquam, Sacerdotes Collegas adjutoresqué haberet, nec suam cum eis potestatem communicaret. Causam, quomodo per Raphaelem Lesczinium pro-

posuerint, videri potest in Annalib. Orich. p.109. & Neugeb. Hist. Polit. Bielf. Junior. Hist. Pol. lib. 5. p. 594. Hinc factum, ut omnium Judicii Ecclesiastici contra Equestres decretorum, exequutio fuerit suspensa, tantisper donec inter utrumque ordinem intercedentium Controversiarum universalis compositio perficeretur.

Piasec. Chronol. p. 50.

Bielsc. junior Hist. Polon. lib. 5. p. 594.

Erat illo tempore Regi à Concionibus, clarus eloquentia, Laurentius Prasnicius, Discordia vocatus, qui cum ex Regia, propter odia, quibus partim ob morum correptionem, partim ob Religionis Euangelicæ suspicionem, implicatus erat, abitum pararet, hâc eum Epistola à proposito avocare conatus est Joh: à Lasco, *Audio te*, inquit, *aulæ opinor pertæsum, abitum isthinc adornare, quod quæso, mi Frater ne facias. Vides quanta sit ubiquè messis, & quàm pauci, ne dicam nulli operarii. Abhorres ab aulica impietate: ne igitur ei blandiaris, sed ita eam reprehendas, ut non tam personas, quàm vitia ipsa odisse videaris. Sic Deus ipse vitia nostra taxat: nos verò amat & pro filiis suis agnoscit, tantisper, dum illum, ejusquè gratuitum in Christo Domino beneficium scientes ac volentes non contemnimus. Ita & tu, mi frater, de abitu ne cogita, aulæ odio, sed persta, in tuo ministerio reprahendendi vitia, & indicandi viam ad resipiscentiam, donec propellaris. Nunquam connivebant olim Prophetæ, ad regum populiquè in veteri Ecclesiâ, publica præsertim scelera: sed tamen nunquam ministerium suum, etiam apud palam impios Reges, deserebant: imò verò redire ad illos jubebantur, si quando eos deserere volebant. Quare & tu persta, quæso nequè animum despondeas: non sunt adhuc omnes canes aut porci, isthic, ut illis sanctum subducas. Et nostri sanè, sanctum illud jusjurandum Dei, quo nobis fidem fecit, verbum suum legitimè satum, nunquam sine fructu rediturum esse. Non est abbreviata manus Domini, modo nos in statione nostra ne cessemus. Si potens est pythonicus spiritus excitare spectra Samuelitica, quæ vulgus admiratur: multò est potentior spiritus Dei, ad excitandos adhuc Elias, & Baptistas, qui viam dennò struant domino, in Euangelio ipsius; quibus larvæ ad extre-*

„ tremum Samuelitica cedere, prorsusque demum ad illos evanescere cogentur. Ego tertio jam ad regem nostrum scribo, deferens illi meam operam, si illâ, in Ecclesiastico Ministerio, juxta doctrinam Christi, uti velit, & responsum suæ Majestatis, hic apud Illustrissimum Ducem Prussiæ Albertum exspecto. Scripsit in causa mea Eduardus Rex Angliæ, ad nostrum Regem. Hæc Lascus, A. 1552. Verumtamen non diu postea Prasnicius, in aula Regia commorabatur, Papâ, crebris apud Regem legationibus, literisque satagente, ne saltem in sua Regia familia, ullos ferret hæreticos.

Drohojovium porrò Episcopum Cujaviensem, Rex defendebat, apud Pontificem Rom: eò quoqué nomine delatum, quod clàm foveret Simeonem Zacium, verbi Ministrum. Ubi inter alia id etiam ad eum scripserat: ut suo potius, quàm ullius alterius testimonio de Episcopo fidem haberet: se Regem esse à Deo constitutum, sciret: cui cura salutis suorum incumberet: si curiosus esse pergeret, Henrici VIII. Anglorum Regis exemplum meminisset; qui excussa Rom. Pont. obedientiâ, se primum à Christo caput, in Regno suo esse scribebat. Ita Rex ad Pontificem in causa Drohojovii.

A. 1555. Sacerdotes Pontificii miserunt Romam ad Papam, ut in Poloniam legatum suum mitteret, ad confirmandam quæ jam nutabat Romanæ sedis obedientiam, quo tempore Comitia Regni celebranda erant: is autem ut in Polonia continuè habitaret; quemadmodum in Gallia Hispania, & alibi. Isti novo Sacerdotum invento, licet frustra opposuit se Nobilitas, per legatos suos, in Comitiis. Itaqué ex legatis Pontificiis, qui ad habitandum in Polonia destinati erant, primus fuit Aloisius Lipomanus Venetus, Episcopus Veronensis, qui à Pontifice Paulo IV ad Regem missus A. 1555. advenit. Hic cognito in Polonia Religionis à Romana diversæ incremento, obviam ei, quacunqué poturatione ivit. Et primum convocat unà cum Episcopis & Abbatibus, Synodum Lovicii: in qua consultant de modis

reprimendi hæreticos & adstruendi dogma Transsubstantiationis, Communionisqué sub unâ specie, quod apud multos in dubium vocabatur. Ibi tum crimen objectum erat Judæis,in oppido Mazoviç Sochaczoviç,quasi panem Eucharisticum, à quadam fœmina Christiana emptum, cultris adeò compunxerint, ut sanguis inde manârit. Ideò fœmina illa, capitis supplicio affecta fuit, & Judæi aliquot concremati. Hoc factum fusius à Lasicio, & aliis descriptum varia hominum subiit judicia. Bielscius senior testatur,se *diligenti apud Judæos Christianos adhibita inquisitione, non potuisse cognoscere, utrum panem Eucharisticum Judæi emant à Christianis: cum dijudicari haud facile queat, sitne hostia consecrata vel non.* Quod ipsum Lipomano,Nicolaus Radzivilius,Niger dictus, Palatinus Vilnensis,in Epistola, sive responso ad eum dato, A.1556. objicit. *Precor* inquit, *Reverenda Dom.Tua, à Deo Patre misericordiarum ut positis affectibus, solius Christi gloriam, & afflicta ejus Ecclesia salutem quarat: ab ejusmodi vero practicis abstineat, qualibus non ita pridem Judai, Sochaczovia, cum magna omnium, qui rectè sentiunt admiratione, & stupore exusti fuere.*

Bielsc.Senior Hist. Pol. lib. 10.p.465.

Exempto rebus humanis, 7. Julii.A. 1572. Sigismundo Augusto sequente A.1573. die Epiphanias, Confœderatio Generalis, omnium Ordinum Regni & M. Ducatus Lituaniæ, in Convocatione generali Varsaviensi, sancita fuit.Ubi etiam Confœderatio, inter Catholico-Romanos, & Dissidentes ab his Euangelicos, instituta, hoc est, lex quâ prohibetur, ne alter alterum, nomine Religionis, injuriis afficeret, aut in Reip.muniis, sivè palàm sivè occultè post haberet. Tandem in sequentibus Comitiis Rex novus Henricus, eò perductus est, ut Confœderationem de pace Religionis, inter Dissidentes, de Religione servanda, reciperet, & juramento, palàm præstito, comprobaret. Sed is, intra menses Regiminis sui quatuor, cognita Caroli IX. Regis Galliarum, fratris sui morte,in Galliam profugus, ad obtinendum Regnum hæreditarium, ibidem A.1598. à quodam Monacho,

Stan.Sarnicius Annal.Pol. lib.8.p.403.

Ja-

Jacobo Clemente, cultro venenato, dum incautius literas ab eo oblatas legeret, confoditur. Moriens, Proceribus & Nobilitati, quæ aderat, Henricum Regem Navarræ commendat, in eâqué commendatione: *Nec vos*, inquit, *Religionis causa terreat: hic error me diu tenuit, & in errores inextricabiles induxit: ex religionis causa, quæ fortaße ab initio fuit, in factionem itum est eam Regni Ordinum arbitrio permittite: hocqué fixum, ratumqué animo tenete, religionem, qua à Deo mentibus insinuatur, ab hominibus non imperari his dictis, mox vitam finivit.* Fortassis à priore in Euangelicos sævitiâ aliquanto factus alienior, perspecto Polonorum exemplo, qui in cædes ob diversam religionem, mutuas, minimè ruerent; vel insederat animo consilium Maximiliani II. Imp. quod, cum ex Regno ad Regnum properantem, hospitio excepisset, coram ipsi præbuisse legitur, ne ditionum suarum populis, dum darent Regi quod Regis est, conscientiæ nomine porrò gravis esset.

Thuan. Hist. Tom. 3. lib. 96. p. 301.

Successor Henrici Stephanus Batoreus, Princeps Transilvaniæ, Rex Poloniæ, fœderis inter Euangelicos atqué Pontificios, Interregni tempore, 28. Jan. A. 1573. Varsaviæ icti, diligentem se custodem, ne violaretur, futurum promisit, & postea reipsa præstitit. Proinde cum in itinere Danti-scum versus, A. 1577. Brodniciæ, Sacerdotes Pontificii suaderent Regi, ut templum Euangelicis adimeret, Missamqué in eo celebrari juberet: Sinamus, inquit, eos, habent obligationem nostram, quam frangere nobis non licet. Aliquando verò monitus à quodam, ut in Regno suo, unam fidem constitueret, prout una lex esset, respondit: Rex sum populorum, non conscientiarum. Idem edicto promulgato de pace Religionis servanda, simul addidisse dicitur vocem memorabilem: Nolle se conscientiis dominari: siquidem Deus, hæc tria sibi reservârit: Creare aliquid ex nihilo, nosse futura, & dominari conscientiis. Omnes deniqué Cleri Pontificii adversus Euangelicos, incitationes retundebat, dicens: quid? vultis me perjurum facere? Hic Rex, moribun-

Buchol. Ind. Chron. Sarnicius Annal. Pol. lib. 8. p. 409.

bundo ore Regni Senatorem allocutus: *Licet*, inquit, *affari te illis Tertulliani verbis*: *Annos tres & quinquaginta exegi, qui quales sint ignoro*: *vitâ* & regno defunctus est, 13. Decemb. A.1586. Grodnæ in Lituania, cum vixisset annos, 53.m.2. d.21.

Post ejus excessum, fasces Regni suscepit Sigismundus III. qui in Coronatione, 27. Decemb. A. 1587. idem juramentum, quod prædecessores, Henricus & Stephanus, præstitit, de pace ac tranquillitate, inter dissidentes circa religionem, servandâ.

Mortuo Sigismundo III. 30. April. A. 1632. Varsaviæ, cum vixisset annos 66. regnasset 45. totidem quot Casimirus Jagiellonides, coronatus est filius ejus primogenitus, Uladislaus IV. pridiè Cal. Febr. A.1633. Sub coronationem ejus, in formula & literis juramenti, ab ipso præstiti, ad illa verba: Spondeo ac sanctè juro, &c. quod omnia jura, libertates, immunitates, privilegia publica & privata, &c. Ecclesiis, Principibus, &c. additum vocabulo (Ecclesiis) Catholicis Romanis. Quæ limitatio non fuit in Antecessorum juramento. Itaqué Euangelici Equestris Ordinis, qui tum erant præsentes, peractâ hac juramenti recitatione à Rege, nomine aliorum protestati sunt contra novam istam additionem, quæ libertatem eorum videatur infringere. Ad hæc respondit Archiepiscopus Gnesnensis, Joh. Wezyk, Non esse, quod inde sibi metuant Euangelici. Cæterum expressa sunt illius juramenti verba: Pacem quoqué & tranquillitatem inter Dissidentes de Religione Christiana tuebor. &c. Tempore hujus Coronationis, Biblia Polonica, Dantisci denuò recusa, Regi Uladislao dedicata, & oblata sunt, nomine omnium Euangelicarum, in Regno Pol. & M. Ducatu Lituaniæ Ecclesiarum: licet illa postea, more usitato, ab Ecclesia Romana anathemate damnata fuerint.

Post fata Uladislai IV. Mense Junio nocte præcedente Ascensionem Christi. A.1648. ad plures translati, solium Regni Poloniæ occupat, germanus ejus, natu proximus

Jo-

Johannes Casimirus: qui liberis Procerum & Nobilitatis electus sententiis, Cracoviæ. A. 1649. 17. Jan. solenniter coronatus, Prædecessorum sequutus exemplum: pacem se inter Dissidentes tuiturum & conservaturum juramento deposito, promisit. Huic igitur Regi, nunc rerum potienti, Rex Regum, Dominus Dominantium Jehovah Zebaoth, vitam, felicitatem, victoriamque adversus hostes largiatur.

Cæterum Min. Poloniæ Provinciis, ob Cosacorum rebellium, insolentem Russiæ vastationem, post Uladislai IV decessum factam, per integrum plus minus annum, maximis motibus & terroribus quassatis; status etiam [Ecclesiarum quarundam Min. Pol. deploratus erat. Chmielnicio etenim armis in Russia grassante; omnes ex Podoliensi, Voliniensi & Belzensi Districtibus, quidam etiam ex Lublinensi Districtu, vicinorum exemplo perterriti; Verbi Dei Ministri, coacti sunt solum vertere. Bibliothecarum tum temporis, non tantum Ministrorum, sed etiam Patronorum quorundam Nobilium ingens erat jactura: adde, templorum impiam vastationem, & deteriorem igni exustionem, suppellectilis etiam, & bonorum Ordinis utriusque tum Ecclesiastici, tum Politici hominum, immanem direptionem. Ministrorum nonnulli qui sibi fugâ tempestivâ consuluerunt, vitæ discrimen evaserunt, aliqui verò, qui incursum repentinum effugere non poterant, hostium tyranni victimæ fuerunt, ut Martinus Czupalinius Toruniensis Borussus, Ecclesiastes in Distr. Belzensis & quidam Fabiani, Diaconus Ecclesiæ Krasnobrodensis, ibidemque Scholæ Magister, Græcæ & Hebraicæ linguarum peritus, Poëta insignis. Exulum quidam, diem suum, in alienis sedibus, obierunt. Quorum in numero fuit Andreas Vengierscius, Ecclesiarum Districtus Lublinensis Senior, Wlodaviensis Minister, Przesfzcoviæ mortuus, & Skocis sepultus: Item Georgius ...ætus, ejusdem Districtus Consenior, Vir apprimè doctus, qui Kockoviæ fatis concessit, ibique humatus: Item, Paulus

lus Gilovius, Succamerariæ Kijoviensis Concionator Aulicus, Chmielnicii rebus humanis exemptus. Ita supremi Numinis arbitrio placuit, per illam, quæ Regnum affligebat Poloniæ, Cosacorum rebellionem, etiam Verbi sui Ministros exercere, & quosdam eorum è medio tollere viventium.

CAPUT XIV.

Persequutio Reformatarum Ecclesiarum, speciatim, in Majore Polonia.

AB Anno 1551. Posnaniensem novellam Ecclesiam, certis temporibus, Georgius Israel, ex Borussia Ducali veniens, visitabat: ibiqué sedem & pedem, anno 1553, ob Fratrum in veritate agnitâ profectum, figens; ab initio verbum Dei, occultè prædicabat, persequutionis metu. Etenim ne voces canentium in cœtu, & verba concionantis foris audirentur, fenestræ conclavium culcitris obturabantur, & positi ante ostium domus fideles custodes, ignotos ab introitu arcebant. Quod, postquam Benedictus Isbinscius, Episcopus Posnaniensis subolfecisset, quadraginta subornavit sicarios, qui Georgium Israelem perderent. Sed ille Divinâ providentiâ fretus, frustra insidiis hominum petebatur: nihilominus tamen sui officii memor, variato vestitu, domos piorum visitabat, Deo, sicariorum oculos ita detinente, ut eum non agnoscerent: quippe, sollicitè ad cædem quæsitus nunc aulici hominis, nunc aurigæ, nunc coci, ac diversorum artificum habitu, se percussoribus conspiciendum præbebat.

Idem, huc atqué illuc ex Borussia in Poloniam, & vice versâ, commeans, audivit noctu, in diversorio pagi Ilowcii ultra Posnaniam, Diabolum hisce verbis sagam alloquentem: Veniet, ad te, inquit, crastino die Paulus quidam, rem furto amissam percontaturus. Etsi verò famula argentum surreptum in culmine domus absconderit, tu tamen Pauli uxo-

uxorem criminator. Georgio malitiam Satanæ demiranti, & domo, primâ luce egresso, occurit Paulus ille anhelus: quo de nomine salutato, rogat festinationis causam, ac respondenti, enarrat id, quod in tenebris audiverat. E vestigio rusticus domum reversus, argentum sub tecto absconditum reperit. Nihilominus tamen, quô instituerat iterum profectus, postquam suam conjugem, à Saga furti accusari audit, correptam lamiam mendacem nihil Satanam veritus, pro meritis tractat. Catharinæ hæc habuit nomen, anno 1567. à Dæmone strangulata, in carcere Posnaniensi, in quem à Comite Jacobo Ostorogo, Præfecto Maj. Pol. Generali, detrusa erat aspectu, ut sunt omnia organa Satanæ, horrenda. Joachimus Bucovecius Pro-præfectus, toxico sublatam ab illis existimabat, quorum uxoribus Magistra in veneficiis fuit. Ejus insignis maleficii id esto exemplum: quod conducta à quodam malo, levi admodum pretio pistori cuidam Posnaniensi, usque adeo nocuerit, ut non nisi atri coloris panes, è pura siligine semper coxerit, redactus ob id in pauperiem.

Defuncto Benedicto Isbinscio Episcopo Posnaniensi, successit Andreas Czarnkovius, ergà Fratres haud mitior. Nam & hic instigantibus Canonicis, negotium ipsis facessit. Et primum quidem, in jus vocat Georgium Gricerum, civem Posnaniensem, qui accitus ad subsellia Episcopi, comparet. Capita accusationis hæc fuerunt: primò, quòd non adhæreret fidei Catholicæ Romanæ, quam Regnum Poloniç dudum suscepit & profitetur, sed aliam quandam sectam Picardorum, ab Ecclesia jam pridem damnatam amplecteretur: secundò, quòd ab obedientia, fide, & ritibus Romanæ Ecclesię desciscerer, eamque modis omnibus abominaretur: tertiò, quod quædam Conventicula in domo sua & aliorum Civium, intra & extra civitatem, noctu, diuque cum aliis ejusdem sectæ sociis institueret: quartò, quod Cœnam Domini sub utraque specie sumeret & aliis sumendam persuaderet: quintò, quod liberos suos, cuidam Joh. Rokitæ Pi-

cardo, apud viduam Stameti habitanti, informandos daret. Ad eam accusationem, nihil respondet Gricerus, impetratâ dilatione ad duarum septimanarum spatium. Non comparuit tamen postea: nec iterum vocatus fuit.

Citavit idem Episcopus Jacobum Pharmacopolam, & Seraphinum Sartorem: quos, postquam damnasset hæreseos, quod Papam, Caput Ecclesiæ non agnoscerent, tradidit Magistratui Civili exurendos. Sed cognito hoc negotio, Lucas, Comes de Gorka, Palatinus Posnaniensis cum Stanislao Comite ab Ostrorog, & quibusdam aliis Nobilibus, ex curia abductos dimittunt. Nec postea quisquam cives istos eò nomine compellavit.

Brevi exacto tempore, Episcopus in jus vocat Paulum Organistam dictum, Sutorem, cumque circa fidem examinat, juxta modum in suo jure Canonico præscriptum. Is verò intermissis ad interrogata Episcopi responsis, confitetur fidem Christianam Catholicam, & protestatur se hanc amplecti, nec ab ea discedere velle, donec ex verbo Dei erroris convincatur. Post diuturnum colloquium jubet eum Episcopus in carcerem conjici; in quo vinctus decem dies tenetur. Tandem emittitur, sponsione intercedente, ut intra duas septimanas, coram Episcopo, in pago quodam Ciazeno, quem inhabitare solebat, compareret. Termino præfixo imminente, conveniunt Pysdrium, Urbem Regiam Magnates, inter quos Joh. Tomicius, Castellanus Rogosnensis, Jacobus Comes Ostrorogus, Raphael Comes Lesczinius, Præfectus Radziejoviensis, Albertus Marszeyius, & cum his plurimi Nobiles, ac eorum servi, ita ut numerus equos centum superaret. Hi omnes proficiscuntur in aulam Episcopi. Comparitionis illius, Sutori dicta erat hora 17. Cumque nuntiaretur Episcopo adventare Proceres magno comitatu, acceleravit edictum contra Paulum, & hæreseos damnavit antequam illi advolarent. Re confectâ, procedit obviam ingredientibus, eosque humanitate summâ excipit, quasi decreti illius planè ignarus esset. Inquirentibus

bus autem illis: Sero, inquit, venistis, jam judicatus est horâ ad id destinatâ. Sciscitantur ergo de articulis illis erroneis, propter quos proclamatus esset hæreticus. Episcopo nullos ostendente, commoventur, & iniquum ajunt esse, hominem damnari sine evidenti culpæ demonstratione. Ad hæc ille: Miror, inquit, Magnifici Domini, vos eò nomine mecum expostulare, quasi alicui, ex vestro ordine, aliquam intulissem injuriam. Sed ecce patrocinium suscipitis hominis plebei, & quidem Sutoris. Cui Ostrorogus, cum quadam vehementia: Non, inquit, respicimus Paulum Sutorem, non ejus opificium, sed prævidemus fore, ut id quod nunc agis in sutorem, agas postea in Marszevium, Tomicium, Ostrorogum: si talia judicia locum haberent, in quibus ipse accuses, ipse testeris, ipse judices, quidem non & publicè, sed privatim, atque seorsim in angulo &c. Marszevius hæreticus, igni ergo devovendus. Hoc inquit, Ostrorogus, præcavere volumus. Cur nos latere debeat, ob quos errores Paulus Organista, pronunciatus sit hæreticus, ut nos quoque nobis à talibus caveamus? quis enim scit, annon ego idem credam quod Organista iste Sutor? Et ita, juxta vestrum Episcopi judicium, hæreticus essem. His auditis Episcopus, blande se excusare cœpit: Deus id avertat inquit, mi Domine Ostrorog: scimus quomodo nos erga te gerere debeamus, non ita tibi de nobis persuadeas. Interea mensa adornatur, & Ostrorogus unà cum aliis rogatur lavare manus. Sed in eo Zelo perseverans: si, inquit, apud talem judicem pane vescerer, forte in ulcus vel venenum mihi converteretur: non faciam: surgensque abiit è Conclavi, & conscenso curru discessit. Sequuti sunt eum alii, etiam illi, qui jam manus abluerant, & profecti sunt Pysdrium, sumpto secum Paulo Sutore; atque illic cibum sibi parari curarunt.

Non multò post, 1. Maj. die Philippi & Jacobi, A. 1553. cum jam apertè magis publicas Georgius Israel, in ædibus Comitis Ostrorogi conciones instituerat, Joh. Coscilecius, Præfectus Maj. Pol. Generalis, accersivit eum ad se in ar-

cem. Differentem de fidei articulis, semotis arbitris audivit; confessionem doctrinæ non improbavit, sed periculorum imminentium commonuit, suasitque ex Urbe decessionem. Dimissus in pace, mansit aliquandiu Posnaniæ, nec ullam, dum domi esset, concionem intermisit.

Citaverat denuò Andreas Czarnkovius Episcopus, Paulum Organistam Sutorem, 21. Maj. A. 1554. & hæreseos damnaverat. Minimè tamen ista obfuêre fidelium cœtui, Nobilitate furorem Adversariorum reprimente.

Efflorescente sic inter persequutiones Ecclesiâ, 27. Junii A. 1555. Rex mandavit Joh. Coscelecio, Capitaneo Maj. Pol. Generali, misso ad eum suo diplomate, ne ullos Picardorum religionis ergo, privatos agi congressus in Urbe pateretur. Obtemperatum interdicto ad tempus, sacris clanculum celebratis, donec adversarii mitescerent. Postea Ostrorogus & amicitia & affinitate Præfecti Generalis Posnaniensis fretus, ædes rursum suas in Suburbio, quas jam cultui Divino consecraverat, aperuit.

A. 1564. turbantibus Ecclesias novellas in Polonia, advenis quibusdam exteris, Arianâ hæresi infectis, Rex 6. Aug. in Conventu Parczoviensi edictum tulit, depellendis Regno, authoribus hæreseos, Italis alienigenis. Ita enim ipse verba sua Ostrorogo interpretabatur. Quod etsi deinde mitigatum, & irritum factum sit, atque advenæ illi Itali, abditi quodam loco latuerint, tamen id Pontificii de Fratribus quoque, quod aliunde in Poloniam venissent, & dogmata à Rom. Religione aliena, incolis obtruderent, intelligi volebant. Ea propter Proceres cum Nobilitate Maj. Pol. unitati Fratrum addicti, multum laboris subierunt, apud Joh. Cascelecium Generalem Capitaneum, minus apud Regem, ne quod inde ad Fratres Orthodoxam fidem profitentes detrimentum redundaret; Ministris Ecclesiarum, studia ipsorum, assiduis ad Deum precibus, cujus veritatem asserebant, juvantibus. Et Ostrorogus quidem apud Regem, gratiâ pollens, Joh. Crotoscius, Palatinus Incolodislaviensis, Ra-

phael

phael Leſzczinius Capitaneus Radriejovienſis, & Marſzevius, Palatinus Poſnanienſis Quæſtor, ſollicitis interpellationibus, edicti declarationem à Rege impetraverunt, ita ut is alia mandata ad Coſcielecium, 2 Novemb. Petricoviâ dederit, quibus Fratres hâc proſcriptione exemit. Nihilominus tamen Coſcielecius excidium Fratribus, uſque ad ſuum obitum & minabatur, & machinabatur, ideoque inter eum & Oſtrorogum graves interceſſerunt ſimultates. Coſcielecius, ea nocte, quâ potus lætuſque ſcurram, geſtus Fratrum Boh. concionantium facetè exprimentem, cum voluptate audivit, morbo correptus, paulò poſt, 7. Decemb. A. 1564. ad ſerium Dei Tribunal evocatus eſt, ſequente Germano ejus, Palatino Siradienſi, ejuſdem adverſus Fratres animi, nona poſt hebdomade.

Anno autem, 1566. 28. Junii, in Comitiis Lublinenſibus, Jacobus Oſtrorogus factus eſt, Joh. Coſcielecii, in Præfectura Maj. Pol. fruſtra renitente Clero Pontificio, ſucceſſor. Sed intra biennium, 28. Martii, A. 1568. Poſnaniæ terras reliquit, profectus ad ſuperos, ſummus Fratrum Confeſſionis Bohemicæ fautor.

Anno 1605. Poſnaniæ, vehementius quàm ullo ante hac tempore ſine intermiſſione, Jeſuita Piaſecio, in Concionibus ſuis, in Parochiali templo, incendebat plebem ad devaſtandum & ſubvertendum templa Euangelicorum, in Suburbio propè ædem ſacram D. Alberti, erecta. Audita ſunt ab Auditoribus quibuſdam etiam Euangelicis Nobilibus, hæc ejus verba: Non vult Magiſtratus, non vult Curia Urbis: tu igitur quiſquis es è vulgo in fumum & cineres luſtra hæreticorum redige omnia. Nec irritæ fuerunt machinationes iſtæ: Nam 6. Aug. eo ipſo anno, in Calvo monte, ut vocant, noctu aliquot ſuppoſiti ſunt cerei, templo Confeſſionis Auguſtanæ, ad ſuccendendum mirè præparati. Tectum jam domus ardere cæperat, ſed mox ignis compertus atque extinctus fuit. Eodem anno, die 11. & 12. Decemb. ſimilis horum incendiariorum conatus ſucceſſit, in demolien-

liendis templis duobus Fratrum Confessionis Bohemicæ, Polonico & Germanico.

Sequente anno 1606, iterum, 13. Maj. ibidem trecenti discipuli Jesuitici Euangelicorum Aug. Conf. templum incenderunt,& Xenodochium spoliarunt: quod Jesuitæ Patres excusarunt, factum id esse à Discipulis suis singulari Zelo, Catholicæ Religionis.

A.1614. 6. Junii, itidem discipuli Jesuitici, templum Euangelicorum Aug. Confessionis, Posnaniæ exusserunt, & eos qui in publico Hospitali diversabantur, miseris modis diverberarunt,resque in eo inventas confregerunt,& corruperunt.Eandem insolentiam,etiam sequenti die in aliis templis & locis sacris Fratrum Conf. Boh. exercuerunt. Sub idem tempus edita est Censura Theolog.Posnaniensium, liber sic dictus,in quo xxx rationibus asserere conantur, Euangelicos non debere, nec posse jure, Posnaniæ & alibi in Regiis Urbibus & villis,templa exstruere. Contra quã meditit responsum, Joh. Jinecius, A.1615.

Sic etiam Radziejoviæ, ædes sacro orthodoxoque cultui, ab A.1560, destinata possessaque, in cineres, curantibus adversariis, soluta est, 26. Martii. Anno.1615.

Postrema tandem Posnaniæ templorum Euangelicorum fuit desolatio & ruina, A.1616. Primò, templum Confessionis Augustanæ, (vulgò Lyssa Gora, à calvo monte dictitatum) nefarii quidam ad cineres usque exusserunt, 12. Julii Deinde 3. Aug. fex plebis, ad aliquot centenos conglobata, ducibus Jesuiticis studiosis, ædes illas Fratrum Conf. Boh. cultui divino destinatas, horâ 10. noctis, bipennibus, harpaginibus, & runcinis quassata everterunt. Ex eo tempore, in illis locis, sacra Euangelicorum publica intermissa sunt: fundusque ille Monasterio cessit Pontificio. Hanc rerum Posnaniæ in Religionis negotio vicissitudinem admiranda insequuntur Dei judicia, quibus implicati erant quidam ipsimet desperabundi persequutores.

An-

Anno 1622. 29. Junii Posnaniæ, ante vesperam, maximo terrore tonitrua & fulmina repentina, Cives universos, perculerunt. Statua crucifixi lignea grandis, parieti templi Bernhardinorum contigua, globo cœlesti tacta & scissa est. Mox ędes D. Margarethæ eadem horâ, similiter impetita, & Organa comminuta. Neque hoc contenta tonantis Dei indignatio, fulmine quoqué templum S. Alberti percussit. Eodem anno 30. Junii Posnaniensis Basilica, sivè summum Cathedrale Episcopi templum, à domo Polonis Tum vocatum, æneis tegulis, à 500. ut ferunt annis tectum, arsit: & turris, cum omni cacumine ac templi culmine absumpta est. Sequente anno. 1623. 19 Decemb. vitâ defunctus, Andreas de Bnon Opalinius, Episcopus Posnaniensis, hoc à Matthæo Bembo Soc. Jesu, in concione funebri obtinuit elogium: quod zelum imitatus antecessoris olim ex sua familia, id Posnaniæ authoritate sua præstiterit, ut Ministri, quos appellat hæreticos, excedere coacti fuerint.

Anno 1627 Georgius Schvatz. Minister. Aug. Confess. Medzirrecensis, ob Euangelii doctrinam citatur ad Tribunal Petricoviense.

A. 1629. die 8 Junii, Sebastianus Rostcovius, J.U.D. Archidiaconus Pomeraniæ, Vicarius in spiritualibus, & Officialis Generalis Uladislaviensis, citat Danielem Micolajevium, Seniorem Ecclesiarum Maj. Pol. Reformatarum, & Ministrum Euangelii in Sujerczynko, quod doctrinam, ab Ecclesiæ Romanæ placitis discrepantem, proponeret, ut Uladislaviæ, legitime personaliter & peremptoriè compareat, intra dies triginta, nempe 7. Julii. Dum verò ad diem dictam, Nobiles aliquot Patroni & Auditores nomine Micolajevii, se sistunt, & termino intendunt, eòdem illo die Sebastianus Rostcovius, qui ante dies 30. citarat Micolajevium, subitò moritur Uladislaviæ, verè terminum peremptorium expertus.

Anno 1632. post Epiphanias festum, M. Jacobus Hedericus, sive Herdenreich, Jacobi filius, Svarzencii Aug.

 Conf.

Conf. Paſtor Poſnanienſium, Citatus per Sacrificum, ab Adamo Novodvorſcio Epiſcopo Poſnanienſi, & majori excommunicatione aggravatus, non multò poſt, cum Dantiſco rediret, & jam Svarzencio vix milliari abeſſet, in itinere à maleferiatis, quibuſdam hominibus, qui Miniſtrum eſſe cognoverant Svarecenſem, horrendè trucidatus, ſecuri percuſſus, & bis globo trajectus eſt caput.

Oſtrorogi, quia faſtidium Verbi Divini incolas ceperat, ideò quoquè inter alias Dei plagas, incendia & deflagrationes oppidi ter accidiſſe notum eſt. Prima, A. 1555. ex occaſione cujuſdam nuptialis convivii, Dom. III. Trinit. circa meridiem contigit, adeò valida, ut totum ferè oppidum, flammâ conſumptum fuerit, templo, Parochiâ, & Xenodochio conſervatis. Deinde 25 April. A. 1589. totum penè oppidum; & Parochia conflagrarunt: templi, ſaxo & lateribus ſtructi faſtigium corruerat: quod reparari curavit Sandivogius, Comes ab Oſtrorog. Tandem, 28 Aug. A. 1623. etiam intra annos 34 exuſtum potiore parte, cum ædibus Parochialibus, & inſigni Bibliotheca Matthiæ Rybinii ſenioris antè è vivis ſublati, & Martini Gratiani Gertichii, itidem Senioris, quæ ſupra quatuor millia fuit æſtimata, templo tamen, quod ignivoma flamma undiqué cinctum fuerat, integro manente. Saga quædam, ab opulento Cive, Szoſtek conſulta de amiſſa pecunia, quærere eam noctu, ſub tecto ubi fœnum erat reconditum, juſſerat, candelâ accenſâ. Cui dum paret, incautus totum incendit ædificium. Mulctam quidem ille nummariam impiæ ſuæ imprudentiæ ergò, ſolvere coactus erat: malefica autem, fraudis convicta, ignis ſupplicio poſteà, eodem anno, ibidem exſtinguitur.

Georg. Iſrael. in Hiſt. Eccl. Maj. Pol. MS.

Sed hoc majus pœnæ divinæ indicium: quod templum illud Oſtrorogi, puriori doctrinæ addictum, Sacerdotes Pontificii invaſerint, Miſſamqué ſuam in eo adminiſtraverint, 26 Julii, A. 1636. quod tandem eorum poteſtati ac uſui, juris prætextu victus poſſeſſor ditionis, Andreas Rey,

Ca-

Capitaneus Libussiensis, 23. Jan. A. 1637 tradidit: Illi verò sequente mox Dominica III. Epiphanias, 25 Jan. Jubilæum in eo celebrarunt.

Idem aliis in locis, Kwilecii, Skosis, Dembniciæ, &c. sub eodem prætextu fundationis Papalis, jure intentâ lite, contigit.

A. 1636. magnum vitæ discrimen Posnaniæ, Joh. Chrysostomus, exul Minister Bohemus, subiverat, à Barone Sadovio, exule Bohemo, vocatus, illacqué transiens ab Auriga proditus: à studiosis raptus, ac in ædes deductus, convitia, verbera, vulnera, naso etiam truncato, ferre coactus est. Tandem, cum jam de ponte in fluvium præcipitandus educeretur, operâ Alberti Grascinii, viri nobilis, liberatus: quippe is, vocato in auxilium Rectore Jesuitarum Collegii, morti ereptum eduxit, & in Collegium deduxit, indequé noctu extra urbem, ad Sadovium Baronem Bohemum deportavit.

CAPUT. XV.

Persequutio Reformatarum, Speciatim, Ecclesiarum, in Minore Poloniâ, ab A. 1550, ad. A. 1650.

Ecclesiarum Min. Poloniæ persequutiones, juxtà Districtus Provinciales, superiori libro tractos, dispescemus. Primus ergo in ordine est

DISTRICTUS CRACOVIENSIS.

AC primò quidem loco, de eo dicturi sumus, tum quod hic Districtus primus omnium in Min. Polonia Christi Euangelio nomen suum dederit; tum, quod, præ cęteris Districtibus, abundet plurimis & memoratu dignissimis exemplis persequutionum, Christi nomine toleratarum. Ita verò in pertexenda serie persequutionum pergemus, ut primò in genere & quasi conjunctim totius Districtus; deinde verò

in specie ac seorsim, Ecclesiæ Urbicalis Cracoviensis ipsius persequutiones enumeremus.

In districtu ergo Cracoviensi, ut hinc exordiamur, Samuel Maciejovius, Episcopus Cracoviensis, ut renascenti Euangelio, ac religionis mutationi occurreret, Franciscum Stancarum Mantuanum, quem ad professionem Hebreæ linguæ, in Academiam Cracoviensem, ipse evocârat, propter dogmata Euangelica lectionibus Hebraicis inserta raptum, trahi jubet in Castellum Lipoviec, ubi Episcopalis carcer est, quintò ab Urbe Cracovia milliari. Sed ex eo, industriâ Georgii Nigri famuli sui, conciso in longas fascias, uno atquè altero linteo, liberatus, Stanislao Lasocio subcamerario Lanciciensi, atquè Andrea Tricesio, delabentem exspectantibus; exceptus, venit in oppidum Dubieczko, ad Stanislaum Stadnicium, inde Pinczoviam ad Nicolaum Olesnicium.

Orich. in Annal. Pol. p. 79.

Hic est ille Olesnicius, qui Pinczoviæ, ejectis Monachis, sacra Romana mutavit, relictis tamen in fano infirmorum in fide gratiâ, simulacris. Hanc ob causam ipsi, à Joh. Pozerembsao, Pro-Episcopo Cracoviensi (jam enim obierat suum diem Maciejovius) dicta est A. 1550, dies. Advenit ergo magnâ stipatus Nobilitatis catervâ. Ideô Pro-Episcopus judicio destitit, re totâ ad Regem delatâ. Coram judicio Regio, pro Olesnicio verba fecit Nicolaus Res, conferens crimen in Monachos, quorum sceleratam vitam, cum Oppidani non ferrent, mirum non esse, si inde profugissent, ubi durare, conscientiâ eos arguente, non possent. Dixit, & de Religione ejus, quam ea non esset nova, nec quidpiam peccasset, quod Romanâ contempta non bonâ, meliorem suis Civibus suaderet: & Stancarum Virum literatum, sine cujusquam injuria, suæ domi foveret. Senatores, super hac re rogati varia censuêre. Joh. Tarnovii Castellani Cracoviensis (ad quem legitur Calvini Epistola, cum querimoniis scripta, 15 Nov. A. 1559) durior erat sententia. Rex, advocato Olesnicio, qui jussus erat excedere, Senatorum sententiam

Orichov. in Annal. Pol.

am mediam, sequutus est, quam per Joh. Tarnovium pronunciavit: qui nihil de severitate suæ sententiæ remittens, docet, quid meritus fuerit, qui in leges Patrias de hæreticis commisisset: cujus facinus etsi puniendum esset, tamen in præsentia, Regem clementiæ suæ meminisse velle, modò imposterùm vitaret offensiones, & Stancarum abs se removeret, Deum Patrio more coleret, Monachis & illorum sacris in illo Oppido non obesset, idquè mille aureorum vadimonio præstaret. Is, uti erat imperatum, Stancarum dimittit: at Monachos, salvâ conscientiâ, se revocare posse negat, ut qui sciret Majores suos, Claustrum illorum, non ad libidines desidiosorum hominum, sed in pios, solius Dei verorum cultorum usus erexisse, annuisquè vectigalibus donâsse. Tandem persuasus à Joh. Ociescio Regni Cancellario, ut illos, dum temperanter viverent, toleraret, accepit conditionem, certus, non diu Monachos intra terminos modestiæ mansuros. Nequè eum persuasio fefellit. Mox enim, patrati denuò sceleris, cruentæ scilicet in grassatione nocturna pugnæ, conscientiâ perterriti, postridie se fugæ mandant. Olesnicius igitur posthac Monasterium redegit in Gymnasium Scholasticum.

Lasic. de Frat. Boh.

Anno 1551. post ferias Paschatis, erat dispersio Ministrorum; propter metum Canonicorum Cracoviensium. Felix Cruciger secessit in Maj. Pol. ad Jacobum Ostrorogum Comitem: Jacobus Sylvius, exulabat in Silesia, persequente eum Petro Kmita, Palatino Cracoviensi.

In libro Synodali. Distr. Cracov.

Eodem Anno, Zebrzydovius Episcopus Cracoviensis, multa adversus Nobilitatem, cum præjudicio libertatis Poloniæ, tentabat, quò eam à proposito Religionis Reformatæ divelleret. Primum virus suum effuderat, in Conradum Krupkam, quem nomine Religionis & decimarum, ad Tribunal suum citaverat. Tandem Andreæ Trzeczecio, qui actum exequiarum, Gen. Domini Ossolcii, Ivanoviciis procurabat, eoquè nomine ad episcopum delatus erat, ignis supplicium minabatur. Adde, quod ejus instinctu &. con-

Budzirinus, cap. 5 p. 28. MS.

 cef-

cessione, Philippovius Vir Nobilis, in deductione funebri, Conjugis Suæ carissimæ, à Studiosis impeteretur: Hic enim corpus defunctæ uxoris Cracoviæ, magnâ stipatus amicorum Nobilium frequentiâ, extra urbem ducens, subornante desidiosos Studiosos Clero Pontificio, armatâ manu ex insidiis obruitur, & à quodam Juvene Urowiecio, in medio fori, alapâ notatur. Quod certè maximas dedisset turbas, nisi Philippovius, patiens percussionis, amicorum & servorum suorum iram cohibuisset. Sic, cum irrito conatu Nobilitatem Zebrzydovius adoriretur, quicquid irarum & furiarum supererat, totum id in excidium Ministrorum effudit.

A. 1555. igitur, cum Synodus Pinczoviensis, in præsentiâ multorum Nobilium, Cal. May celebraretur, dequé ea Episcopus Zebrzydovius certior, ex relatione gnathonum suorum factus esset, misit eò Cancellarium suum, triginta Equitibus benè armatis comitatum, cum Nobilibus in certo negotio expostulaturum, reverâ autem Ministros, si se commoda offerret occasio, captivaturum. Commonefactus Olesnicius Pinczoviæ Dominus & Hæres de eorum adventu, tempestivè ipsis præcluso ad templum aditu, denegavit toti illi armatorum Catervæ, cum Legato Episcopi ingressum. Postea tamen, cum ab advenientibus, mandatum Regium prætenderetur, quatuor famulos cum Episcopali Cancellario, intromittit, cæteris exclusis. Quare Patroni, Ministris in Monasterio relictis, cum Legato Zebrzydovij, in Cæmenterio, sermones multos conferebant. Erat autem hæc summa legationis: Exposuit mandatum (fictum) Regium, à Porembsciò Sacerdote, tum Regni Sub-Cancellario Rege inscio scriptum, quò Euangelicis interdicebantur Conventicula, quæ toties factitare solebant. Re infectâ, legatus dimittitur, & abit.

Cum autem videret Zebrzydovius, non ex voto sibi legationem illam cessisse, Nobilesqué Euangelicos prudenter insidias ejus elusisse, nequé ementitum Regium mandatum magnifecisse, porrò truculentum animum sanguine innoxio

xio ſatiaturus, aliam comminiſcitur & aggreditur nocendi rationem. Martinum ergo Crovicium, ex Pontificio Diœceſeos Pizemyſhenſis Sacerdote, Miniſtrum Euangelicorum factum, Pinczoviæ habitantem, rapi jubet, & coram ſe ſiſti. In eam rem, mittit Mazoviecium ſervum ſuum Pinczoviam, cum aliquot aliis famulis, & curru ſcalari: Abſentia tum temporis Patroni Oleſnicii ab oppido, ſpes eorum lactabat, fore, ut certò propoſita ſua, & mandata Epiſcopi, nemine impediente, effectui darent. Adoriuntur ergo de improviſo Crovicium, forte ex arce quam inhabitabat in Oppidum, ad Alex: Vitrelium Miniſtrum Monaſterii jam Euangelici Parochum, deſcendentem, eum præhendunt, vinctum currui, in eam rem ſecum advecto, pronum injiciunt, ſtramine & fœno ſuperpoſitis opprimunt, ex Oppido diſcedunt, & miſerè, faciem ejus, feſtinanti diſceſſione, ſubinde ad currum ligneum alliſam, quaſſant. Interea, campanarum pulſu, ſignum ad vim reprimendam datur, famulus quidam, Domino Oleſnicio à venationibus, qui in Arce manſerat ſolus, Oppido ſe proripit, ſilvam quam tranſibat currus plagiariorum, clamoribus implet, & obviam factus D. Balthaſari Lucovio, judici terræ Sendomirienſis, Pinczoviam verſus cum uno ſamulo iter facienti, rem ipſi totam enarrat, auxiliumqué ejus implorat. Ille verò nullas moras nectens, nequé ſervos multos Epiſcopales extimeſcens, eos perſequitur, & quaſi alios jam jam imminentes ſocios haberet inclamatione facta, tantum nequam hominibus terrorem incuſſit hocce ſtratagemate, ut Mazoviecius & alii fugerent, currus verò, jubente Lukovio, Pinczoviam reverteretur: atquè ita miſer Crovicius, à morte liberaretur, unius pii & heroici Auditoris ſui fortitudine; ſervuliqué imbellis opera, per ſingularem Dei providentiam.

A.1613. Studioſi Cracovienſes, 4. April. excurſione factâ; in Staniſlai Ivam Karninſcii pagum Alexandrovicias, quem tum vidua ejus, alteri Fridrichovio nupta marito, tenebat, ſeſqui milliari circiter Cracoviâ diſtantem, ædem ibi Pa-

Parochialem vastarunt, in cineres redegerunt, aliquot homines vulnerarunt, & Bartholomæum Bitnerum Ministrum, qui eo Glemboriciis negotiorum suorum causâ venerat, humi provolutum, auribus & barbâ protractum, vestibus spoliatum, fustibus præustis exceptum, & concussum miserè, multis ictibus sauciatum, semivivum, sed jam interfectum rati, relinquerunt; Andreâ Hermanno loci Pastore, fugâ tempestivâ sibi consulente.

NB Quæ hinc annotata usque ad Districtum Lublinensem, sequuntur, excerpta sunt ex MS. libro Ec. Cr.

A. 1624. post festum Ascensionis Dominicæ, colluvies eorundem studiosorum, Lucianovicium, pagum sesqui milliari ab Urbe distantem, sacris Euangelicorum destinatum, summo furore invadunt, sacellum Lucianoviciis imminens, in quo sepulchrum erat Generosorum Zelensciorum, pagi illius Heredum, diripiunt & igni exurunt. Illo egregio facinore perpetrato, plurimi eorum ex lumbis onere fractis laborabant; factumque est, ut unus simili morbo captus, vix Cracoviam ingressus, illico moreretur. Qui tandem magnâ cum solennitate, ceu quidam *Martyr, sepulturæ traditur.*

Atque hæc sunt notabiliora, ut alia taceamus minora, persequutionum exempla, quibus passim in Districtu Cracoviensi Euangelici opprimebantur; sequitur, ut in specie ac seorsim aliquid de Cracoviensis Urbis Ecclesia, in eodem materiæ genere dicamus.

Erat Cracoviæ, ut fusius libro primo exposuimus, domus perampla lateritia, vulgò BROG appellata, concionibus Orthodoxorum habendis dedicata, quæ maleferiatorum impetum toties sustinuit, ac deniquè eversa est.

A. 1574. 12. Octob. sub Interregnum, studiosorum & plebis miscellanea fex, per integrum triduum ædem illam summò impetu oppugnatam, & tandem expugnatam, vastarunt, bona Nobilium ibi deposita, & thesauros Ecclesiasticos diripuerunt, nequicquam furorem publicum compescentibus, Consule Fogelverdio, & sub-præfecto Civit. Cracov. Sigismundo Palezevio Euangelicis. Inquisitione tan-

tandem factâ, per Petrum Zborovium Palatinum Cracov. ab Euangelicis compellatum, quinque sceleris complices ex plebe, 28. Octob. decollantur, cæteris principalibus impunè dimissis.

Hæc impunita studiosorum insolentia, in causa fuit, ut sequenti A. 1575. mense Junii, iidem petulantes juvenes conspirarent, & conjurarent in ædis illius subversionem, & nisi per sex hebdomadas, continuis præsidiis, ab Arcensi Magistratu datis, fuisset munita, ipsorum libidini cessisset.

Eadem domus postea bis exuritur: primò, A. 1587. 8. Maj. sub festum Ascensionis Dominicę, tempore Interregni, frustra justitiam postulante Ordine Equestri Euangelico; secundò, post ejus, florenorum 1598 sumptu restaurationem, A. 1590. factam, in præsentia ipsius Regis Sigismundi III. quod prolixius narrat Thuanus Hist. lib. C. pag. 401. Sed etiam instauratum hoc Euangelicorum templum denuò incurrentes, A. 1606. ferè solo æquarunt. Durabat tamen aliquamdiu Cracovię, sacrorum usus, & administratio publica: quò A. 1608. post festum Matthiæ Minister, Bartholomæus Falconius, designatus & missus erat.

Ab eo tempore non ausi sunt Euangelici Cracoviæ, domum illam lateritiam reparare, multominus in ea publicum Religionis exercitium continuare. Mansit igitur desolata, foribus & fenestris muro clausis, ultra viginti annos. Nam licet jure quodam caduco, A. 1622. concedente Sigism. III. fuerit, Stanislao Lubomirscio, Sub-pocillatori Regni, donata, & per ultroneam ejusdem cessionem, Monachis Bernardinis Cracoviensibus, A. 1623. assignata; in usu tamen eorum ac possessione, contraveniente Euangelicorum, in singulis singulorum Palatinatuum, Actis Castrensibus, protestatione, non fuit. Donec tandem intra decennium, permittente Uladislao IV. A. 1633. 8. Decemb. nihil proficientibus tot Nobilium protestationibus, tot Civium supplicationibus, templum, in ruinis illius ædis erigerent Monachi, illudque magnâ cum pompâ ac

tripudiis consecrarent: deniqué contignis domibus coemptis, Monasterium, quod hodiè conspicitur, sumptuosissimum ibi ædificarent. Malè habebat Euangelicos, tam iniqua ædis illius citra omnem juris speciem, jactura. Patrocinantibus ergo Illustriss. Principe Radzivilio, Palatino Vilnensi, & Mag. Viro Domino Andreà Rey, Capitaneo Libussiensi, promissionem A. 1636. Euangelicis Rex facit Florenorum decem millium, ratione recompensationis ædis illius per caducum ablatę, numerandorum.

Hactenus de Cracoviensium Euangelicorum æde seu templo: eadem in locum sepulturę seu Cœmiterium, eorum, imò major Adversariorum rabies sęviit.

A. 1575. 16. Junii, tempore Interregni, pace inter Ordines sancita, hortum, qui locus erat sepeliendis corporibus, muro undiquaque cinctus, studiosi invaserunt, sepimentum ejus diruerunt: sepulchrum Illustris Palatini Cracov. Myszkovii violârunt. Pari audaciâ & temeritate, A. 1577. 21. Junii, phalanx eorundem, cum esset *in eo spectaculo*, ubi quotannis Cives *ad avem ejaculantur, velut indomitum pecus*, œstro quodam percita, impetum fecit in eundem hortum. Quod impium factum etiam tertiavit, A. 1607. Tunc verò cadavera promiscuè, cujuscunqué status & sexus hominum, sine omni pudoris & honestatis respectu, sepulchretis exempta, concutiebantur, dissecabantur, denudabantur, per vicos, plateas & campos, disjiciebantur, epitaphia & lapides sepulchrales accepti, in usum privatum adhibebantur. Eo usqué tum temporis processerat, peccandi impunis licentia, ut in multam noctem protracta petulantia, occlusionem portarum Urbis inhiberet, magno cum Civium discrimine, majore verò scelere. Xenodochium quoqué in horto illo situm, 10. April. A. 1607. direptum, pauperesqué miserè tractati fuêre.

Hæc omnia, ad terrorem Euangelicis incutiendum, eosqué periculorum metu & templi ablatione à Religione Orthodoxa abalienandos, facta sunt, sed frustra. Cracovienses enim Euangelici, extra Urbem, ad vicinas Nobilium

quo-

quorundam Ecclesias, à longo jam tempore conveniunt, Deumqué ex præscripto ejus colunt.

Nequé vero silentii peplo involvendum censeo, quod ad opprimendos Cracoviæ eosdem, multa mala & crimina confingebantur, quasi tacitæ conspirationis, in exitium & Urbis & Reipublicæ essent conscii. Hinc A. 1607. tempore Conjurationis Nobilium contra Regem, quæ Polonis dicitur ROKOSZ, Consulatu Cracoviensi tunc fungente Orleno, citantur in Curiam omnes Seniores Politici Euangelici, ibiqué tamdiu detinentur, portis Urbis clausis, donec quidam à Magistratu Civili delegati, domos singulorum lustrarent, inquisitiones facerent, & archivum Ecclesiasticum aperirent, rati fore, ut apud eos aliquas fraudes & condictamina contra Remp. invenirent. Sed cum nihil possent investigare, liberos domum dimittunt. Huc etiam referendum est, quod A. 1637. mandato Episcopi Cracoviensis, pro rostris singulorum templorum, jubebantur singuli Cives, Pastoribus Pontificiis domos suas strenæ tempore visitantibus, bonâ conscientiâ exponere, quot quilibet illorum domi suæ haberet hæreticos. Sequebantur deinde, omnis generis injuriæ, & nullæ non oppressiones: puta, in domos Euangelicorum tempore Ascensionis Dominicæ; (de quibus infra) irruptiones: eorundemqué à municipatu, opificiis, & omnibus Civilibus præeminentiis exclusiones: bonorum, per caducum jus abalienationes: liberorum extra Rom. Ecclesiam baptizatorum & Matrimoniorum desponsatorum, à Clero Pontificio, ex ambonibus publicè proclamatæ illegitimationes: protestationum in causa Religionis factarum, ab Actis publicis remotiones; mandatorum deniqué Regiorum, & privilegiorum, in negotio Religionis latorum, violationes. Quæ singula, ut & alia id genus gravamina, proposita erant A. 1635. in Comitiis Generalibus Varszaviæ, sed nullo successu.

Hactenus quidem communes exposuimus Ecclesiæ Cracoviensis calamitates: restat, ut singulària in medium pro-

feramus exempla, quorum memoriam oblivione aut silentio delere, vetat insignis & stupenda, in quibusdam persequutionibus patientia.

Mos inde à multis retro annis invaluit, maximâ cum publicæ honestatis & pacis injuriâ, ut Studiosi Cracovienses, singulis annuâ revolutione diebus Ascensionis Dominicę, mense Majo (interdum etiam pro festo Corporis Christi, quo armatæ processiones, cum bombardarum ac tormentorum horribili explosione, instituuntur) hostiliter domus Euangelicorum invadant, & spolient, ad extirpandam eam, quam sudem in oculis habent, Euangelii hæresin.

Primum hujus solitę insolentiæ periculum fecerant, A. 1593. in domo Janusi Kálai, natione Ungari; qui ex Transylvania cum Stephano Bathoreo veniens, diuqué in Aula ejus, jam Regis Poloniæ, moratus, tandem Cracoviensis municeps factus est. Hunc 7. Maji adoriuntur, non domum tantùm vastant & deprędantur, sed ipsum etiam vulnerant, & unà cum Conjuge pellunt.

Simili furore, 12 Maj. A. 1610. Kiliani Smidi, Civis & Mercatoris domum aggrediuntur, & merces ejus maximo damno afficiunt, Rectore Academiæ, nullum hac de causâ facessente ipsis negotium.

Sequenti etiam Anno 1611. maximum fortunarum & vitę discrimen incurrit, Simeonis Zagrzebscii Civis & Aurifabri Cracoviensis defuncti superstes vidua. Cujus domum cum invadunt petulantes studiosi, semel atqué iterum, à militibus Magistratus Civilis & Arcensis repelluntur, cumqué pertinaciter spoliis, & vastationi inhęrerent, plurimi eorum globis transfiguntur ad mortem usque. Hospita vidua certe furori indomito succubuisset, nisi sibi maturâ fugâ, per vicinorum tecta elabendo, consuluisset. Duravit hic tragicus tumultus studiosorum, tribus integris diebus.

A. 1615. tanto eorum impetu, Samuelis Piasecii, Civis & Aurifabri Cracoviensis, quassatur domus, ut spe salutis depositâ, cum sua familia, in pedes se daret. Interea hæc

hæc insolentia, ad Episcopum Cracoviensem. Tilicium defertur, qui militibus & aulicis suis stipatus, ad eos proficiscitur, &, cum nollent ultrò monitis ejus & interdictionibus morem gerere, quidam eorum globis transfiguntur, omnes verò dilapsi fugiunt.

A. 1631. summo manè, periculum ob præsentiam Zamoiscii, Capitanei Cracoviensis, nemine extimescente, plures eodem die domos deprædantur, studiosi, nempe Dominici Brikiei, & Davidis Strachonis Aurifabrorum; Lorensi Barsonis, & Thomæ Ferbusi Mercatorum. Auxilium miseris sed serò ferunt milites Castrenses, qui aliquot studiosorum captivos duxerunt, & incarcerarunt. Inquisitionem & exequutionem justitiæ, principalibus authoribus inventis, urgebant Zamoiscius Capitaneus Cracov. qui magnum contemptum reputabat, se præsente talia fieri, & Illustris Princeps Zbaraviensis. Sed obviam eunte Clero Romano, Proceres ab öccepto suo supersederunt; resqué impunè dimissa.

A. 1633. nihil obstantibus S. R. M. mandatis, tunc missis, quibus pax & securitas Civibus specialiter dabatur, libidini quoqué suæ satisfecerunt. Isaacum enim Majerhosum, Civem Cracoviensem, domo pedes protractum, & passim per plateas truculenter quassatum, fustibus horrendè exceptum, in lutum projecerunt, & miserabile furoris spectaculum ex eo fecerunt, subinde sollicitantes revocationem à fide Euangelica. Ipso palinodiam detrectante, ducunt eum in forum, ibiqué in puteo mersum sarcasticè baptizant, & scurriliter verba sacri fontis tractant. Ita viribus debilitatum, per plateam Castrensem, cum exagitationibus trahunt, & ad S. Petri ædem ponunt, à Jesuitis ipsius conversionem flagitantes. Sed cum eum recipere Jesuitæ detrectarent, ad S. Michaelis ædem deductus, Monachis Discalceatis redditur, qui misericordiâ & stupore tacti, hominem miserè excruciatum intromittunt, & domum ejus deduci curant.

 A. 1643.

A. 1643. Majo Mense, tumultu magno excitato petulantium cohortes, in domos Euangelicorum duorum, Lucæ Sznuk, & Servacii Cipser hostiliter incurrunt, horrendè vastant, bona multa diripiunt. Hujus facinoris vindices sumt spiritus Illustr. Dn. Stanislaus Lubomircius Palatinus Cracov. profugorum multos capit, aliquot supra viginti in carceres conjicit. Qui integrum annum ibi detenti, & sumptu Euangelicorum Civium sustentati, tandem post multas Controversias forenses, impunè omnes dimissi sunt.

Exulcerati hujusmodi, Palatini Cracoviensis, duriore in studiosos, Euangelicorum gratiâ, animadversione, facto condictamine, meditantur Michaelis Kalaj, Civis Cracoviensis, sed in pago Chorovice, sesqui altero milliari, ab Urbe distante, tum temporis degente, deprędationem. Quindecim ergo Scholares Cracovienses (prodente, suadente & informante Stanislao Sadurejo Skavinka Clerico, qui duplicem ordinis gradum, multiplici scelere inquinaverat) Cracoviâ, A. 1643. 15. Aug. in villam prædictam, cum curru conductitio, ad res eripiendas destinato, excurrunt: Somno alto noctu sopitos adoriuntur, excitatos minis terrent, verbera intentant, pecunias quærunt, omnibus spoliant: mortem etiam illi Conjugum pari attulissent procul dubio, nisi subitaneo quodam, qualinam nescitur, terrore perculsi, nemine persequente fugissent. Ignoti quidem fuissent, deprædationis hujus nocturnæ authores, nisi theca scriptoria, quæ fugientibus fato quodam exciderat, prodidisset, studiosos fuisse. Summo ergo mane, Cracoviam conjuges spoliati petunt, & Magistratus Castrensis auxilia, ad investigandos sceleratos poscunt. Rem etiam totam aperiunt Magnifico Academiæ Rectori Joh. Naimanoviczio, qui fidem narratis illorum denegabat, ratus, studiosorum nomine, aliquos scurras hæc patrasse. Interea dilapsos & per silvas palantes illos latrones, jussu Stanislai Lubomirscii, Illustris Palatini Cracoviensis, milites persequuntur. Quatuor Jaroslaviæ captivi ducuntur, quorum

unus in templum Virginis Mariæ Jesuitarum confugerat, ratus, se ibi ceu in asylo liberatum iri. Sed custodiâ militum Capitanei Sendomiriensis vallatus, tandem, ad instantiam Palatini Cracoviensis, Stan. Lubomirscii, proditur, & emittitur. Omnes ergo quatuor unâ in Arcem Cracoviensem deducti, sub custodiâ asservantur, nemineque convincente, ultrò gloriabundi fatentur se id deprædationis genus fecisse; persuasi, nullam se pœnam hanc ob causam laturos. Multa ante extremum supplicium illi loquebantur, in defensionem facti sui, & Scripturam quæ hæreticos è medio tolli jubet, & vetera statuta Regum Poloniæ, & concessiones Cleri Romani, & mille similia impunita exempla, adferebant. Post longas controversias, & tergiversationes, judicio Magistratus Castrensis damnati, A. eodem, 17. Septemb. in medio foro, adstantibus 400 ad tumultum studiosorum inhibendum, militibus peditibus, capitibus truncantur. Duo postea alii ejusdem sceleris complices, Tarnoviâ adducuntur, convictique decreto Magistratus Castrensis damnantur. Principalis denique hujus invasionis author Skavinka, præter hoc crimen; multorum aliorum excessuum & latrociniorum, ab aliis accusatus, eidem Magistratui sistitur. Binum erat impedimentum, quominus illico damnaretur, tum quod Clericus esset, tum quod præsens, illius invasionis tempore, non adfuisset. Quocirca magnum fortunarum & vitæ, periculum creaturus erat, Michaeli Kalaj, ejusque Conjugi instantibus & se deferentibus, si appellatio ad Tribunal ei concessa fuisset. Sed patrocinante miseris Conjugibus, Palatino Cracov. contra spem & exspectationem omnium damnatur, prius tamen ab Episcopo Cracov., ad instantiam Palatini gradibus deponitur, depositus, Magistratui Castrensi ad causam dicendam trdiatus traditur complicitatis sceleratæ, scrutinio facto, à Catharina Kalajova (cujus maritus scapulam ab illis invasoribus contusus domi latitabat) per juramentum publicè depositum, convincitur, unaque cum aliis duobus, Tarnoviâ

viâ nuper allatis, 14. Febr. A. 1644, decollatur. Mirum dictu, quam malevolo, & mille exitia spirante animo, studiosi Cracovienses, in illud Conjugum par fuerint, ob trucidatos septem, ex eorum numero, in gratiam, ut illi dicebant, hæreticorum. Insidię tamen eorum, & varia, quibus in necem toties conjurabant, molimina, Dei singulari providentiâ, hactenus quidem irrita fuerunt.

A. 1648. 5. Junii Vilhelmi Tori, Civis & Mercatoris Cracoviensis domum, conspiratione facta, toto impetu aggrediuntur, arietibus semel atque iterum quassant, & ferè diruunt, nisi pedites Palatini Cracov. eos impedivissent & profligassent. Collectis iterum viribus, sextâ Junii. occeptum facinus persequuntur, sed perterriti armatâ peditum manu, & verbera atq; vulnera multa passi, dissipantur. Tandem 7. Junii, cum funus cujusdam studiosi, in hoc tumultu interfecti, in templum Franciscanorum sepulturæ gratiâ deferrent, magnoq; numero processionem facerent, & lapidibus in transitu pedites Arcenses peterent; bombardarum, quas illi in defensionem sui arripiebant, timore perculsi, ferè omnes relicto funere fugiunt. Sub idem tempus Andreas Habstin, & Fredericus Poppen, quorum alter Clepariam, alter Casmiriam, suburbia Cracoviensia inhabitabant, ab iisdem invasionem domuum suarum, vastatione perpessi, magnum damnum aromatu & vini, per insolentiam studiosorum indomitam subiverunt.

Appendicis loco, huic seriei jungemus, memoriam duorum Euangelicorum qui sub tempus Ascensionis Dominicæ, duriora sunt passi. Unus est Laurentius Habicht, qui A. 1613. 19. Maj. apertè inter diu, sine ullâ causâ, præter quàm quod Euangelicus esset, à Davide Gremza, Magistro Academiæ Cracov. fuste, in platea cuidam rustico erepto, adeò concussus horrendè fuit, ut vix domum suam ingressus, vivere desierit. Alter erat, Vincentius Lyszkovic Medicinæ Doctor, vir eximius, qui A. 1617, sub idem tempus domo protractus, verberibus contusus, sauciatus,

per-

per forum & plateas raptatus in amnem Rudaram præcipitatus certè fuisset, nisi Collegiatorum quorundam, tum fortè ex Academia egredientium, operâ & auxilio, Deo sic providente, manibus maleferiatorum ereptus fuisset.

Et istæ quidem in vivos Cracov. Euangelicos studiosorum hactenus fuêre actiones: diceres fortè rabiem impiam hic subsistere, & vivorum persequutionibus satiari, mortuos ei non esse obnoxios, sed quiete eos placidâ uti: Atqui, præter illam Cœmeterii Euangelici Cracov. superius memorati vastationem, plurima nobis & horrenda exempla sufficiunt, cadaverum defunctorum, non dicam Ethnicè, sed bestialiter tractatorum.

A. 1578. Cal. Jun. corpus cujusdam Matronæ defunctæ ad sepulturam vectum, studiosi eruptione ex templo Omnium S. S. factâ, loculo ejiciunt, impudenter denudant, horrendè vulnerant, adeò ut sanguis, ceu ex vivo, proflueret: deniqué passim per plateas restibus tractum, Vistulæ injiciunt, nemine impediente, nedum puniente.

A. 1597. 21. Febr. Sophia Morovna, virgo desponsata Alexandro Dixioni, eidemq; perendie nuptura, moritur & Cracoviæ sepelitur, maximo cum omnium & stupore & dolore. Quem postea auxit solita studiosorum temeritas, operam iis ferentibus nocturno tempore vespilionibus, quisequenti die, corpus effossum omnibus spoliant, & sine fronte denudatum, ad murum cadaver nudum, pedibus cœlum versus, capite ad terram obverso, omnibus spectandum erigunt ac sistunt. Horum tandem vespilionum duo, cum fortè spolia defunctæ virginis divenderent, proditi, incarceratiqué capite plectuntur.

A. 1620. 16. Maj. cum corpus Hunterovæ cujusdam Matronæ, in funere, stipatum 24 militibus robustissimis, ipsâ meridie educeretur, ab armatâ studiosorum colluvie invaditur, & furori eorum, 50 florenorum solutione eripitur.

A. 1629. 6. Julij. Franciscus Rabi mortuus, ab uxore

ſuâ ob metum ſtudioſorum, in dolium abſconditur. Cujus ſtudioſi certiores facti, domum ingreſſi, non prius deſtiterunt, donec eis ſuperſtes vidua, 100. florenos numeraret.

A. 1633. 6. Septemb. Danielis Leduple, natione Galli, Cracovienſis Civis & Mercatoris gemmarii, uxor pientiſſima, eo ipſo, quo animam exhalavit die, per ecſtaſin quandam, videbatur ſibi eſſe invitata, à Chriſto Jeſu ad convivium: videreque coram ſe ſtantes puerulos, albis ſtolis amictos; coronas capitibus, & palmas manibus geſtantes. Id quod præſentes quidam viri cum Matronis piis & fide dignis, quippe teſtibus oculatis, retulerunt, quæ etiam cum ea, paulò ante obitum, ſermones, pietatis & ſolatii plenos miſcebant, agonizantemq; præcibus juvabant. Moritur ergo Matrona illa, maximâ cum animi lætitiâ, ut, non extremum ducere ſpiritum, ſed nuptias quaſdam petere videretur. Hujus tam piæ animæ, attende lector, quiſquis es, quantâ, crudelitate dicam an impietate, corpus poſt obitum tractatum fuerit. Cum omni tacitè domo eveheretur, proditione cujuſdam ſceleſtæ fœminæ, à ſtudioſis Cracovienſibus, in porta Tvorzanienſi, intercipitur, curru ejectum & denudatum in lutum projicitur, tandem loculo impoſitum, per plateas volutatur, concutitur, omnibus (quorum quidam dolebant, alii ridebant caſum miſerabilem) ſpectantibus, quin imò, ipſo etiam Rectore Academiæ hæc cernente. Poſt tragicam circumductionem, illud idem corpus Viſtulæ injicitur, lapide, ne emergeret, collo alligato: Sed à Piſcatoribus perendie exemptum, & conſanguineis traditum, proteſtatione vulnerum factâ, Vielganociam devehitur, ibiq; honorificè ſepelitur. Nobiles Euangelici, in Conventu Proſſovienſi, hac de immani tyrannide certiores facti, per literas, cum Civili, Caſtrenſi & Academico Magiſtratibus expoſtulant utq; exceſſive pœnas darent, inſtant. Illuſtriſſimus etiam Princeps Radzivilius, M. D. Lituaniæ, ſupremis Dux militiæ, hoc facinus S. R. M. cum querimonia expoſuit, cum ei contra exercitum Moſchovitarum Smolen-

len-

lenſcum oppugnantem, copias ducenti, adeſſet. Ideo dicto citiùs, juſſu Regis, inquiſitione factâ, tres principales, hujus immanis facinoris autores convicti, ab Academiâ proſcribuntur: quorum unus Valentinus Iskra tandem, ob alia latrocinia & furta, decreto Regis ad ſupplicium capitis damnatur: qui tamen interceſſione ergo, tum Cleri, tum Nobilitatis Pontificiæ, poſt certam, cum Euangelicis factam conventionem, liberatur. Erant autem hæc pacta conventa: Floreni, 350., ratione expenſarum forenſium, in diverſis templis emendicati, Euangelicis redduntur: deinde ſex Profeſſores, nomine totius Communitatis, pacem, ſub vadimonio 5000 florenorum, pollicentur, eoqué nomine, formulæ ſibi præſcriptæ, propriis manibus ſubſcribunt, ſigillo Academico roborotæ, & per oblatam Actis Caſtri Cracovienſis, illatæ.

A. 1644. Cal. Septemb. Iſaaci Majerhofii corpus, quod vivum tyrannicam ſenſit Studioſorum, ut ſupra retulimus, manum, poſt fata quoq; ſua, eidem obnoxium erat injuriæ. Vix enim ſpiritum exhalavit cum Vielganociam tacitè erectum, & per domeſticos proditum, à ſtudioſis, ad Ædem S. Floriani, per vim eripitur, & ad Scholam, quæ templo Virginis Mariæ adhæret, reducitur, atq; in fœtido loco poſitum, terrâ cooperitur tantiſper dum 100 floreni eis darentur. Perendie autem, mandante Jlluſtriſſ. epiſcopo Cracovienſi Gembicio, procurante Magnifico Academiæ Rectore Vitellio, idem corpus ab Euangelicis quæritur & invenitur: tandem (quod memorabile eſt) ex eadem illâ Scholâ Virg. Mariæ ubi abſconditum erat, publicè, horâ 21. per Studioſos & ſapientes Collegiatos, mediotenus foro, ad domum propriam deducitur, & illæſum ipſius ſuperſtiti viduæ traditur. Denique noctu, comitantibus S. R. M. peditibus Germanis, Urbe educitur, & Vielganociis ſepelitur.

Sic fuerunt perſequutiones Diſtrictus Cracovienſis, ſequitur jam.

DISTRICTUS LUBLINENSIS.

Atqué hic primò breviter historiam exponemus ipsius Ecclesiæ Lublinensis, quæ & quanta fuerit nomine Christi perpessa; deinde, quid in reliquis ejusdem Districtus Ecclesiis acciderit, dicemus.

Lublini ergo, Ecclesia & Schola Euangelicorum, locum habuit, in domo lapideâ Stanislai Tenczynii, Palatini Belzensis, post Cracoviensis, Capitanei Lublinensis: quo defuncto, cœtus aliquamdiu intermissus, & Schola Belsicium translata fuit.

Ædes etiam in suburbio, communi Euangelicorum sumptu empta, Monasterio Carmelitarum vicina, cum impetum adversariorum, contra juris & æquitatis rationem, Annis 1611. 1614. 1620. experiretur, ad extremum Carmelitis, in quorum oculis sudes erat, venditur, alioquin violentâ eripienda inimicorum manu.

Interim in eodem Suburbio, Aula quædam Nobilium Spinecciorum, cœtui sacro, aliquot annos patuit: quę, tumultu à maleferiatis, 1. Aug. A. 1627 excitato, deletur ac evertitur. Decreto insuper Judicii Tribunalitii cavetur, nedullæ in posterum Euangelicorum congregationes religionis causâ Lublini instituantur. Intercedunt huic decreto Proceres Euangelici, eodem anno, in Comitiis Varszaviensibus, ad Regem, idqué obtinent, ut decreta Tribunalitia, quæ vim legis sapiunt, contra securitatem & pacem dissidentium lata, in quolibet officio, nullitati subjaceant, nec in exequutionem deducantur.

Circa hoc tempus, citantur Lublini à Sub-præfecto Lublinensi, instuctione Cleri Pontificii, quidam Euangelicorum, domos seu Aulas Nobilium inhabitantes, ut se unâ cum uxoribus, ad causam religionis dicendam, sistant judicio. Inter alios, citatur quædam Matrona, Vilhelmi Tuch Mercatoris Scoti, tum mercium causâ peregrè profecti, uxor. Hęc, ubi com-

comparuit, à Subpræfecto, & Laurentio quodam Sacerdote Pontificio, interrogatur, an esset fidei Catholicæ, & an confessionem auricularem observaret? respondit: Euangelica sum, & soli Deo, cui pecco, confiteor peccata mea. Quid ergo causę, interrogat Subpræfectus, dic mihi, fuerit, quod abjeceris fidem Romano Catholicam, quove consultore, id feceris? respondet illa: Deum hoc in corde suo effecisse, quo nomine ęternas ipsi agere debeat gratias. Bilem Sub-pręfecto hęc verba mulieris imperterritæ moverunt. Increpat ergo illam, optionemque dat eligendi utrum vellet; aut ut palinodiam caneret, aut ut carcerem ingrederetur. Cum verò illa nollet morem gerere palinodiam suadentibus, in vincula & carcerem, sine ulla misericordiæ ratione conjicitur: quinque enim liberos habebat, quorum unus infans, non ita pridem in lucem editus, ab uberibus matris pendebat. Erant quidem quorundam Euangelicorum intercessiones, sed nihil proficiebant, quin imò minabatur Sub-præfectus, fore, ut ad quæstiones & fidiculas traheretur, nisi post triduū Missam & Confessionarium adiret. Laurentius etiam Sacerdos Pontificius, qui tum Sub-præfecto aderat, dicebat, idem etiam alios Euangelicos Lublinenses manere; Officialem quippe in eo totum esse, ut Lublinum ab Hæresi Lutherana omninò purgaret. Jesuitæ interea Matronam incarceratam frequentes adeunt, partim minis partim promissis conantur suam facere: ideoqué nemini Euangelicorum ad eam patebat aditus, nequé licitum erat cuiquam eam alloqui. Sed illa, virtute cœlesti, cui nihil impervium est, corroborata, nullo modo passa est se à proposito divelli.

In exemplum hæc aliorum Euangelicorum facta erant, ut sic à Religione sua, metu persequutionis, absterrerentur. Verum enimverò, quoad respirare dabatur, non cessabant Euangelici Lublinenses, in suo pio zelo, quin Deum celebraturi, Aulas quorundam Nobilium adirent: Nequé etiam cessabat hostium furor: qui invadunt Aulam Slupecianam, fores effringunt, Ministro Verbi Divini vix elapso.

A. 1630, die Soteriorum, seu Veneris post Dominicam Palmarum, cum frequens Cœtus fidelium, in Aula Illustris Ducissæ Zaslaviensis, viduæ, ad audiendum Dei Verbum, & præparationem ad festum Paschatis, conveniret, malé hoc habebat Clerum Pontificium; ideoqué ut Conciones Sacras impedirent, subornant unum è medio sui Sacerdotem, qui simulatâ citatione forensi illis timorem incuteret. Ingreditur ergo Aulam, ubi congregati erant. Verba tum temporis ad populum faciebat Matthias Vengerscius, Concionator Aulicus, ante quem illam citationem Sacerdos Pontificius, ponit, & illico egreditur. Conturbati fuere universi, ignari quid sibi vellet, illa forensis citationis depositio, ex improviso allata. Interturbatur ergo sacra Concio, & Raphael Przyiemscius, Succamerarii Calissiensis filius, Sacerdotem egressum insequutus, cum eo expostulat serio hac de re, & monet, imposterum abstinere hujusmodi perturbationibus. Paulò post, justissimo Dei, fidelium suorum Vindicis, judicio factum est, ut illi qui sacra Euangelicorum, die soteriorum turbare decreverant, ipsi in tantum subitaneo timore perculsi fuerint, ut cceptos Sacrorum suorum ritus abrumpere cogerentur. Etenim feria prima Paschatis, sub concionem antelucanam, in templo Jesuitico, terror, præter omnium spem atque opinionem exortus est panicus, ita ut omnes agminatim, cœco impetu è templo illo, diffugerent, ignari quid rerum ageretur: quidam clamabant, hæreticos cædibus omnia miscere, & templum undiqué impugnare: alii Scythas & Tartaros advolare: major pars, templum cum suis columnis ruere: maxima, conspici quædam monstra, in specie humanâ, quæ summa templi laquearia capitibus attingant. Celeri itaqué omnium è templo fugâ, plurimi conculcantur pedibus, quorum nonnulli illico eo in loco suffocantur, alii per longum tempus postea ęgrotantes, vix pristinæ sanitati restituuntur. Scilicet, hic David exclamet: *Rete aptaverunt gressibus meis, foveam quam foderunt ante me, cadent in eam vehementissime.* Usqué adeo obtinet, quod Sapientissimus

mus Regum occinit: *Qui fodit foveam in eam decidet, & qui devolvit lapidem, in illum revolvitur lapis.* Pf.57.v.7. Prov.26. 27.

Sequente A.1631.feriâ II.Pentecostes, digredientes è cœtu suo sacro Euangelicos, ex Aula Zaslaviensi; colluvies Urbis, quæ subsidebat, in domibus Suburbii Cracoviensis, insidiose invadit, concutit, ac diripit. Toties igitur perterriti Euangelici, rarius Ministerio verbi publico, Lublini usi sunt.

Cum verò jam nullas cultui sacro destinatas possiderent ædes, tempore Interregni, in Comitiis convocationis, seu Confœderatione Generali Varszaviensi, A.1632. talis promulgatur Constitutio, Dissidentes in Religione (sic Adversariis volupe est vocare Euangelicos) concernens: In Civitatibus Regiis, ubi tum temporis, ædes cultui Sacro erectas habent, eas imposterum possidere, earumque usu gaudere possunt; Ubi vero Ecclesiis, aut ædibus hactenus carent, ibi alias, ad evitandos tumultus, non erigant, verumtamen Religionem suam, in privatis ædibus, advenæ tutò colere possunt.

Sic miseri Lublinenses Euangelici, libertate religionis exercendæ, quâ hactenus gaudebant in suis publicis Conventibus, privati sunt. Duo superesse videbantur, ad leniendum ex tam insigni jactura, dolorem; nempe, libertas deducendorum funerum extra Urbem, in hortum sive locum sepulturæ, Euangelicis proprium; & accedendi ad sacra in Aulas Nobilium, si qui adessent cum suis V. D. Ministris.

Funebres exequiæ fiebant, sine Ministro, sine cantu, sine concionibus. Honoris tantum causa doctiorum sive disertiorum aliquis, à sepulturâ, gratias agebat brevi oratiunculâ aliis, pro exhibito humanitatis, ac deductionis funerariæ officio.

At verò, ne ita quidem posteà defunctis parentare licuit. Nam 4. Febr. A.1633. sub Coronationem Uladislai IV Regis Poloniæ, in deductione funeris ad locum sepulturæ, fex populi comitantes magno impetu adoritur, aurificem quendam Bombardæ explosione lædunt, alium natione

Sco-

Scotum interficiunt. Nec redeuntibus à sepulchro, in Urbem parcitur: quorum aliqui undequaq; cincti armis, quoad possunt, vim hanc à cervicibus suis propulsant, & duos ex adversâ parte, dum furori resistunt, trucidant. Sedato nonnihil tumultu, domum quandam lapideam, in qua Samuel Macovius Medicinæ Doctor, conclave suum habuit, invadunt, & Macovium tanquam antesignanum Euangelicorum Lublin. diligenter inquirunt, & bonam suppellectilis ejus partem diripiunt. Sed ille aliquantisper, in Urbe occultatus, cùm noctu non minus quàm interdiu quæreretur, tandem nocturno tempore è muro Civitatis sese demittit, Cracoviam ad Regni Comitia abit, & salvum conductum à Regia Majestate impetrat. Eo fretus Lublinum revertitur, nec quicquam injuriæ sibi illatum iri suspicatur. Veniunt & Commissarii à Rege in hoc negotio Lublinum missi, semel atqué iterum causæ istius cognitioni, nondum inchoato judicio Tribunalitio, incumbunt, & liberos ac innocentes pronunciant Euangelicos. Nihilominus res hæc ad Tribunal Regni devolvitur. Macovius inter alios, in carcerem injectus, jure jurando à Syndico Bernadinorum reus agitur, & capitis damnatur. Bone Deus, quanto ille in mortis versabatur metu, cum toties ad locum supplicii eductus, manum Carnificis gladio armatam, cervici suæ imminentem videret, iterumq; interveniente Procerum intercessione vitę compos fieret. Inter spem & metum vir ille versabatur, cum ferè tot mortes oppeteret, quoties ad scalas gemonias traheretur. Vix tandem, intra septem septimanarum spacium, pactis quibusdam, & præstitis durissimis conditionibus, ac numeratis Monasterio Bernardinorum, tredecem florenorum ex liberalitate Nobilium quorundam datorum, millibus, è carcere illo, in quo apposité, Psalmum XXXV. versionis Ribinianæ cantare solebat, dimittitur.

Qui verò Lublini supersunt Euangelici, etiam domi cum suis, legere Sacras Conciones, Psalmos, hymnosve canere prohibentur: nec extra Urbem defunctorum corpora clam evehere,

evehere, ad loca etiam remotiora, satis tutum est. Sacra igitur in publico verbi Ministerio celebraturi, ad vicinas Patronorum Euangelicorum Ecclesias, ab A. 1627 excurrunt.

Hæc de Reformatorum Lublini sorte & statu; In eodem tractu, A. 1553. Curoviæ oppido Zbansciorum Præpositus, cum Nicolao Vicario, docebant Christi Euangelium, & superstitiones Pontificias damnabant atquè sensim abolebant. Eo cognito Episcopus Cracov: Zebrzydovius, citat eos adse Lublinum. Præpositus emanet, Vicarius Nicolaus comparet, & mandato Episcopi, Bozencinum, quò Episcopus præcesserat, se confert illic miris modis ad canendam Palinodiam allicitur ab eo, multa promittente, si faceret, minante si abnueret. Verum spretis vitę hujus commodis, nec minas exhorrescens, in Euangelii veritate animosè perseverat. Atq; dum Episcopus sineret eum in templo suggestum conscendere, spe ductus, fore ut publicè condemnet Religionem Euangelicam, & Pontificiam commendet; ille Episcopum, sacerdotes, aulicos, cives, rusticos, ad amplectendam veram Christi doctrinam excitat, idololatriam vituperat, errores Pontificios palam detegit. Quapropter Episcopus perspectâ hominis constantiâ, jubet eum in carcerem coniici, inediâ & siti enecandum. Cogit vinctum extrema fames, librum, qui penes ipsum erat, chartis butyro illitis devorare. Postea famulus Præfecti Arcis, tacitè ad eum ingressus vecte, adhuc spirantem ægrè, interemit.

Christ. Krainski in Postilla Polon. Dom. Exaudi. fol. 294. b.

Eras. Otvinovius in Heroibus Christianis.

Idem eandem ob causam accidit, cuidam Martino, Pastori Ecclesiæ wierzchoviscensis, à Monachis Dominicanis Lublini. 14 Nov. A. 1597.

Odia, eo usquè postea excreverunt, ut non tantum non liceat, vel in privatis ædibus Posnainæ, Cracoviæ, Lublini (ubi tamen Euangelicorum plurimi) sacra celebrare, sed ne Pastoribus quidem Urbem intrare, nisi in discrimen vitæ, agniti, ultrò incurrere voluerint. Johannes Grzybovius senior Ecclesiarum Districtus Lublinensis, A. 1629. Lublinum pergens, propé urbem à furibunda Jesuiticâ juventute,

in publicâ viâ apertis in campis, vix non oppressus, proditusquè miser fuisset, si non marsupio unâ cum nummis dato, petulantes ac pervicaciter currui insidentes mitigâsset, aurigam verò, currum in Aulam Illustris Mariannæ Zaslaviensis Ducissæ agere imperâsset.

Durius tractatus Collega ejus Consenior, paulò post, Joh. Cluentius Baczkovius, Pastor Boniecensis, senex decrepitus. Evocatus à vicino Nobili, ut infantem sacro fonte lavaret, in reditu, à Parocho Pontificio, verberibus affectus, carceri impactus, curru, reculis & equis spoliatus. Id tamen impunè non tulit. Nam, de hac injuriâ, cum illustris Vir Patronus ejus, Joh. Firlejus, conquestus esset, apud Episcopum Chelmensem, Parochus, Regis & Episcopi mandato citatus, à Sene veniam petere, res ademptas, cum damni restitutione, reddere; ac sex hebdomadarum carcerem subire jussus fuit. Exinde majori odio flagrans Ministro illi minabatur graviora. Interim in horrendum incidit morbum; furore quodam per vices sensim accedente: ubi paululum conquievit, rogabat Ministrum illum accersiri, dicens: Veniat huc ut deprecer apud eum culpam, innocentem verberavi, non est hæreticus, benè illi credunt: & recensebat articulos fidei Euangelicæ, cum approbatione: Metuentes igitur, qui ipsi adstabant, ne ad hæreticos transiret, Ministrum non vocarunt. Sic intra dies aliquot in illa desperatione animam exhalavit.

In DISTRICTU RUSSIÆ, superius commemoratum est, quæ perpessi sint, ab Episcopo Premisliensi, circa A. 1550. tum Stanislaus Orichovius, Canonicus Premisliensis, ob uxorem ductam, & quosdam Romanæ Ecclesiæ errores impugnatos; tum Martinus Crovitius, ob secessionem à Pontificiis factam. Recenti hæret memoriâ, lis inter Achacium Grechovium, Episcopum Premisliensem, & Samuelem Suantopelcum Bolestrafzicium S. R. M. Secretarium, Euangelicum oborta. A. 1627. Transtulerat Bolestrafzicius libellum Petri Molinæi, Theologi & Professoris, in Acade-

demiâ Sedanensi, dictum Heraclitum, sive, de vanitate & miseriâ vitæ humanæ, ex Gallico in Polonicum idioma, ac dedicatum serenissimæ Annæ, Infanti Sueciæ, typis evulgârat A. 1624. Eam nactus occasionem, citato Bolestrasziciо ad Lublinense Tribunal, Episcopus ipse, tanquam Actor, proponit judicio causam. Conqueritur de injuria non modo suâ sed etiam communi: quod ausus sit in lucem emittere libellum blasphemiis & calumniis refertum. Respondet Bolestraszicius; Nihil esse in accusatione ista, præter odium Episcopi privatum, quod jam, antè editum hunc libellum, expertus fuerit: librum nullas continere blasphemias & calumnias: se primum hoc nomine in libera Rep: in jus vocari: cum autori, in absoluto Dominio, librum hunc, & plures alios, prælo committere licuerit. Hæc & alia ad objectiones, regessit doctus & facundus Bolestraszicius: quæ tamen ei nihil profecerunt, quominus decreto Tribunalitio ob translationem libelli illius, infamis redderetur. Ab hac infamia tandêm, per publicam Comitiorum Regni, decreti illius abrogationem, absolutus est, & liber pronunciatus.

In DISTRICTU BELSENSI, Thomas Pandlovius, Pastor Ecclesiæ Dorohostajensis, ex itinere domum repetens, & Minister Euangelicorum agnitus, à quodam Nobili Pontificio Prusinovio, è pontone quo simul vehebantur, in fluvium Bugum, ad Sokalum Urbem, præcipitatus vix evasit, non multò post vitâ defunctus. A. 1643.

CAPUT XVI.

Persequutio Reformatarum speciatim Ecclesiarum, in Magno Ducatu Litvaniæ.

SEdatis intestinis, ex factione Arianicâ, in Districtu & Ecclesia Vilnensi, motibus, non cessant externa mala & persequutiones à Pontificiis, sed subinde majores accedunt. Nam A. 1581. tumultus Vilnæ excitatur à Romanensibus, con-

Volanus contra Skargæ Missam. lib. 2. p. 96.

Volanus contra Skargæ Missam lib. 2. p. 96.

Lasic. Apologet. p. 144.

contra Euangelicos, tam Helveticæ, ut vocant, quàm Augustanæ Confessionis. Et primum, libri Orthodoxi, ex mandato Episcopi Vilnensis, Typoprapho rapiuntur, moxqué ad ædem D. Joh. exuruntur. Lasicius etiam refert, Danielem Lancicium, Typographum Euangelicorum, Vilnæ à Jesuitis, per subornatum ipsius famulum, characteribus privatum, & furem illum apud eos conservatum fuisse: propter quod instructi hominis ad nocendum facinus, vir bonus ad inopiam redactus est.

Prohibebant quoqué Pontificii in eadem Urbe, Euangelicos, cadavera mortuorum, ad locum sepulturæ suæ, per plateam, præsertim juxta templum S. Johannis deferre, & cantu, deductiones funerum cohonestare. Prodeuntes in funus probris afficiebant, & clamoribus in plateâ lacessebant: Redeuntes à funere domum Ministros duos, studiosi è Scholâ, D. Johannis templo contiguâ, & otiosa quædam plebecula, vix non lapidibus obruerant in platea. Minabantur etiam violentam templorum Euangelicorum vastationem ac eversionem.

Quapropter Proceres Euangelicorum, Stephano Regi supplicant: qui memor juramenti sui, in suscipiendo Regno, & incorporatis Provinciis, præstiti, severum promulgavit mandatum, è Castris ad Pskovam, in Moschovia. 26 Sept: A. 1581. & misit ad Præfectum Vilnensem, ut pacem Euangelicis conservaret, nec tumultibus, ullâve injuriâ, eos gravari pateretur. Ab eo tamen tempore, variis afficiebantur cladibus à Pontificiis, Vilnenses Euangelici.

A. 1611. Italus quidam Francus di Franco, ob publicam idololatriæ improbationem, martyrium subiit. Vir erat juvenis, pius, & probus, 26 annorum: qui in Italia natus ac educatus, in Poloniam migraverat cum Patre, postea Salinarum Præfecto. In Patria cum tot horrenda audiret de Hæreticis, monstra illos esse putabat. Observat Cracoviæ in Polonia, ingenia, mores & actiones eorum, contrariumqué antè auditis reperit. Hinc, depræhensâ suorum doctorum frau-

de;

de, veritatem Euangelii agnoſcit & amplectitur. Reverſus in Italiam, ſuſpectus fit hæreſeos, captus ideò carceri includitur, in quo detinebantur quidam facinoroſi. Hi nacti inſtrumentum quoddam, carcere exeunt: quos & Francus ille fugiens ſequitur, reditquè in Poloniam. Non multò poſt, Nobilibus quibuſdam Lituanis præficitur Ephorus: moraturquè Vilnę, & pro ſingulari ſuo Zelo, pietate ac vitę ſanctimoniâ, non modò ipſe in ſanctis precibus, Sacroquè cultu perſeverat; ſed etiam alios quoſvis, maximè Italos, ad preces & pietatem excitat, inquè fide orthodoxa confirmat. Interea conſcientiam ipſius teneram premebat ſcrupulus non leviter, utrum rectè fecerit, quod, ob Euangelii Chriſti profeſſionem captus è vinculis fugerit. Quapropter reſumit animum; certoquè intra ſemetipſum ſtatuit, quævis ſeſe, ſi contingat afflictio, pro nomine Dei, paſſurum. Symbolum hujus ſuæ conſtantiæ, hoc ſermonibus uſurpabat crebris: Ibo, & patiar pro nomine Dei. Nimirum præſagiebat animus id, quod A. 1611. evenit. Ut ſolebat, diebus ferè ſingulis, ita feſto (ut vocant) Corporis Chriſti, in cætum Euangelicorum venit, & ſacris, faciente ad populum verba Andrea Chrzanſtovio, Miniſtro V. D. ex Dan. cap. 3. de Idolo Nabuchodonozoris Babiloniorum Regis, una cum aliis fidelibus vacat. Finita Concione, domùm è templo redit, Euchariſtiam à Pontificiis, per forum cum pompa circumferri, & magnam populi catervam ſupplicantem ordine incedere videt, & Italos, ſympatriotas ſuos, quibuſcum illi frequens erat converſatio, piis monitis, ab illa idololatria revocare conatur. Poſt zelo quodam extra ſe raptus, theatrum ubi Miſſa celebrari debuit, antequàm Benedictus Woina, Epiſcopus wilnenſis, cum ſolenni illa proceſſione adveniret, conſcendit, plebemquè circumſtantem inclamat: Quid agitis? putatis vos cultum Deo præſtare? & vos ſummam horrendamquè committitis idololatriam. Panis ille; qui circumgeſtatur, non eſt Deus, ut falsò jactitant, ſed merum idolum: quod ne loco quidem ſeipſum, niſi geſtetur, movere

queat. Chriſtus Deus noſter, quærendus eſt in cœlis, ad dexteram Dei Patris ſedens. Hic miſer à promiſcua plebe circumfuſus, & horrendè percuſſus, ad carcerem in Prætorium rapitur. Poſt dies aliquot Epiſcopus, una cum aliis Magnatibus, producto eô, quęrebant: num ab hęreticis ad tantum facinus patrandum conductus fuerit? & an Reginam vel Regium filium, vel Epiſcopum interimere voluerit? Ad utrumquè quæſtionem, bonâ fretus conſcientiâ, animoſè reſpondit: ad priorem, à nemine ſe incitatum, ſed pietatis zelo, & conſcientia urgente fuiſſe commotum. Non potuiſſe ſe diutius intueri honorem Salvatoris ſui muto idolo deferri. Ad poſteriorem: Non decere, Chriſtianam Euangelicam Religionem, Magiſtratuum cædes & paricidia, quæ hactenus à Pontificiis in Gallia, Britannia, Belgio & alibi ſæpius perpetrata hiſtoriæ prodiderunt. Monuit præterea Epiſcopum, ut abnegata idololatria, purum Dei Verbum promoveret, nec miſeram plebem humanis figmentis, faſcinari ſineret. Doctrinam autem Euangelii, tanto zelo & conſtantiâ profeſſus eſt, ut Epiſcopus famulos & populum foras expelli juſſerit. Qui in publicum prodeuntes teſtati ſunt, ſe nunquam quenquam tantâ parrhæſiâ & animo, de rebus divinis ex ſcripturis differentem audiviſſe, quam hunc hominem. Erat enim in S. Sacris literis exercitatiſſimus. Diebus aliquod elapſis, denuo iiſdem judicibus ſtatuitur, & ſimili ratione examinatur. Et cum nullâ ratione, à veritatis profeſſione abduci ſe pateretur, crudeliori examini, nempe torturæ ſubjicitur. In quibus immaniſſimis cruciatibus, tantum abeſt, ut fidem abnegârit, quin majori & excelſiori animo, eandem profeſſus, geſtiente quodam deſiderio martyrium
Rom.8.v.18. expectaverit. *Non ſunt*, inquiebat, *pares præſentis temporis preſſuræ & perpeſſiones, gloriæ in nobis revelandæ.* Intercedebant pro liberatione ejus multi nobiles Euangelici, & præcipuè ſuam interponebat operam, Generoſus verèquè pius Joh. Sviccovius. Sed omnium ſtudia erant irrita: ſpe quadam lactabant miſerum adverſarii, ſi à fide Euangelica, ad Ca-

Catholico-Romanam desciſceret, fore, ut ſalvus evadat. At ille: paratus ſum, inquit, meam teſtari, & ipſâ morte obſignare, in veritate cœleſti conſtantiam. Itaque tum Nobiles Euangelici, tum maximè Francus ipſe precipuè poſtulabant, ſupplicium hoc ſumi, in publico loco & interdiu. Verum nequé hoc obtinuerunt. Tandem pridie Cal. Julii, poſtquam ad ſupplicium traheretur, ſuſpirans dixit: Domine, tibi commendo animam meam, corpus, cui tu vis. Nec mora, crudeliſſimè è medio ſublatus eſt privatim, inter mœnia prætorii, de nocte. Genus mortis tale fuit: Carnifex, antea ſub torturâ horribiliter excruciatum, tabulæ alligavit, linguamqué ſub mento, crudeliter extraxit, deindè corpus avulſa cervice, in quatuor partes diſſecuit. Has palis affixas, ſequenti die ex Urbe extulit, ac in gratiam Svicicovii, id ab eo poſtulantis ſepelivit. Refodere iterum coactus, affixit palis extra portam. Sed Svicicovius curavit per ſubditos ſuos demi, & avehi in lucum, ſaltumqué nemoroſum, ibiqué recondi, ne inveniri atquè erui ab Adverſariis poſſent.

Immani hoc crudelitatis exemplo, hoſtes veritatis nondum ſatiati, ſequenti die, Cal. Juliis, in Urbem Troki, tribus Vilna milliaribus, devotionis cauſa ſe recipiunt. Quo in loco, quæ conſilia inter ſe agitaverint, eventus declaravit. Nam 2 Julii Jeſuitarum ſtudioſi, in Urbem redeuntes, nobilis cujuſdam Euangelici ædes invaſerunt; quibus horę ſpatio expugnatis, templum Euangelicorum Reformatum, magno impetu aggreſſi ſunt. Et perforato muro, ingreſſi, Miniſtrorum alterum, Balthaſarem Croſnievicium SS. Theologiæ Doctorem, ex altiſſimo loco præcipitem egerunt; alterum, Martinum Tertullianum humi proſtratum, ad mortem vulnerarunt. Tertium Joachimum Vendland, Germanicæ Eccleſiæ Miniſtrum, horribiliter fuſtibus dedolatum, in flammas conjicere annitebantur. Quod etiam præſtitiſſent, niſi Deo gubernante, miſerrimo infantis, una cum matre crudeliter extracti ejulatu, mirabiliter ſemimortuus ſervatus fuiſſet. Bibliothecas tam Eccleſiæ quam Miniſtrorum

rum ſplendidas, partim combuſſerunt, partim aſportârunt. Nec hic hominum furor ſtetit: ſed inſuper ciſtis & ſcriniis vi confractis, veſtimenta, lectos, ſuppellectilem, & quicquid rerum fuit, abſtulerunt nefariè. Tandem igne ſuppoſito, templum, Scholas, ædes Miniſtrorum & Præceptorum ex uſſerunt.

Etſi verò Ieſuitæ, facinus nefandum publico ſcripto extenuare, & à Scholaribus ſuis in promiſcuam plebem derivare conati ſint: tamen cum nimis eſſet notorium, initium devaſtationis à ſtudioſis ortum eſſe, puduit eos chartæ publicatę, ejuſq; exemplaria poſtmodum interceperunt. Cujus chartę, ſeu ſcripti, finis primarius fuit, ſupremum Magiſtratum, contra Euangelicos, quos hæreticos vocant, concitare, & perſvadere, tutius in urbe Judæis & Scythis, quantumvis Chriſtum Deum abnegantibus, exercitium Religionis concedi poſſe, quam Euangelicis, ut, qui majus Eccleſiæ Romanæ damnum, quam illi, adferant.

Poſt hanc templi Euangelicorum Vilnæ vaſtationem, eo nomine actionem coram Rege, Smolenſco ex Moſcoviâ redeunte, Generoſus Joh. Svicicovius inſtituit. Ac primum, piis gemitibus Deum orat: O Domine, qui ſtatuis os homini, ut olim Moſi Pharaonem Regem compellaturo, adſis ori meo & linguæ impeditæ, doce me, quæ loqui debeam, ut omnia cedant, ad nominis tui gloriam. Cum autem in ipſo Senatu & judicio Regio Vilnæ compareret, cauſamqué oppreſſorum Euangelicorum diceret: Referendarius M. D. Litvaniæ Euſtachius Wolovicz, poſtea Epiſcopus Vilnenſis, mandante Rege, alloquitur Suicicovium. Sacra, inquit, Regia Majeſtas quærit, quo nomine cauſam hanc proponas?. Reſpondet ille: Reverendiſſime Præſul, optimè me noſti, quod non ſim Procurator, ſive Actor cauſarum; nequé alieni juris vicarius; ſed ſiſto me hîc, tanquam fidelis ſubditus Regiæ Majeſtatis, tanquam incola M. D. Litvaniæ, & quod majus, tanquam Senior, ex Equeſtri Ordine, Eccleſiæ Vilnenſis: quo reſpectu, cauſa hęc perinde ac aliis, mihi quo-

quoqué incumbit. Adhæc Benedictus Woina Episcopus Wilnensis, Regem alloquens agit. Confessus est, & non negavit: Rex verò subrisit & omnes Senatores. Tum Referendarii Patruus alter Wolouvicz Thesaurarius M.D. Lituaniæ, ad Suiecovium: Sponde, inquit, Regi, vos ex causâ hac, Comitia Regni proxima non esse turbaturos, & Rex pollicetur, se ipsum causam hanc Ecclesiæ Vilnensis dijudicaturum. Ipse posteà Referendarius, privatim Suiecovium compellat. Mi Affinis, inquit, quid opus erat publicè commemorare hunc Senioratum? vereor ne id imposterum tibi noceat. Cui Suiecovius: Non me pudet istius in Ecclesia muneris: nec tanti æstimo honores mundi, quin causam Dei mei agam, ejusqué gloriam, quoad possum, promoveam. Et certé nihil ipsi officium illud, ejusqué publica professio unquam nocuit: qui sorte suâ contentus, pius & zelosus Ecclesiæ Dei Patronus, Ministrorum verbi Dei benefactor, alterqué Abdias, piè & placidè obdormivit Zaroii. 5. Jan. A. 1643.

Nec multò post Euangelici restaurârunt templum suum Vilnę, Scholam, ædes Ministrorum & Pręceptorum quæ tamen Adversarii iterum variis modis infestârunt, donec tandem Euangelici, in locis istis, religionis exercitium intermittere coacti fuerint.

Anno enim 1639. excitatus est ingens tumultus Vilnæ, à discipulis Jesuiticis, quo templum Euangelicorum oppugnârunt, expugnaruntqué. Rectorem Scholæ Euangelicę, Georgium Hartlibium Dantiscanum Borussum, exceperunt verberibus, ac plagis mactatum, per plateas ad pontem traxerunt, & in præterfluentem fluvium dederunt præcipitem, ex quo vix evasit. Multorum Mercatorum Euangelicorum domos spoliârunt, & aliquot millium damno affecerunt.

Eodem anno, id ferè contigit Euangelicis Vilnæ, quod Socinistis, in Min. Pol. Racoviæ, anno superiore 1638. Scholæ Racoviensis Juventus, vicinam effigiem Crucis dejecerat. Ideò, publico Comitiorum decreto, templum, Schola, & typographia eis adempta: & Pastores Ecclesiæ illius, scholę-

qué Præceptores in exilium acti. Paulò post Patronus eorum, Jacobus Sienienius, Palatinides Pallachiensis, curis & mœrore fractus, obiit.

Hoc facto in Racoviensibus experimento atqué exemplo, tanquam in una Dissidentium parte, successit etiam, quod fuit pridem in votis & machinationibus Adversariorum, in altera Dissidentium parte, nempè Euangelicis Vilnensibus.

Duo quidam Nobiles Juvenes A. 1639. ex temulentia, Vilnæ extra portam templi Euangelici in platea, ad monedulas arcu sagittas emittendo, ipsam Archangeli Michaëlis imaginem, in fastigio templi Monialium, Ordinis Francisci, Divæ Claræ, casu, non datâ operâ, ferière. Secutæ sunt turbæ in funere Viri nobilis Przypcovii, ab Euangelicis extra mœnia urbis, in hortum, ubi locus sepulturæ erat, deducto, quas tamen ipsi Pontificii de industria cierant, excitatæ.

Hac occasione dimissis illis, qui sagittas in Michaëlis imaginem emiserant, templum Euangelicis Vilnæ, intra Urbis pomeria, cum Schola & Xenodochio, ademptum, & omne religionis eorum exercitium, publicum juxta & privatum, in loco illo, imò intra Urbis muros, inhabitum, atqué extra mœnia in suburbium, in hortum, S. Cœmeterium illorum, edicto Regis, in Comitiis Varsavienfibus, ad assiduas & importunas Pontificiorum Procerum quorundam instantias, 26 May. A. 1640. relegatum est.

Ejusdem Decreti vigore, Abbatissæ illius Monasterii, cum adjunctis aliis aliquot, injunctum fuit, intra septimanas octo, Vilnæ, in Tribunali compositi judicii, jurejurando, Ministros Euangelicos convincere, & alios in area templi Euangelici habitantes, quasi ipsorum scitu & conniventiâ tela illa vibrata fuerint, in contemptum Ecclesiæ Catholicæ, à qua tamen culpa longè illi abfuerunt. Interim Abbatissa illa, criminis objecti, alios convictura, morte repentinâ, unâ cum aliâ Moniali, ad cœleste citata est judicium.

Pro-Cancellarius verò Lituaniæ, acer Euangelicorum per-

persequutor, & ad eripiendum eorum Vilnense templum, in Comitiis Varszaviensibus strenuus incitator, verba postridiè pro Monialibus coram Senatu facturus, dicebat: Non gladio, sed linguâ expellam Euangelicos, non tantùm Vilnâ, sed etiam totâ Lituaniâ. Quid fit? dum noctu eam meditatur Orationem, sequente die manè Varszaviæ in Comitiis, correptus est Paralysi, ut lingua non potuerit facere officium, quod mens voverat.

Præstito postea à Monialibus juramento, Ministri Euangelici Vilnenses duo, Balthasar Labenscius, & Joh. Jurscius, exules facti, in fines Borussiæ commigrârunt.

In his omnibus Proceres quidam Pontificii, Christophorum Radzivilium, Palatinum Vilnensem, & supremum Exercituum M. D. Lituaniæ Præfectum, eximium Ecclesiæ Euangelicæ Patronum, ex odio privato, (ut olim Danielem, in aulâ Darii Regis) arreptâ hac religionis causâ, maximé impetere videbantur. Conquestus is in Epistola ad Nobilem quendam, se hac mole curarum, nimium gravari: nec suâ memoriâ unquam audaciori conatu, in destructionem Euangelicorum adversarios conspirâsse: non jam colluviem urbis, non plebem, non studiosos tumultuari; sed brachia secularia, totas potestates & primariæ dignitatis Viros, contra Euangelicos moveri.

Sic & hunc, arte & Marte, summum Virum, optimum Reip Civem, Senatorem prudentissimum, insigne Ecclesiæ fulcrum, uti mortalem, Deus immortalis, curis confectum, ex istis turbis, ad chorum Ecclesiæ triumphantis transtulit, 19. Septemb. A. 1640. Æ. 56.

A. 1641. 24 Nov. cum Jacobus Chelchonscius Minister Vilnensis, Matronam quandam, Martini Niegovicii uxorem ægrotantem, in Urbe conveniret, posteaqué domum extra Urbem positam repeteret, à studiosis aliquot invaditur, vim & verbera passus. Quem cum Niegovicius, qui Ministrum comitabatur Urbe egredientem, defenderet, & insolentiam eorum reprehenderet, illi Ministro misso, eum adoriuntur

& horrendum in modum fustibus dedolant. Hoc facinore perpetrato studiosi, Rectorem Jesuitarum adeunt, querentes, Ministros Urbem sæpé ingredi; ægrosqué visitare, contra decretum S.R.M. Rector, veniam ipsis concedit, Ministros, si quos fortè obviam sibi in Urbe haberent, vestibus privandi, non tamen vulneribus afficiendi. Veniâ impetrata studiosi, cum more solito, Ministri duo Ordinarii Vilnenses, ad pomeridiana sacra, in templo extra Urbem posito, absolvenda, ex Aulâ Principis Radzivilii, M.D. Lituaniæ Succamerarii egrederentur, insidiis factis, præstolabantur venientes. Occurrit interea euntibus quidam Piasecius sartor Euangelicus, qui Ministros insidiarum penitùs ignaros hortatur, ut fugâ sibi consulant, si discrimen vitæ evadere velint. Illi consternati, aulam repetere tentant, sed, colluvie studiosorum, ex insidiis se proripientium, undiquaqué circumfusi, nequeunt effugere. Crudeliter ibi miseri homines, tractati sunt: unus Gierdarla V.D. Minister, fustibus ferè ad necem exceptus; alter, Jacobus Chelchonscius similia passus, insuper, caput frameâ vulneratus à quodam Caterla, qui iterasset vulnus, nisi manum pro capite, miser Chelchonscius opposuisset. Ne quid crudelitati deesset, evirare utrumqué volebant, sed aliis ex eadem factione inhibentibus, id non est effectui datum. Ad extremum denudati, in hortum quendam semimortui ambo conjiciuntur, indequé curru domum devehuntur. Certiores facti Nobiles Euangelici, de tam crudeli audacia, patrocinium ejus causæ contra studiosos suscipiunt. Nicolaus ergo Sosnovius, & Joh. Golimontus, protestationem, cum obligatione vulnerum in Castro Vilnensi, faciunt. Operam suam huic causæ fideliter locat Illustrissimus Princeps Radzivilius. Episcopum hoc in negotio adit, ad Regem literas exarat, & ab eo, ad Episcopum, Palatinum, & Jesuitas Vilnenses epistolas singulas obtinet, quibus ipsis mandabatur, severa in excessivos animadversio. Nobiles etjam in Comitiolis Vilnensibus congregati, unanimiter hanc causam, Consessui expositam, promovent, idqué unicè agunt,

gunt, ut per Comitia Regni Generalia, ea controversia decideretur. Obviam iturus propositis seriis Euangelicorum Episcopus, metuens ne forte res in nervum erumperet, promisit se in petulantes animadversurum, diemqué justitæ exequendæ dixit 4. Febr. Verùm fidem datam non servavit, & spes Euangelicorum Nobilium, termini protractione elusit, Vilnâ profectus, ne hac de causa amplius turbaretur. Fertur etiam, à quibusdam intimæ admissionis sociis, dixisse in Conclavi suo: Quomodo ego vindicarem studiosorum actiones, cum hæc sit mea vocatio, ut hæreticos, quocunque potest fieri modo, extirpem: Papaqué solennes mihi gratias agat, quod Episcopatus mei tempore, hæreticos extra Urbem, & mœnia pepulerim?

In Districtu cæterum Podlachiensi, sedatâ intus Antitrinitariorum tempestate, decumani fluctus, naviculam Christi extrinsecus quassabant. Brestæ quidem, quæ Civitas est in Lituaniâ Regia, cœtus sacer Christo colligebatur: primum, sub patrocinio Nicolai Radzivilii Nigri, Palatini Vilnensis, tum Georgii Zenovicii, Palatini Brestensis, & aliorum è Nobilitate: tandem in domo lapidea Dorohostaisciorum. Sed furentibus propterea, magis ac magis Adversariis, ingruentibus subindé periculis, posteà secessit indè Christus, cum Verbi sui præconio, in Vicinæ Nobilitatis agros.

Eadem persequutio & alibi, in vicina Podlachia, graviter afflixit Reformatas Ecclesias, cujus vel hæc sunto exempla. Revertebatur domum, ex pago, Gorki dicto, ab exequiis Generosæ Matronæ Nimiræ, Minister V. D. cognomento Lascovius, veneranda canitie decrepitus senex. Præcedit pedes lento gradu currum suum, scipione fultus. Ecce autem illo pagum jam egresso, supervenit fortè, curru vectus, Nobilis quidam Pontificius, jubetqué aurigam suum, vehementi ac præcipiti impetu; in Ministrum illum equis incurrere. Dum igitur languidus Senecio, non posset ita citò de via deflectere, prolapsus cecidit, quem equi

 con-

conculcarunt, rota currus transiit, & læsit adeò,ut illicò exspiraverit, 14.Nov. 1606. Appellatus hac de injuria, & immani facinore, Nobilis ille à cordatiori vicina Nobilitate, pernegavit se id unquam mandâsse: auriga verò fugâ saluti suæ consuluit. Ausiqué sunt aliqui referre & scribere, quasi ipsimet equi, in Cœmeterio eruptis Aurigæ habenis, protriverint ac devoraverint Ministrum, eò, quòd in Concione funebri, Virginem Mariam blasphemâsset, & contra indulgentias, ac imagines multa dixisset. Verùm res longè se aliter habuit: Non enim in loco sepulturæ, sed extra pagum interventu currus, equi enecârunt illum: non ille docuit in templo, sed Nicolaus Trzcinius: Exequialis erat, non de Indulgentiis aut Imaginibus concio: nec Euangelici Virginem Mariam blasphemant, sed honore debito semper prosequuntur. A. 1643. Jacobus Stulichius, Pastor Ecclesiæ Jamnensis, Brestæ, à studiosis Jesuiticis, miserè multatus, stigmata Domini Jesu, in corpore suo, cum Apostolo, portavit.

In Districtu Albæ Russiæ, A. 1552 è media Moscovia, tres Monachi, Græcanici ritus habitusqué, vulgo Czerncii, quasi Nigritæ, appellati, videlicet Theodosius Artemius & Thomas, Vitepsciam Albæ Russiæ, amplissimam & celeberrimam Civitatem, appulerunt. Hi, nullâ aliâ linguâ, præter maternam, nullisque literis aliis, præter patrias instituti, idololatricos cultus damnare, idola primum quidem è privatis laribus, mox è publicis delubris confracta ejicere, populum ad invocationem solius Dei per Christum, auxilio S. Sancti, voce & scriptis, revocavere. Verùm, cum in primo, propagandæ purioris religionis fervore, odium & furorum superstitiosæ, & imagunculis perquàm addictæ plebis, ferre haud possent, exstimulantibus sacrificulis Græcanicis, qui ferrum & ignem, omnibus eorum sectatoribus minitabantur, extulêre inde pedem, in interiorem Lituaniam delati, ubi jam paulò liberius vox Euangelii personabat. Ac Theodosius quidem Senio confectus, atque octu-

age-

agenario major, non multò post ad superos migravit. Artemius autem ad Georgium Ducem Slucensem & Copylensem se contulit. Porro Thomas cæteris eloquentior, & cognitione Sacrarum literarum instructior, ad ministerium Euangelii promotus, atque Polociam, paucis post annis, ubi jam doctrina purior pulullare cæperat, ad instituendos, & in vera cognitione ac pietate confirmandos fideles, missus est. In qua vocatione fideliter per aliquot annos fungens, & constanter perseverans, morte suâ & sanguine, fundamenta jactæ doctrinæ consperfit, & confirmavit. Cum enim Johannes Basilides, Magnus Moschoviæ Dux & Tyrannus, A. 1563. Idib. Feb. Polociam expugnâsset, & in Cives gravius desæviret, etiam in probum illum Christi Præconem, exemplum crudelitatis statuere decrevit, eoqué gravius, quod hominem suæ nationis suæqué religionis aliquando fuisse, jam autem in diversa de religione sententiâ & manere, & constanter perseverare, fando accepisset. Is igitur eductum in glaciem Dunæ fluvii, fuste prius capiti ejus illiso, in aquam, glacie perfractâ, quâ flumen erat vorticosius, præcipitandum curavit. Sed nequé ex cordibus Vitepscienfium, verbum à Monachis illis, non fine Divino numine sparsum, rediit vacuum. Nam gustato Verbo Dei, pertæsi idololatricorum cultuum, cum ex Lituania, tum ex Polonia, V. D. Ministros, & purioris Religionis præcones, non multa interposita mora, accersiverunt, atque domum publicam audiendis sacris Concionibus, invocando Divino Nomini, administrandisqué Sacramentis, in inferiori Castro, propè templum Nativitatis Christi, unanimiter erexerunt. Ab eo tempore & Polocia, Urbs Regia, Christo, ejusqué veræ Ecclesiæ hactenus præbuit hospitium.

Huc addere libet, de Christophoro Zenovicio, Palatino Brestensi: qui Smorgonis in ditione sua templum pro Reformatis erexit, & filium suum per omnia sacra obtestatus est, serioqué monuit, ne à veritate cœlesti desisceret, & ne quicquam de illa Smorgonensis templi fundatione immutaret.

Sin

Sin secus, inquit, feceris, manus te gentis barbaræ conficiat, ac interimat? Quod evenit filio isti, mox ab obitu Patris, Apostatæ, & templum illud Pontificiis tradenti. Nam in expeditione Moldavica, seu Valachica, non longo post tempore, administrante rem bellicam Chodkievicio, miserè à Turcis barbaris trucidatus est.

FINIS

LIBRI SECUNDI.

Deo sit æterna gloria.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SLAVONICARUM *quarundam* PROVINCIARUM, LIBER TERTIUS.

CONTINENS THEOLOGOS & Paſtores Eccleſię CHRISTI celebriores; ab ipſo Domini & Apoſtolorum tempore ad Annum Domini

M. DC. L.

Prov. 10.7.

Memoria justi est benedicta.

Hebr. 13.7.

Memores estote ductorum vestrorum, qui loquti sunt vobis Sermonem Dei: quorum imitamini fidem, contemplantes, quis fuerit exitus conversationis ipsorum.

Act. 24. 14.

Fateor, me secundum viam illam, quam hæresin, dicunt, ità colere Patrium Deum, ut qui credam omnibus, quæ in Lege, & in Prophetis scripta sunt.

Hieronymus in Cap. 1. ad Titum

& ex eo Jus Canon. Dist. *95.*

Olim idem erat Presbyter, qui & Episcopus. Et antequam, Diaboli instinctu, studia in Religione fierent, & diceretur in populis; Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquàm verò unusquisque eos, quos Baptizaverat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est: ut unus, de Presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & Schismatum semina tollerentur.

1. Corinth 1. 12.

HIST-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SLAVONICARUM

quarundam

PROVINCIARUM,

LIBER TERTIUS.

CAPUT. I.

Theologi, & Pastores Ecclesiæ Christi, inde ab Apostolis; tam in ORIENTE, *quam in* OCCIDENTE, *ad Annum Christi* 600.

IIQUE

I. Distincti, in certis Ecclesiarum Classibus.
II. Mixti, in variis locis.

IN ORIENTE

Distincti in Certis Ecclesiarum Classibus sivè Diœcesibus,

EPISCOPI.

I. In Ecclesia HIEROSOLYMITANA.

I. Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 33.



ACOBUS MINOR, sive Junior. Hunc Fratrem Domini Jesu Christi vocant, qui tamen ille sit, non exprimunt, Josephus & Eusebius. Sed Polydorus Vergilius ita de eo scribit: Jacobus Junior Hierosolymitanę Diœcesi præerat, & is Christi Frater dictus, quòd ortus esset ex Sorore Virginis, & Apostolus, non quod de numero duodecim fuerit, sed quia teste Hieronymo in Comment. in Epist. Pauli ad Gal. viderat Christum, & posteà prædicarat: Mors Anno Christi.

Ll 2 quan-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. quando omnes, qui eo pacto de Christo prædicavissent, Apostoli nuncupati sunt. Hinc etiam Johannes Piscator distinguit inter Jacobum Zebedæi, Fratrem Johannis, ab Herode interemptum gladio Act. 12. 2. inter Jacobum cognomento Alphęi, qui videtur Scriptor fuisse Epistolæ in sacro N.T. Codice; & inter Jacobum, cui cognomen erat Obliæ, quique unus fuit ex Discipulis Domini, & posteà Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ: Joh. Piscator Comment. in Epist. Jacobi. Dictus etiam fuit Justus, propter singulare justitiæ studium; qui Hierosolymæ, è pinnaculo Templi præcipitatus, lapidatus, & fullonis vectè percussus, vitam amisit: Joseph. antiquit. Judaic. lib. 20. cap. 8. Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. c. 22. Polydor. Virgil. de Invent. rer. l. 4. c. 2. Mors. Anno Christi. 63

63 II. SIMEON, teste Eusebio, Filius Cleophæ, cujus Sacra Euangelii scriptura mentionem facit, Luc. 24. 18. ut fertur, servatoris Consobrinus: qui tempore obsidionis, Ecclesiam Hierosolymis trans-Jordanem, in oppidum Pellam, eduxerat; & posteà reversus in ruderibus illic eam continuavit, Judęis non parum frendentibus: Cunr. Graserus in Isagog. Histor. lib. 3. p. 267.

Sub Trajano Cæsare pro fide Christi, multis plagis cæsus, & in crucem actus est: Euseb. lib. 3. cap. 10. & 26.

III. JUSTUS, Judæus, Euseb. l. 3. c 29. At verò

118. Febr. 108. æt. 120. cum Hierosolyma Urbs, à Tito Vespasiani Imp. Filio, capta & eversa, soloqué æquata fuerit, quæritur; Ubi locorum Episcopi Hierosolymitani sedem habuerint? Responderi potest inquit Josephus Scaliger, Ecclesiam Hierosolymitanam in aliqua vicinia fuisse: quemadmodum hodiè Episcopus Antiochenus, longè ab Antiochia habitat, & Alexandriæ Episcopus est Cayri, & tamen Episcopus Alexandrinus vocatur: Sethus Calvisius in Chronol. sub Hadriano p. 473. 108

IV. ZACCHÆUS. V. TOBIAS.

VI.

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

VI. BENJAMIN. VII. JOANNES.
VIII. MATTHIAS. IX. PHILIPPUS.
X. SENECA. XI. JUSTUS.
XII. LEVI. XIII. EPHRAIM.
XIV. JOSES. XV. JUDAS.

XVI. JUSTUS, qui exactis undecim Annis, in isto Episcopatu, ad Ecclesiam Alexandriæ moderandam, sextus ordine designatus est.

XVII. EUMENES, Euseb. lib. 4. cap. 5.

XVIII. MARCUS, primus ex Gentibus, incir-
140 cumcisus, bello Judaico tandem finito, & Judæis penitus oppressus, atqué ex Judæa pulsis, cum hactenus, tantum Circumcisi Ecclesiæ illi præfuissent, sub Ælio Hadriano Imp. qui tum Jerosolymam restauravit, & à suo nomine Æliam appellavit, neminiqué ibi, & in tota Judæa, habitare permisit, nisi Gentilibus, quibus permisti fuerunt Christiani: Euseb. lib. 4. cap. 6. Calvis. Chron. p. 476. 477.

XIX. CASSIANUS. XX. PUBLIUS.
156 XXI. MAXIMUS. XXII. JULIANUS.
XXIII. CAJUS. XXIV. SYMMACHUS.
XXV. CAJUS alter. XXVI. JULIANUS alter.
XXVII. CAPITO. XXVIII. VALENS.

XXIX. DOLICHIANUS. XXX. NARCISSUS,
195 qui in solitudinem secessit. Euseb. lib. 5. c. 12. & 6. c. 8.

XXXI. DIUS. XXXII. GERMANION.
XXXIII. GORDIUS.

XXXIV. Denuò redux Narcissus. Euseb. l. 6. c. 9.

XXXV. ALEXANDER, in Cappadocum Regione hactenus Episcopus, visione nocturnâ Hierosolymitanis ad Episcopatum commendatus, celebris ob Confessionem & certamina, in binis, sub Severo & Decio Persequtionibus tandemqué honestâ canitie grandævus, Martyrio coronatus. Euseb. l. 6. c. 7. 8. 9.

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. Bibliotheca Florentina, edidit cum notis, distinctas à suppositititiis aliis, Isaacus Vossius Amstelod. 1646. quamvis & has, à Vossio editas, atqué distinctas, à corruptione non esse immunes pluribus ostendat Blondellus in Præfat. Apolog. pro sententia Hieronymi, de Episcopis & Presbyteris, pag. 40. &c. Romam cum venisset, sub Trajano, cujus idololatriam & immanem persequtionem coram redarguerat bestiis dilacerandus objectus est, quas desiderabat, suspirans: *Dei esse triticum cupio, terique ac moli dentibus bestiarum, ut Deo mundus & purus panis inveniar: ô optatissimas Bestias, quæ parata meum corpus expectant, quas utinam brevi tempore videam.* Verba sunt Epist. ejus ad Romanos, quæ allegat Irenæus adversus Hæres.l. 5. p. 614. Euseb. l. 3. cap. 30. De eodem Polycarpus in Epistola ad Philippenses. Mors Anno Christi. 107

107 IV. Heros, sive Hero. Euseb. l. 3. c. 30. 129

129 V. Cornelius Heroni successit. lib. 4. c. 19.

VI. Theophilus ibidem sub Vero Imp. scripsit Comment. in 4. Euangelistas, & libros tres ad Autolycum.

VII. Maximinus, lib. 4. c. 25.

190 VIII. Serapion, eloquentiâ insignis, magno apud omnes in honore fuit. lib. 5. c. 18. & cap. 21. Scripta ejus quædam recensentur, lib. 6. cap. 10.

IX. Asclepiades, qui persequtionis tempore, ob constantem fidei confessionem, multum laudis & gloriæ adeptus est. Ibidem.

X. Philetus, lib. 6. cap. 15.

239. XI. Zebinus c. 17. XII. Babylas c. 23. Vir ille, ut Chrysostomus ait, magnus & admirabilis, qui Decium Imp. ob fœdifragium, à templo animosè repulit, & ob id martyrium consummavit. Euseb. lib. 6. c. 32. 251

XIII. Fabius, ibid. XIV. Demetrianus, lib. 6. cap. 38. & lib. 7. cap. 13.

XV. Paulus Samosatenus, ob hæresin, quod doceret,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ceret, Christum communi solum naturâ fuisse cum homine præditum, depositus, circà Anno 270. Euseb. lib. 7. cap. 22. Mors. Anno Christi.

XVI. Doninus sivè Domnus, filius Demetriani, lib. 7. cap. 24. Niceph. l. 6. c. 30.

XVII. Tymæus, Euseb. lib. 7. cap. 26.

XVIII. Cyrillus, de quo suprà, Hierosolymis pulsus. ib.

XIX. Tyrannus, cujus tempore bellum, ad Ecclesias expugnandas susceptum, vehementer exarsit. ib.

XX. Vitalius, qui cum pax jam in Ecclesiis vigere inciperet, Ecclesiam ibi à Tyrannis dirutam, in Palæa, loco quodam sic dicto, ædificavit. Theodoret. Hist. Eccl. lib. 1. cap. 3.

XXI. Philogonius, qui & temporibus Licinii, singulare studium in veræ pietatis defensione declaravit, & quæ videbantur Ecclesiæ illius ædificio deesse, suâ operâ adjicienda curavit. ibid.

XXII. Eustathius, ille magnus Veritatis divinæ in Concilio Nicæno, contra Arium, divinam Christi naturam impugnantem, strenuus assertor & defensor. ibid. cap. 7. & 8. Calumniosè ab Adversariis traducitur, in exilium pellitur, & per Thraciam profectus, urbem quandam Illyriæ petit; ibid. cap. 21. 22.

XXII. Eulalius, paulò post mortuus.

XXIV. Euphronius, qui Annum & menses aliquot in eo munere vixit.

XXV. Placentius sivè Placitus. Hi tres Arianâ labe infecti fuerunt. Quapropter quam plurimi, tum ex Clero, tum ex Populo, quibus propositum erat, Deum sanctè & syncerè colere, relictis publicis Ecclesiæ Conventibus, separatim per se Conventus agere cæperunt. Quos ideò Eustathianos alii nuncupavêre. ibid. cap. 22. Socr. l. 2. c. 5.

XXVI. Stephanus, Arianus. Hist. Eccl. l. 2. c. 8. 9. & 24. Episcopatu abdicatus: lib. 2. c. 10. XXVII.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

XXVII. Leontius, genere Phryx. Arianus. ibid. & cap. 24. Mors Anno Christi.

XXVIII. Eudoxius, Arianus, qui Episcopatum illum, per ambitum arripuit. ib. c. 25. posteà expulsus. ibid. cap. 31.

XXIX. Meletius, magnus dictus, Orthodoxus: ib. & lib. 5. c. 3. 6. p. In ejus mortem, Gregorius Nyssenus, Frater Basilii, funebrem Orationem recitavit. Socrat. lib. 5. cap. 9.

Meletio per factionē Ariam ejecto Euzoium surrogatum esse, asserit Theod. l. 3. c. 31. Facit & cujusdā Paulini, & Euagrii, Principis sectę Arianæ mentionē. l. 5. c. 23. Socrates porrò addit, Dorotheum in locum Euzoi suffectum esse l. 4. c. 28.

XXX. Flavianus, lib. 5. cap. 23.

XXXI. Porphyrius, c. 35.

XXXII. Alexander, Ibid.

XXXIII. Theodotus, c. 37. Et hi, cum Meletio Orthodoxis accensentur.

In eadem Ecclesia ANTIOCHENA *Theologi, & Presbyteri celebriores.*

1. Malchion, qui disputavit cum Paulo Samosateno, Euseb. l. 7. c. 23.

283 2. Dorotheus Presbyter Antiochenus, ab Imp. posteà Constantino, Præfecturam purpuræ tingendæ Tyri adipiscitur: ad Martyrium raptus à Juliano, annos natus 105. Euseb. l. 7. c. 26.

3. Johannes Maxentius Presbyter Antiochenus.

4. Lucianus, Presbyter ibidem & Martyr. Euseb. l. 8. c. 25, & l. 9. c. 5.

III. In Ecclesia Ægypti ALEXANDRINA.

40 1. Marcus Euangelista & Comes Apostolorum, Scriptor Euangelii de Christo. 63

63 2. Anianus, octavo anno Imperii Neronis, tum Deo propter pietatem charus; tum in omnibus rebus admirabilis. Euseb. lib. 2. c. 23. qui, cum annos viginti duos, in eo munere complevisset, exiit è vita. lib. 3. c. 12. 25. Aug. 85

85 3. Abilius, cap. 12. decem & tres annos præfuit. cap. 16. 98

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

4. Cerdo. ib.
5. Primus, 12 annos, l.4.c.4.
98 6. Justus annos 11.cap.5.
106 7. Eumenes ib. 13 annos integros. cap. 10.
120 8. Marcus, 10. annos ibid.
131 9. Celadion, 14 Annis ib.& cap.18.
143 10. Agrippa, sivè Agrippinus, ib. 12. an. l. 5. c. 9.
150 11. Julianus, ib. 10. an.
165 12. Demetrius, qui à decimo Commodi Imp. anno. totos 43. annos, summâ fide & zelo Euangelium docuit & propagavit, celebremque Academiam Alexandrinam, aut Christo aperuit, aut rectius constituit. Euseb. lib.6. cap. 20.

13. Heraclas, sub Gordiano Imper. Origenis primùm discipulus, & successor in Scholâ; post Episcopus, ib. 11. annis. c. 28.

14. Dionysius Alexandrinus, ejus & in Schola, & deinde in Ecclesia Successor, multis Epistolis apud Eusebium clarus: qui sub Decio Imp. ad martyrium quæsitus, fugâ se salvavit; & posteà sub Valeriano expulsus, multos in Cephro Lybiæ convertit, tandemquè à Militibus ad asperiora loca abducendus, ex composito, à ruricolis captus & servatus est, reversusquè Alexandriam, cum jam 17. annis Episcopatum ibi administrâsset. 12 Anno Imperii Galieni, senex diem obiit. Euseb. l. 6. c. 33. & lib.7.cap.16.22. Et hactenus Alexandriæ, à Marco usquè ad Heraclam & Dionysium, Episcopos Presbyteri, semper unum ex se electum Episcopum nominabant, teste Hieronym. in Epistolâ ad Euagr. Polydor: de Invent: rerum. lib. 4. cap. 6.

15. Maximus, 18 annos. Euseb. l.7. c.22.26.

16. Theonas, 19 an: l. 7. c. 26.

17. Petrus, qui 12. annis continuis, in eo officio fungendo, cum summa dignitate, inter primos floruit: & Ecclesiarum utilitati omni curâ ac studio prospexit, tan-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. tandemque in Persequutione capite truncatus est, sub Mors, Anno Christi.
Diocletiano Imper. Euseb. l. 7. c. 26. & l. 8. c. 25. Socrat. l. 1. c. 3. Theodoret. l. 1. c. 9.

18. Achillas, Socrat. lib. 1. cap. 3.

19. Alexander, qui, Concilio multorum Episcopo-
310 rum convocato, Arrium & ejus opinionis fautores, Presbyterii gradu abdicavit. Arrio cumprimis mordicus adhęrebat Eusebius, non Cæsariensis ille cognomento Pamphylus Ecclesiasticæ Histor. Sriptor; sed alius qui ante fuerat Ecclesiæ Berytiensis Episcopus, id temporis autem ad Episcopatum Nicomediæ Urbis Bythiniæ, callide arrepserat. Alexander autem quinque Menses, post
325 Concilium Nicææ celebratum, finem vitæ fecit. Socrat. l. 1. c. 3.

20. Athanasius, vir à puero divinis & sacris literis 326
institutus, in magno illo ac celebri Concilio Nicæno egregiè ac virili animo pro doctrina Apostolica luctatus, apud Adversarios in grave odium & planè capitale, incurrit. Socrat. lib. 1. c. 11. Theodoret. l. 1. c. 8. 26. 28. 31. & lib. 2. cap. 1. 4. Ejus Opera Tomis IV. comprehenduntur. Symbolum scripsisse; Concilioque Nicæno obtulisse, vulgò dicitur: de quo Gerhard: Uossius in Dissertationib.
372 tribus editis A. 1642. Amstelodami, de Tribus Symbolis,
Calvis. habet 371. prolixè disserit.

21. Petrus, vir planè admirabilis: Socrat. l. 4. c. 16. ad exiguum tempus vitam produxit: Theodor. l. 5. c. 22. 30.

22. Timotheus, Petri Frater: Theodor. ibid. Socr. l. 4. c. 30.

23. Theophilus, vir cum summâ prudentia, tum animo valdè excelso præditus: cujus operâ, Urbs Alexandria, errore in simulachris colendis, liberata est. Theodoret: ibid. Sed idem Theophilus, Joh. Chrysostomo Episcopo Constantinop. infensus, turbas adversus eum 18. Oct. 412.
Constantinopoli movit. De quo plura. Socr. l. 6. c. 2. 7. 9. 11. 14. 15. Sozom. l. 8. c. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19.

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. 241 Cyrillus, Theophili ex Fratre nepos, in eo Præsulatu successor: Socrat. l. 7. c. 7. Theodor. l. 5. c. 35. Opera ejus duobus Tomis extant. Mors. Anno Christi. 445

NB. Cyrillo succedit Dioscorus, Eutychis dogmatis promotor: Euagr. l. 1. c. 10. Calvis. p. 395. Dioscoro relegato, sufficitur Proterius Episcopus qui per seditionem Plebis, dum ad Baptisterium confugeret, miserè interfectus, per totam Civitatem raptatus, ac tandem igni cremandus traditus est. Euagr. l. 2. c. 8. Hoc sublato, à seditiosis in Dioscori locum, Timotheus Ælurus suffectus. Ibid. quo etiam in exilium ejecto, iterum ab Alexandrinis alter Timotheus Proteri Successor, quem alii Basilicum, alii Salofaciolum vocârunt, constituitur. Ibid. c. 11. Idem Euagr. l. 3. c. 21. facit mentionem Petri cujusdam Hæretici, cui in Episcopatu Alexandrino, successit Athanasius, Athanasio Johannes, c. 23. huic alius Johannes, Ibid. Et lib. 4. c. 9. dicit Episcopatum Alexandrinum administrâsse Theodosium, tempore Justiniani Imper., qui Theodosius de Christo non rectè sensit, ac postquam Chalcidon. Concilii decreta repudiare cæpit, ab Justiniano Imp. ejectus, in ejusqué locum, in sede Alexandrinâ, Zoilus locatus est: quo mortuo, Apollinarius sedem illam capessit, circâ A. 553. Euagr. l. 4. c. 36.

In eadem Ecclesia ALEXANDRINA, *Theologi, Presbyteri, & Scholæ sive Academiæ Doctores.*

183 1. Pantænus, qui primùm Stoicus Philosophiam, deinde Catechistes veritatem cœlestem docuit: & tandem ab incolis Indiæ, Brachmanisqué, à Philosophia celeberrimis, evocatus est: quibus Religionem feliciter inculcavit, & Euangelium Matthæi Hebræum, ab iis receptum, Alexandriam reportavit. Euseb. l. 5. c. 10.

194 2. Clemens Alexandrinus, Pantæni Discipulus, sub Severo

Vita & Ordinatio: Anno Christi circiter. Severo & Caracalla Impp. floruit, & non tantum è suggesto docens, sed & libris editis, quorum adhuc aliqui supersunt, susceptisqué in alias Ecclesias peregrinationibus, utilissimam Christo navavit operam. Ibid.cap.11.& lib.6.cap.5. Mors. Anno Christi.

3. Origenes patriâ Ægyptius, cognomine Adamantius, Clementis Alexandrini Discipulus, Leonidem Patrem suum, virum pium & eruditum, ad martyrium roborabat; Adolescens jam, in puerili ætate maximæ spei; annos 18. natus, Grammatices professione se cæpit Alexandriæ alere, & tandem à Demetrio Episcopo munus Catechistæ accepit. In quo conjunctim Discipulis Hebræam & Græcam linguam, Theologiam, & artes Philosophicas proposuit. Libros scripsit multos. Sed deceptus, ex Platonis Philosophia, in multos incidit errores. Scripta ejus duobus Tomis extant: de quibus olim dictum est. *Vbi benè scripsit, nemo melius; ubi malè, nemo pejus.* Euseb. 254
l. 6. cap. 2. 3. 4. 7. 12. 13. 17. 18. 19. Abrah. Bucholc. æt. 69
Chron. 5.

4. Heraclas, Origenis primum discipulus, & successor in Schola, post Episcopus: de quo superius.

5. Dionysius Alexandrinus, Heraclæ, & in Schola, & in Ecclesia Successor: de quo etiam superius.

6. Faustus Presbyter, cum Petro Episcopo Martyr. Euseb. lib.8.cap.25.

371 7. Didymus Alexandrinus, Scholæ Alexandrinæ præfuit, Arianis oppositus, idemqué posteà Martyr: Ibid. Socrat, lib.4.cap.21.

8. Pierius Presbyter, Philosophorum disciplinis imbutus, in literarum divinarum cognitione & explicatione, in disceptationibus, Concionibusqué publicè in Ecclesia faciendis, suprà modum exercitatus. Euseb. lib. 7.cap.26.

9. Ammonius Alexandrinus, Commentario de Mosis & Jesu consonantia, sivè Harmoniâ Euangelicâ celebris.

IV. In Ecclesia ATHENIENSI.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 50

Mors Anno Christi.

1. Dionysius Areopagita, post Apostoli Pauli concionem Athenis in Areopago habitam, ad fidem Christi conversus, Act. 17. v. 34. quem primum Ecclesiæ Atheniensis Episcopum designatum esse, alius quidam Dionysius, Ecclesiæ Corinthiorum Pastor, Scriptor perantiquus, narrat, apud Euseb. lib. 3. cap. 4. & lib. 4. c. 22. Erasmus Roterodamus in Annot. ad 17. Act. pag. 312. existimat tres fuisse Dionysios; Areopagitam, Corinthium, & Gallum: scribitqué, Laurentium Vallam hoc loco, refellere opinionem illorum, qui putant hunc Areopagitam, & autorem fuisse eorum librorum, quos habemus de Hierarchiis, ac divinis nominibus, & eundem esse, qui apud Lutetiam Parisiorum Martyrio fuerit laureatus.

2. Publius Martyr. Euseb. lib. 4. c. 22.

3. Quadratus, Apostolorum coætaneus & Discipulus, Prophetico dono instructus. Euseb. l. 3. c. 21. cujus labore & industriâ Athenienses, à Verbo Dei penitus desciscentes, ad Ecclesiam reducti sunt, & ardorem fidei, prope in ipsis extinctum, denuò recuperârunt. lib. 4. cap. 22.

Scholæ præfuit Aristides, Philosophus eloquens. Uterqué & Quadratus & Aristides, Apologias pro Christianis Adriano Imp. exhibuerunt.

V. In Ecclesia EPHESINA.

1. Paulus Apostolus, Ephesi per integrum & continuum triennium commoratus, die & nocte docendo, admonendo. Act. 18. 19. & 19. 1. 9. 10. 11. & 20. v. 31. & disputando, urbem à multis tetris erroribus & superstitionibus, præsertim idololatriâ, Act. 19. 35. & Magicis artibus, ib. v. 13. 14. purgavit, ibiqué pulchram Ecclesiam plantavit: sed non sine magnis tentationibus & Adversariis, ut ipse scribit: Adversus bestias pugnavi Ephesi, 1. cor. 15. 32. sicut ergò Ephesi ostium ipsi apertum est ma-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

magnum & operosum, ad magnas res conficiendas opportunum: ità ibidem Adversarios multos & acerrimos nactus est. 1. cor. 16. 9. Quo etiam factum est, ut singulari amore Ecclesiam illam complecteretur: ut mirum non sit, quod, cum esset Romæ catenatus propter Christum, legationis suæ memor. Eph. 6. 20. Epistolam insignem, tantâ sapientiâ plenam, ad Ephesios miserit, consolandi causâ, & confirmandi eos in fide.

2. Johannes Apostolus & Euangelista, post obitum, vel abitum Pauli, venit in Asiam, ac Ephesi commoratus est, & docuit. Euseb. lib. 3. c. 1. donec Romam evocatus, & (ut Tertullianus refert lib. de Præscript.) in oleum igneum demersus, cum illæsus evasisset, ac Christum abnegare recusâsset, à Domitiano Imp. ob prædicationem Verbi divini, & testimonium veritatis, in insulam Patmon, in exilium ejiceretur: ubi post quinquennium ferè exactum, scripsit, sub finem Imperii & vitæ Domitiani, Apocalypsin & in ea, inter Epistolas ad VII. Ecclesias Asiaticas, ad Ephesinam, primo loco, scribere jussus est. Apoc. 1. 10. 11. & 2. 1. Mortuo Domitiano, Ephesum quasi ad Scholam propriam rediit inibiquè (referente Epiphanio lib. 2. contrà Hæres. cap. 51.) motus Episcoporum Asiæ precibus, adversus Cerinthi, Ebionis, & aliorum hæresin, qui veram ac æternam Christi Divinitatem impiè impugnabant, Euangelium suum, magno totius Ecclesiæ bono, scripsit. Commendaverat idem, non ipsius urbis, sed vicini loci Episcopo, juvenem quendam, in usum Ecclesiæ, piè educandum: qui sanctę disciplinæ negligentiâ, passus est latronem & grassatorem fieri. Quo circà Johannes, reprehenso ob improbam ejus custodiam Episcopo, alumnum hunc Ecclesiæ ipsemet quæsivit, in viam pietatis reduxit, & tandem Ecclesiæ ministerio præfecit. Euseb. lib. 3. cap. 20. ex Clem: Alexandr. Refert etiam Irenæus, (quod ex Polycarpo traditum acceperat) lib. 3. advers: hæres: cap. 3. & Euseb. l. 3. c. 25 & 4. c. 14: Johannem

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. nem Ephesi, aliquando balneas, lavandi gratiâ ingressum, viso intus Cerintho, inimico Veritatis, continuò exiliisse, & discessisse non lotum, atque dixisse: *Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in quibus Cerinthus lavatur, Veritatis hostis*: vix egresso Johanne, balneum corruisse, & Cerinthum cum suis tragico casu extinxisse. Ibidem sanctè in Domino obdormivit. Euseb. l. 3. c. 25. postquam vitam ad tertium usque annum Trajani extendit, autore Sophronio. Verè ergò Eusebius l. 3. c. 17. ex Irenæo lib. 3. advers: hæres: cap. 3. *Ecclesia*, inquit, *quæ est apud Ephesum à Paulo quidem fundata est à Johanne verò ædificata, qui permansit in ea, usque ad tempora Trajani.* Mors. Anno Christi. 102

Pareus in Proem. Apocal. p. 24.

3. Timotheus, discipulus & Collega Pauli, post Apostolos primus Ephesinæ paroeciæ Episcopus, à Paulo relictus Ephesi, propter coërcendos perversos quosdam Legis doctores. 1. Tim. 1. 3. 4. Euseb. l. 3. c. 4. Martyrio coronatus fuisse dicitur, priusquàm Johannes relegaretur in Patmon: Martyrolog: Mellini fol. 18.

109 4. Onesimus, à Paulo in vinculis, Romæ conversus, Philem: v. 10. quem fidum & dilectum fratrem vocat. Col. 4. 9. Ignatius sparsim in Epistolis. Occisum eum, sicut & Timotheum, sub Domitiano ferunt. Eusebius lapidibus obrutum dicit.

5. Anonymus quidam Ephesinæ Ecclesiæ Episcopus, ad quem Johannes Apostolus scribere jubetur, & vocat eum, (sicut & alios, ad quos scribit, aliarum Ecclesiarum Episcopos,) Angelum, nempè Legatum. Apoc. 2. 1. sunt enim Pastores Legati Dei ad Ecclesiam.

6. Polycrates, à septem Episcopis majoribus è cognatione sua Octavus, contra Victorem Episcopum Romanum, Pascha 14. die Lunæ celebrandum esse constanter, unà cum aliis Asiaticis Episcopis, asseveravit: Euseb. l. 5. c. 21. 23.

Multos alios prætereà Ephesi, & alibi, illâ hominum ætate, floruisse Episcopos, sed illos tantum solos, quorum recta

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. recta fidei sententia scriptis prodito est, nominatim Mors, Anno Christi. se citavisse innuit Euseb. lib. 5. cap. 21. Episcopalem dignitatem ab illis temporibus, ad octingentos ad minimum annos, in Ecclesia Ephesina, permansisse testis est Historia.

457 Stephanus Episcopus Ephesinus memoratur, Niceph. Hist. Eccl. l. 15. c. 30.

Claruit ibidem Birrhus, Diaconus, vir eximius.

IV. In Ecclesiâ Smyrnensi.

1. Polycarpus, Johannis Apostoli discipulus, Ignatii amicus, non solum ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis, qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis, in Asia, in ea quæ est Smyrnis Ecclesia constitutus Episcopus. Hoc de eo scribit Irenæus, qui juvenis senem vidit & audivit: lib. advers. hæres. 3. c. 3. p. 253. Hic docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat. Et hunc esse illum Angelum sivè Episcopum Smyrnæorum, ad quem Johannes Apostolus, secundam dirigere jubetur Epistolam, Apoc. 2.8. probabile est. Nihil in eo carpit; tantùm ad constantiam animat, & quidem adversus Persequutionem à Judæis ingruentem, & martyrium ei prædicit. Testis verò historia est Judæos carnificibus in rogo Polycarpi excitando, primariam operam navâsse, sub Antonini Veri Imperio. Irenæi tempore fuerunt, qui audierant Polycarpum dicentem; Johannem Apostolum Ephesi prosiliisse è balneo, in quo Cerinthus lavabatur. Et ipse Polycarpus, Marcioni hæretico, aliquando occurrenti sibi, & dicenti: *Cognosce nos;* Respondit: *Cognosco te primogenitum Satanæ.* Euseb. l. 4. cap. 14. Extat quoquè Ignatii Epistola ad Polycarpum, & Polycarpi ad Philippenses scripta: Euseb. ibid. Si quid minus gratum, vel si quid adversum accideret,

 di-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

dicere solebat Polycarpus: *O bone Deus, in quæ me tempora reservâsti, ut ista patiar.* Euseb l.5.cap.19.ex Iren.

Tandem, imperante Antonino Vero, comprehensus Polycarpus, cùm ipsi Præses, sivè Proconsul diceret: *Jurato per Cæsaris fortunam, convitiis Christum afficito, & te dimittam.* Respondit. *Octoginta sex annos illi jam servivi, & nullo me hactenus affecit incommodo. Quomodo igitur Regem meum, qui me ad hoc usqué tempus servaverit incolumem, contumeliosis verbis possim afficere?* Sic vivus in rogum conjectus, post ardentissimas ad Deum preces, cùm ignis vi non læderetur, gladio transfixus, corpus penitus exustum est. Cum Polycarpo etiam alii 22. Mar.
duodecim, ex Philadelphia venientes, apud Smyrnam martyrio consummati sunt. Summam Polycarpi 167 æt.86
vitæ & martyrii, complexi sunt, Iren. lib. 3. advers. hæres. cap. 3. & Euseb. lib. 3. c. 30. & lib. 4. c. 14. 15.

2. Thraseas Episcopus & Martyr, Eumeniæ natus, Smyrnæ ex hàc vita migravit. Euseb. l. 5. c. 23.

VII. In Ecclesiâ PERGAMENSI.

1. Antipas, Martyr Christi fidelis, trucidatus apud Pergamenses: Apoc. 2. v. 13. 91

2. Anonymus quidam Antipæ successor, haud dubiè fuit iste, ad quem Johannes scribit. Apoc. 2. 12. qui similis supplicii metu à munere absterreri poterat: & probabile est, eum quoqué comprehensum, constrictum, tormentis subjectum, negationis causâ, fuisse. Quod igitur fidem tenuit, meritò laudatur: Pareus super Apocal. 6.

Apud Pergamum Asiæ urbem Carpum & Papylium, aliosqué martyrio coronatos esse, scribit Euseb. l. 4. c. 14.

VIII. In Ecclesiâ THYATIRENSI.

Anonymus quidam, Apoc. 2. v. 18. Hujus Urbis men-

Vita & Ordinatio. Anno Christi. mentionem facit Lucas Act. 16.14.15. in historia Lydiæ, quæ purpuram vendebat, in Urbe Thyatirorum, & Deum colens, Philippis audivit Paulum docentem. Mors. Anno Christi.

IX. *In Ecclesiâ* SARDENSI.

1. Ἀνώνυμος quidam, Apoc. 3. v. 1.

170 2. Melito, à Sanctimonia & martyrio commendatus, Sardium Episcopus fuit, sub Antonino Pio Imp., qui sexaginta amplius annis post Domitianum imperavit, sub quo Johannes in Patmo exulans Apocalypsin accepit. Multa hic Melito edidit scripta, inter quæ liber de Apocalypsi Johannis, & Apologeticus pro Christiano dogmate ad Antoninum Verum Imp. Euseb. l. 4. c. 25. & l. 5. cap. 23.

X. *In Ecclesiâ* PHILADELPHIENSI.

Anonymus quidam, Apoc. 3. 7. Extat ad hanc Ecclesiam Epistola Ignatii.

XI. *In Ecclesiâ* LAODICENSI.

1. Anonymus quidam, Apoc. 3. 14. Laodicenæ Ecclesiæ Paulus bis meminit in meliorem partem. Col. 2. 1. & 4. 16.

2. Sagaris, Episcopus & Martyr, Laodiceæ mortem oppetiit, Euseb. lib. 5. c. 23.

3. Thelymidres, lib. 6. c. 38.

4. Heliodorus prioris successor, lib. 7. c. 4.

5. Socrates, cap. 26.

6. Eusebius, ex Urbe Alexandriâ oriundus, ibid.

7. Anatolius, qui se Paulo Samosateno fortiter opposuit. Scripsit libros aliquot, ibid.

8. Stephanus, eruditione & eloquentiâ non inferior, virtute verò & constantiâ dissimilis prioribus: quoniam, Persequtionis tempore, magno Ecclesiæ scandalo, defecit à fide, ibid.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 9. Theodotus, ut in Medicina, quæ ad corporum curationem pertinet, sic in animorum morbis sanandis, primas ferè tulit, ibid. Socrat. l. 2. c. 36. Mors. Anno Christi.

10. Georgius, Laodiceæ Episcopus, Socr. l. 2. c. 6. 31. 36. Sozom. l. 4. cap. 12.

11. Pelagius, Socr. l. 3. c. 21, & l. 5. c. 8.

12. Elpidius.

XII. In Ecclesiâ CORINTHIORUM.

171 1. Dionysius, scriptor perantiquus: scripsit Epistolas ad Lacædemonios, Athenienses, &c. Testatur idem, Dionysium Areopagitam, de quo superius, primum fuisse Ecclesiæ Atheniensis Episcopum, Euseb. l. 3. c. 4. & 4. c. 22.

2. Bacchylus, lib. 5. c. 21.

XIII. In Ecclesiâ GALATARUM.

Crescens in Galatiam proficiscitur, 2. Tim. 4. 10.

XIV. In Ecclesiâ PHILIPPENSIUM.

Epaphroditus, à Paulo eis commendatus, Phil. 2. v. 25. 29.

XV. In Ecclesiâ COLOSSENSIUM.

1. Epaphras, dilectus conservus Pauli, fidus Colossensium Minister, Col. 1. 7.

2. Onesimus, missus à Paulo ad Colossenses, Col. 4. 8.

XVI. In Ecclesiâ THESSALONICENSIUM.

1. Timotheus, 1 Thess. 3. 2.

2. Ascholius, Socrat. l. 5. c. 6. 8.

3. Rufus, lib. 7. c. 39.

XVII.

Vita & Ord natio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

XVII. *In Ecclesiâ* CRETENSI.

1. Titus, à Paulo Cretæ relictus, ut pergeret corrigere, id est, constituere atqué ordinare, quæ ad rectum Ecclesiæ regimen pertinent, Tit. 1. 5. Euſ. l. 3. c. 4.

2. Philippus, Gortynæ quæ fuit Urbs, Cretæ, Euſ. l. 4. c. 22. Scripſit contrà Marcion.

3. Pinytus, Gnoſii Urbe Cretenſi, quem Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, graviter monuit, ne grave ſervandi cælibatus Onus, cujus tum erant multi nimii admiratores, ſeducti à Tatiano hæreſiarcha, Fratribus imponeret, ibid.

XVIII. *In Ecclesiâ* HIERAPOLITANA.

116 1. Papias, Diſcipulus Johannis, Polycarpi ſodalis, qui peritus quidem fuit Sacræ Scripturæ interpres, & quinque libris, jam amiſſis, Explicationes Sermonum Domini ſcripſit: ſed cum traditiones magis ſequeretur, quam quod ſcriptum reliquerant Apoſtoli, nec Apoſtolicas diſputationes & ὑποδείγματα rectè intelligeret, errori Chiliaſtarum, de Chriſto mille annis in terra regnaturo, implicatus eſt, Euſeb. l. 3. cap. 30. 33.

171 2. Claudius Apollinarius, qui librum pro Fidei defenſione ſcripſit, & Romanorum Imp. Antonino Vero dicavit. Edidit alios quoqué libros, Euſeb. l. 4. cap. 25. 26. & lib. 5. cap. 18.

XIX. *In Ecclesiis* PONTI.

1. Galma, ſivè Palmas, Euſeb. l. 4. c. 22. & l. 5. c. 22.

233 2. Gregorius, Euſeb. lib. 7. c. 13. Neo-Cæſareæ Urbe Ponticâ, Auditor Origenis, cognomento Thaumaturgus, Socr. l. 4. c. 22.

3. Athenodorus, Frater ejus, Origenis etiam Diſcipulus, Euſeb. l. 7. cap. 13.

 4. Mele-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

4. Meletius, ibid. cap. 26.

XX. *In Ecclesiâ* CÆSAREÆ PALÆSTINÆ.

1. Theophilus, Euseb. lib. 5. c. 21.
2. Theoctistus, lib. 6. c. 38.
3. Doninus, lib. 7. c. 13.
4. Theotechnus, in Origenis Schola educatus, ib. & cap. 22.
5. Agapius, ib. cap. 26.

320 6. Eusebius Pamphilus, qui sensit initio cum Arianis, sed posteà sese cum Orthodoxis conjunxit, & Concilio Nicæno subscripsit, Socr. l. 1. c. 5. Theod. l. 1. cap. 8, 12. 13. Sozom. lib. 1. c. 20. Contexuit libris X. Historiam Ecclesiæ, à nato Christo, usquè ad Annum ejus 325. Adjecit Panegyricum, de vita Constantini Magni, qui 30. annorum res gestas in Ecclesia, & inprimis edicta ac leges Constantini, de Religione Christiana complectitur. Refutavit etiam Ethnicos & Judæos, in libris, de Præparatione & demonstratione Euangelica. Reliquit quoquè Chronologiam, quæ à natali Abrahami, usquè ad Annum Christi 326. deducta, annos comprehendit 2347. Vixit Constantini Magni temporibus, & usquè ad Filium ipsius Constantinum, Cæsareæ Palæstinæ Episco- 340
patum gessit. Sozom. l. 3. c. 2.

7. Acacius, Eusebii Pamphili Discipulus, qui, cum alios complures libros, tum librum de vita hujus Præceptoris sui conscripsit. Socr. l. 2. c. 3.

In eadem Ecclesiâ Presbyteri.

1. Protoctetus, Euseb. lib. 6. cap. 21.
2. Pamphilus, Martyr, l. 7. c. 26. & lib. 8. c. 25.

XXI.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mort. Anno Christi.

XXI. *In quibusdam* ÆGYPTI *Ecclesiis.*

1. Hierax, Euseb. l. 7. c. 16.
2. Nepos, erroris Chiliastarum assertor, lib. 7. c. 19.
3. Peleus, Martyr, Euseb. l. 8. c. 22. 25.
4. Nilus, ib.
5. Phileasa, l. 8. c. 10. 25.
6. Hesychinus.
7. Pachumius.
8. Theodorus.
9. His accenseri potest: Canon, Hermopolit. Ecclesiæ Episcopus Euseb. l. 6. c. 38.
10. Paphnutius, superioris Thebaidis Episcopus, in Synodo Nicæna, Conjugium Sacerdotum asseruit, Sozom. l. 1. c. 10. 22. Socr. l. 1. c. 8.
11. Isidorus Pelusiota, Euagr. l. 1. c. 15.
12. Synesius, Cyrenæ Episcopus, Euagr. ibid.

(Nos. 4–12:) *Martyres.*

XXII. *In Ecclesiâ* TYRI.

1. Methodius Græcus, Tyri Episcopus, floruit Anno Christi 255. Præter multa alia, scripsit Prophetias de novissimis temporibus, Basileæ 1498. excusas. Catal. Test. Verit. pag. 90.
2. Epiphanius, Euagr. l. 3. c. 33.
3. Cassius, Euseb. l. 5. c. 25.
4. Alexander, Euseb. l. 7. c. 4.
5. Marinus, ibid.
6. Tyrannio, Martyr, mari mersus, lib. 8. cap. 25.
7. Paulinus, lib. 10. c. 4.

XXIII. *In Ecclesiâ* BOSTRÆ, *Arabum.*

1. Beryllus, qui varios libellos, post se reliquit.

Eu-

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. Euſeb. lib. 6. cap. 14. 26. Mors. Anno Christi.
2. Maximus, lib. 7. cap. 22.
3. Julianus, Euagr. lib. 3. c. 33.

XXIV. *In Eccleſiâ* CONSTANTINOPOLITANA.

1. Metrophanes, Socrat. lib. 1. cap. 25.

2. Alexander, ejus Succeſſor, anno 30. regni Conſtantini Magni Imp. Ario fortiter reſtitit: & cum 23. annos in Epiſcopatus adminiſtratione contriviſſet, 340 humanæ vitæ curriculum abſolvit, Socr. l. 2. c. 4. et.98 Theodoret. l. 1. c. 3. Sozom. l. 2. c. 28.

3. Paulus, à Conſtantio Imp. extruſus: & poſt mortem Euſebii Nicomedienſis Ariani, obtruſi, à populo receptus, Socrat. lib. 2. c. 4. 5. &c.

4. Eudoxius, abdicato Macedonio, ib. c. 33.

5. Euagrius, l. 4. cap. 17.

6. Gregorius Nazianzenus, ſivè Nazianzi primò Epiſcopus, Patre Epiſcopo natus, lib. 4. c. 21. & lib. 5. c. 5. De quo Mantuanus lib. 1. Faſtor.

Præſule Patre ſatus: nam tunc id jura ſinebant:
Paſtorale pedum geſſit, poſt funera Patris.

Is poſteà hunc Epiſcopatum repudiavit, & ad Urbem Nazianzum ſe recepit, ib. c. 8.

7. Nectarius, ib. ab Arianis vexatus, ib. c. 13. Confeſſionis ritum, & Preſbyterum Præfectum pœnitentiæ ob Nobilem mulierem Pœnitentem in templo à Diacono conſtupratam, ſuſtulit, Socrat. l. 6. cap. 2. Sozomen. lib. 7. cap. 16. 17. Sept. 397

398 8. Joannes Chryſoſtomus, aureum os, ob eloquentiam dictus, ſub Arcadio Orientis, Honorio Occidentis Impp. Socr. l. 6. c. 2. 3. Orator & Theologus celebris, propter libros, quos poſteritati reliquit: ib. Vir pius, ſed ſeverior, & iracundior: quæ duo, ipſi poſt magnas calamitatis attraxêre; præcipuè oleum 14. Septemb. 407 et 52 in exilio.

igni

Vita & Ordinatio. Anno Christi, igni affundente Theophilo Episcopo Alexandrino, homine vafro, Socr. l. 6. c. 9. Theod. l. 5. c. 28. Sozom. l. 8. c. 2. 3. 28. Opera ejus in V. Tomos ab Erasmo digesta sunt. Mors. Anno Christi. 14. Sept. Calv. 14. Nov. p. 579.

9. Arsacius Nectarii Frater, Socr. l. 6. cap. 17. 18. A. 407.

10. Atticus, ibid. c. 18. & lib. 7. c. 2. 25. æt. 52.

11. Sisinius, ib. c. 26. 406

12. Nestorius, hæreticus, ob hæresin amotus, ibid. c. 29. 34. 425 427

13. Maximianus, ibid. c. 34. 39. 434

14. Proclus, ibid. & c. 40. 446

15. Paulinus Procli successor, Calvis. p. 596.

16. Flavianus, Calvis. p. 597. Euagr. l. 1. c. 8. abdicatur, c. 10. interficitur, lib. 2. c. 2. Calvis. 598.

17. Anatolius Flaviano suffectus, Euagr. l. 2. c. 4. Calvis. p. 599.

18. Gennadius Anatolio.

19. Gennadio Æacius, Euagr. l. 2. cap. 11. Calvis. p. 603. 608. A. 488. Calvis. p. 614.

20. Æacio Flavita, qui Phranitas, Euagr. lib. 3. c. 23. dicitur.

21. Huic Euphemius, ibid.

22. Ejecto Euphemio ab Anastasio Imp. successit Macedonius, Calvis. p. 617.

23. Hoc etiam ejecto, Anno 511. sufficitur Timotheus, Euagr. l. 3. c. 33.

24. Timotheo Anthinus, Euagr. l. 4. c. 9. 11.

25. Huic Epiphanius, c. 11. 35.

26. Post hunc Menhas, qui moritur A. 552. Calvis. p. 649. Succedit Eutychius, Euagr. 4. c. 36.

27. Quo expulso, Joannes Sirimensis.

28. Iterum redit Eutychius, Calvis. p. 653.

29. Succedit ei Johannes Jejunator, Calv. p. 655. Is sibi arrogat titulum Oecumenici, Anno 595. Calv. p. 622.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 30. Successit ei Presbyter Cyriacus, Anno. 596. sedit annos XI. Mors. Anno Christi.

XXV. *In Ecclesiâ* NAZIANZENA.

1. Gregorius Nazianzenus, Episcopus ejus loci, Urbis Cappadociæ perexiguæ Nazianzi, cognomento Theologus, æqualis Basilii, & studiorum comes. 372

2. Gregorius, Filius ejus, Patri successit in officio, Episcopus Nazianzenus, Sozom. l. 6. c. 17. Fuit idem aliquandiu Episcopus Constantinopolitanus: de quo suprà dictum est. 389 9. Maj.

XXVI. *In Ecclesiâ* CYPRI.

370 1. Spiridion, uxoratus Episcopus Cypri, tempore Quadragesimæ, apposuit hospiti carnes porcinas, Socrat. l. 3. c, 8. Sozom. l. 1. c. 11.

2. Epiphanius Salaminæ (quæ post Constantia dicta fuit,) Cypri Episcopus, Theophili Episcopi Alexandrini, dolo circumventus, Johannem Chrysostomum Episcopum Constantinopol., iniquè oppugnavit. Vox ejus ad Chrysostomum audita: *Sperò te non moriturum Episcopum*: & hujus rursus ad eum: *Spero te non rediturum vivum in Civitatem tuam.* Utrumque evenit, Socr. l. 6. c. 9. 11. 13. 14. Sozom. l. 7. c. 26. lib. 8. cap. 14. 15. 402

3. Triphyllius Episcopus Cypri, apud Sozom. l. 1. c. 11.

XXVII. *In Ecclesiâ* CÆSARIENSIS *Cappadocum.*

370 1. Basilius Magnus, Socr. l. 4. c. 21. Theodoret. l. 4. c. 17. Sozom. l. 6. c. 15. 16. 17. Opera ejus vulgò rediguntur in IV. Tomos. 378

2. Firmilianus, Euseb. l. 6. c. 20. & l. 7. c. 13.

3. Firmus Thalassius, Socr. l. 7. c. 47.

MIXTI

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

MIXTI *in variis Ecclesiarum locis, Theologi ac Episcopi.*

1. Hegesippus, ex Judæo Christianus, Euseb. l. 4. c. 8. 21.

2. Bardesanes Syrus, cap. 28.

3. Rhodon Asiaticus, lib. 5. cap. 13.

4. Clarus, qui Ptolemaidis rexit Ecclesiam, Euseb. lib. 5. cap. 25.

5. Judas Scriptor Christianus, lib. 6 c. 6.

6. Hippolytus Episcopus, Scriptor. cap. 14. 16.

7. Chæremon, Episcopus Civitatis, quæ Nilus dicitur, decrepitus, cum Uxore ad montem Arabiæ fugiens, incertum ubi manserit, cap. 34.

8. Meruzanes, Episcop. Fratrum Armeniæ, ib. c. 38.

9. Helenus, Ciliciæ Tarsensis Episcop. ib. & l. 7. c. 4.

10. Nicomas, Iconii, Ecclesiæ ministerio functus est, lib. 7. c. 22.

11. Silvanus, Episcopus Gazæ, in Palæstina, Martyr, lib. 8. c. 22.

12. Anthimius, Episcopus Nicomediensis Martyr, lib. 8. cap. 25.

13. Zenobius, Presbyter Ecclesiæ apud Sidonem, Martyr, ibid.

14. Silvanus, Episcopus Ecclesiarum, quæ erant Emisæ, Martyr, feris objectus, ibid.

15. Eusebius, cognomento Emisenus, Socrat. l. 2. c. 6. Sozom. lib. 3. c. 5. Catal. Test. Verit. l. 4. p. 172.

200 16. Sophronius, Pompejopolis, in Paphlagonia, Episcopus, Socrat. l. 2. c. 31.

17. Eleusius, Cyzici, ibid.

18. Maris, Chalcedonensis Urbis Bithyniæ Episcopus lib. 3. c. 10.

19. Apollinarius, Scriptor Christianus, cap. 14.

20. Apollinarius alter, Filius ejus, etiam Scriptor

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Christianus, ibid. & lib. 2. c. 36. Mors. Anno Christi.

21. Basilius, Filius Basilii Magni, Episcopi Cæsariensis in Cappadociâ Sacerdos sivè Presbyter.

22. Marutha, Mesopotamiæ Episcopus, Socr. l. 7. c. 8.

23. Socrates, Scholasticus Constantinopolitanus, Hist. Eccles. autor.

24. Theodoritus sivè Theodoretus, Episcopus Cyri in Syria, Eccles. Hist. Scriptor.

25. Hermias Sozomenus Salaminius, Histor. Eccl. Concinnator.

26. Euagrius, Scholasticus, Historicus Ecclesiasticus.

In OCCIDENTE.

DISTINCTI,

In certis Ecclesiarum Classibus, sivè Diœcesibus, Episcopi.

I. In Ecclesiâ ROMANA.

1. Apostolorum aliquis, sicuti plerasque alias, itâ & Romanam plantavit Ecclesiam. Petrum fuisse, non constat liquidò, nec firmiter ex S. Scriptura probari potest. Sed Paulum Romam venisse, ubi jam ante erant Christiani, & illic biennium ferè docuisse, ipsa Sacra scriptura testatur, Act. 23. 11. & 28. 16. 30. 31.

69 2. Linus, Ab eo recensentur ordine alii, juxtà Catalogum, in Historia Platinæ, de Vitis Pontif. Rom. præfixum.

80 3. Cletus. Quidam hunc & Anacletum pro uno habent, ut Epiphan. Hieronymus, &c. 26 Ap. 83

93 4. Clemens.

5. Anacletus Græcus.

101 6. Euaristus, ex Patre Judæo, in Græcia natus. 26 Oct. 108

109 7. Alexander Romanus. 119

8. Six-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

8. Sixtus Romanus.
9. Thelesphorus Græcus.
10. Hyginus Atheniensis.
11. Pius Aquileiensis.
12. Anicetus Syrus: qui cum Polycarpo, statuerat
119 celebrationem Paschatis esse liberam; nec, propter
129 Ceremoniarum dissonantiam, rumpendam esse fidei 168
139 consonantiam, Iren. advers. hæres. l. 3. c. 3.
143 13. Soter, natione Campanus, patriâ Fundanus:
159 168 cujus sanctio fertur; ne legitima haberetur Uxor, nisi cui Sacerdos benedixisset, & quam Parentes marito tradidissent, Platina in Vitâ ejus.
177 14. Eleutherius, Neapolitanus, Græcus. 192
192 15. Victor, Afer. Hactenus, tanquam in re adiaphora, celebraverant Asiani Pascha 14. Lunâ, in quamcunqué hebdomadis diem incideret. Europæi die Dominico proximè sequente. Sed Victor in re in- 28. Jul.
differente, Irenæo conatus ejus frustrà increpante, ex- 201
communicationis fulmen contrà Ecclesias Asianas expediebat.
201 16. Zepherinus Romanus. 219
219 17. Calixtus Ravennas. 224
224 18. Urbanus, Romanus. 231
231 19. Pontianus Romanus. 235
235 20. Anterus Græcus: qui primus curavit Martyrum res gestas diligenter consignari, Platina. 236
236 21. Fabianus Romanus. 251
22. Cornelius Romanus. 255
255 23. Lucius Romanus. 257
257 24. Stephanus Romanus. 258
25. Sixtus vel Xistus, Atheniensis, Hispanicâ peregrinatione, & Laurentio Diacono, clarus.
272 26. Dionysius Græcus. 271
273 27. Felix Romanus. 273
283 28. Eutychianus Tuscus. 283

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 29. Cajus, seu Gajus, Dalmata. Mors. Anno Christi.
30. Marcellinus Romanus.
31. Marcellus Romanus.
296 32. Eusebius, Græcus. 296
304 33. Miltiades, seu Melchiades, Afer. 304
309 34. Sylvester, qui cum aliquandiu in Soracte mon- 309
311 te, ob mortis metum latitâsset; cessante, sub Constan- 311
314 tino Magno, tyrannorum sævitiâ, Romam rediit. Tunc 313
primùm Episcopi Romani cœperunt esse in tuto: nam 31 Decemb.
huc usquè plerique omnes fuerant affecti suppliciis 335
Platina in vit. Pontif.

II. *In Ecclesiis* SLAVONICIS.

1. Andreas Apostolus, à quo Russos & Moscos, Religionem Christianam accepisse, Annales ipsorum referunt, Guagnin. Tom. 2. Sarnicius Annal. Pol. p. 76. 216. Neugeb. Moscov. cap. 12. Lasicius in Theol. Moscov. ex Joh. Fabro, p. 170.

2. Paulus Apostolus, usquè ad Illyricum implevit prædicandi Euangelii Christi munus: seu, implevit omnia ea loca Euangelio Christi, Rom. 15. 19.

3. Titus, Discipulus Pauli Apostoli, profectus fuit in Dalmatiam, 2. Timoth. 4. 10.

350 4. Sarmata, Antonii Eremitæ discipulus, à Saracenis occisus.

385 5. Hieronymus, Dalmata, Stridonensis Episcopus,
longè celeberrimus, & quem vix ullus Latinorum lu- 30
cubrando vicit. Ejus operà compinguntur Tomis IX. Sept. 240

III. *In Ecclesiis* GALLICIS, *indefinitè*. æt. 91 in Oppido

1. Crescens, S. Pauli discipulus, in Gallia. Betle-

2. Attalus genere Pergamenus, columna & stabilimentum continuum Ecclesiarum Gallicarum, Martyr, Euseb. l. 5. c. 1. hem.

3. Alcibiades, Euseb. l. 5. c. 3.

IV.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Mors. Anno Christi.

IV. In Ecclesiâ Gallorum LUGDUNENSI.

1. Photinus, seu Pothenus, Lugdunensis Episcopus, Martyr, Euseb. l. 5. c. 1.

2. Irenæus, discipulus Polycarpi, Photini successor, Victorem Episcopum Romanum, Asiaticos ob varietatem quandam diei Paschatis excommunicantem, acriter (teste Eusebio lib. 5. c. 24. & Socr. l. 5. c. 21.) unà cum aliis Gallicis Episcopis, per Epistolam objurgavit: affirmans, Paschatis, Jejuniorum, & aliarum talium rerum, esse liberam observationem. Cum 203 cruciatu occiditur, cum omnibus qui ibi inveniebantur Christianis, Euseb. Libri ejus omnes perierunt, præter quinque, qui contrà Hæreses scripti sunt.

500 3. Eucherius, Catal. Test. Verit. l. 5. p. 435.

V. In Ecclesiâ Gallorum PICTAVIENSI.

270 1. Victorinus, Episcopus Pictaviensis, & Martyr: cujus extat Commentarius in Apocalypsin.

355 2. Hilarius, Socr. l. 3. c. 8. De eo Uxorato, Man- 365 tuanus lib. 1. Fastorum.

Non nocuit tibi progenies: non obstitit Uxor,
Legitimo conjuncta thoro: non horruit illâ
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tædas.

570 3. Fortunatus, prænomine Venantius Poëta insignis.

VI. In Ecclesiis AFRICANIS.

200 1. Tertullianus, Afer, initiò ardentissimi Zeli, deinde in Montani hæresin prolapsus. Ejus Opera extant uno Tomo.

240 2. Cæcilius Cyprianus, deligentissimè legit Tertullianum: Martyr, Euseb. l. 7. c. 3. Opera ejus con- 14 Septemb. 259 stituunt Unum Tomum.

3. Optatus Milevitanus, Episcopus in Aphrica, Caranz. Concil. Milevit. in princ. & fin.

4. Au-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 4. Aurelius Augustinus, nascitur 13. Novemb. A. 355. quod ipse annotat libro De Vita beata. Carthaginem petit studiorum gratiâ, A. 371. æt. 16. quo Anno etiam est orbatus Patre Patricio dicto. Romam venit, A. 383. æt. 29. ibiqué Rhetoricam docet: deinde Mediolani. Theologos consulit, Paulumqué Apostolum legit, 385. Baptizatur A. 388. in Paschate, ab Ambrosio, anno ætatis 34. Posteà revertitur Romam, & hâc æstate Romæ commoratur, ut ineunte vere in Africam naviget: scribitqué de moribus Ecclesiæ Catholicæ, & de moribus Manichæorum. Moxqué ex intimis cordis medullis ad Deum conversus, spem omnem quam habebat in seculo, dereliquit, jam non divitias, non honores seculi quærens; sed soli Deo cum suis servire statuit. De hoc suscepto ejus proposito serviendi Deo, Monica mater superstes, valdè exultabat: Posidon. de Vita August: Ideò moritura filio huic Augustino dixit: *Fili, unum erat propter quod in hâc vitâ aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem, priusquam morerer. Et ecce cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, ut te etiam, contemptâ felicitate terrenâ,* SERVUM *Dei videam.* August. Tomo I. Operum, Confession. lib. IX. Cap. 10. p. 153. Et Tomo X. de Vita Monicæ, Narrat. 1. pag. 1441. Ei, 14. Maj, A. 389. defunctæ cum justa solvisset, navigat in Africam, anno æt. 35. Ubi, in Ecclesia Hipponensi Presbyter, A. 391. æt. 37. & Episcopus ibidem Hippone, A. 395. æt. 41. ordinatur, vivente adhuc ejus Antecessore Valerio. Cumqué esset annorum 72. assumit sibi Coadjutorem Eradium Presbyterum, 26. Sept. A. 426. Tandem Vandalis, in Africa, Hipponem Urbem obsidentibus, tertio mense obsidionis, febri corripitur, in morbo Psalmos pœnitentiales recitat, & *ne Urbis suæ ruinam cerneret*, piâ & placidâ morte, sopitur. Urbs posteà capta est, quarto decimo mense,

395

Mors. Anno Christi.

28 Aug. A. 430 æt. 76

in

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. in sequenti Anno. Prosp. & Posidon. Mors. Anno Christi.

5. Primorosius in Africa Præsul.

6. Primasius, Augustini discipulus, scripsit in Epistolas Pauli Comment. Catal. Test. Verit. l. 5. p. 437.

7. Junilius, Primasio familiaris. ib. p. 434.

500 8. Fulgentius Carthaginensis, fuit Episcopus Ruspensis. Quædam ejus Opera extant. A. 529. Calv.

566 9. Victor, Africanus Episcopus, scribit ad Hunericum Regem Vandalorum, de ratione fidei Catholicę.
Calv. p. 648

VII. In Ecclesiis BRITANNICIS.

1. Josephus Arymatæus, cùm in Britanniam, sive casu, sivè consilio, cum non parvo comitatu, sub Nerone venisset, tam ipse, quàm ejus Socii, Euangelium non infeliciter prædicârunt, concedente iis Arvirago Rege, ad oppidum Uvelum, parum terræ ad inhabitandum. Hodie Templum & Cœnobium Benedictinorum extat: locus dicitur Glasconia. Ita, sicut Polydorus loquitur, Britannia, (quæ nunc Anglia est,) Provinciarum omnium prima, publicè Euangelium recepit: Polydor. Hist. Anglic. l. 1. & 2.

2. Fugatius, Polydor: Histor. Angl. lib. 2.

3. Damianus. Utrumquê hunc Euangelizatorem Eleutherius Episcopus Rom. ad preces Fily Coyli, Lucii Regis Britannorum, in Britanniam ablegavit. Hi eum, cum tota domo, populo universo, baptizârunt, sublatoquê malorum dæmonum cultu, Gentem modum verę pietatis colendę docuêre. Loco trium Archiflaminum, tres Archiepiscopi; 28. Flaminum, 28. Episcopi constituti; prophani Deorum cultus sublati, Templa Diis Gentium statuta, Christo dedicata, ibid. & de Invent. rer. l. 4. c. 12. p. 282.

430 4. Palladius, Scotis credentibus, primus Episcopus, à Celestino Episcopo Rom. missus, Platina de Vit. Pontif. Rom. pag. 62.

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

5. Patritius, qui Hiberniam ad fidem convertit.
6. Servatius, qui non solum in Scotia, sed & Orcadibus Insulis, Christum prædicavit.
7. Augustinus Anglorum Apostolus. 604
596 8. Melitus, alter Anglorum Apostolus.
9. Columbanus, Abbas, Concionator gentis Scoticæ: de eo Calvis. ad An. 565. & an. 612. 613. 591 æt. 76.

MIXTI.

In variis Ecclesiarum locis, Theologi ac Episcopi.

1. Lucius Cyrenæus, Pauli Apostoli Discipulus, Augustæ Tiberiæ, quæ hodiè Ratisbona.

2. Marcus, Pauli Apostoli sectator, dicitur prædicâsse in Urbe Juliobona in Norico.

3. Maternus, Petri Discipulus, Argentorati, & Coloniæ Agrippinæ.

4. Clemens, Metenses ad agnitionem Christi vocavit.

5. Trophimus, Arelatenses Gallos: à quorum Archiepiscopo, successionem suorum Cantuariensium, & aliorum Præsulum derivant Angli, apud Georg: Carletonum in Consensu Ecclesiæ Catholicæ contrà Tridentinos.

129 6. Justinus Philosophus, ex Ethnico Christianus factus, Romæ docens, acerrimè contra nugas Gentilium depugnavit, ipsumqué Imp. Antoninum Pium, Senatumqué Rom: elegantissimâ dicendi libertate, innocentiam Christianam docuit. Prostat, præter Orationem Paræneticam ad Gentes, & Colloquium cum Triphone, utraqué ejus pro Christianis scripta A. 150. Apologia digná quæ legatur. Eâ enim effecit, ut edictum fieret de iis saltem Christianis tollendis, qui maleficii convincerentur. Tandem à Crescente Philosopho Cynico, quem confuderat, Christianismi, accusatus,

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. satus, coronam Martyrii, sub M. Antonino Vero, reportavit. In sua Apologia Scribit; apud Christianos suo tempore, *Baptismum celebratum esse in nomine Patris omnium, Dominique Dei & Servatoris nostri Jesu Christi, & Spiritus Sancti. Eucharistia autem sub utraque specie, omnibus distribuebatur, prolato pane, & poculo aquæ & vini.* Euseb. Hist. Eccl. l. 4. c. 15. 16. 17. Mors. Anno Christi. Apologia II. pro Christianis ad Antoninum Pium Imp. 168 163

180 7. Apollonius, Philosophus Christianus, Romæ propter Christum, postquam pro fide Christiana Apologiam in Senatu recitâsset, supplicio affectus est, l. 5. c. 17. 20. Calvisius. pag. 484 485. 185.

8. Gajus, vir eloquentissimus, Romæ Zepherino Ecclesiam regente, contrà Proclum Phrygum, seu Montanistarum erroris propugnatorem, disputationem habuit, lib. 6. c. 14. Calvis.

222 9. Julius Africanus, Chronologus & Historicus egregius, Origeni & Heraclæ notus, lib. 6. c. 24.

10. Hosius (alii Osius legunt,) Episcopus Cordubæ in Hispania, à Constantino Magno Imp. missus Alexandriam, ut Arium ad concordiam invitaret, Socrat. lib. 1. cap. 4. & lib. 2. c. 26.

11. Paulinus, Treveris in Gallia Episcopus, idem lib. 2. cap. 29.

12. Dionysius, Albæ primariæ Urbis Italiæ Episcopus, ibid.

13. Eusebius, Vercellarum Civitatis Liguriæ, ibid.

285 14. Arnobius Rhetor, ex Pagano Christianus, scripsit contrà Porphyrium, & contrà Gentes, Calvis. ad An. 303. & 326. p. 529. 539.

Calvi. A. 303. p. 529. & A. 326. p. 539

15. Lactantius Firmianus, Arnobii auditor, pervenit in Senectute ad Principatum Constantini Magni. Hic est Cicero Christianorum, quemadmodum Cyprianus.

290

340 16. Julius Maternus Firmicus, scripsit librum de mysteriis & erroribus prophanarum Relig. Calv. p. 550.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

17. Martinus Sabariensis, militiam sub Juliano Imp. deseruit, dictitans, se militaturum Deo. Dehinc Episcopo Hilario familiariter uti cœpit: factus Episcopus
356 Turonensis in Gallia. Ab Arianis persequtionem passus est, Sozom. l.3.c.13. Vitam ejus, eo adhuc viven- 397
te descripsit Sulpitius Severus, Baron. ǽt.81

360 18. Vigilantius Gallus, Præsul Hispanus doctissimus, qui irrepentes in Ecclesiam errores, nempe, Invocationem Sanctorum, Orationes pro mortuis, Adorationem reliquiarum & Imaginum, Candelarum interdiu accensionem, Cœlibatum Clericorum, & alia similia impugnavit, Hieronym, advers. Vigilant.

374. 19. Ambrosius Episcopus Mediolanensis, qui Theodosium Imp. A. 390. die Paschatis, Templo exclusit: nec prius ad sacram Synaxin eum admisit, quàm veræ ac seriæ pœnitentiæ publica signa ostenderet. Nam cùm Thessalonicæ per seditionem quidam interfecti essent, Imperator nimium excandescens, jusserat promiscuam turbam, insontes pariter cùm sontibus, trucidari: itaqué ad septem millia hominum perierant. Ideò Ambrosius Theodosium ad Pœnitentiam cohortatus est per Epistolam, quæ extat l. 5. Epist. 28. Elapsis ab Excommunicatione octo Mensibus, ipso Festo Natalis Christi, ab Ambrosio absolutus, & in Ecclesiam receptus est. Totam Historiam fusè describit, & verba Ambrosii, quibus Theodosium ab ingressu templi rejecit, recitat Theodor. lib. 4. c. 6. & l. 5. c. 17. Brevius Socrat. l. 4. c. 25. Sozom. l. 6. c. 24. & lib. 7. c. 24. Theodosii, mortui ex hydrope Mediolani, 17. Jan. A. 395. æt. 60. laudes continentem Orationem recitavit in Templo, quæ Tomo 3. Operum ejus extat. Moriturus ad circumstantes Sacerdotes dixit: *Non* 4. April.
sic vixi, ut me pudeat inter vos vivere: nec mori timeo: quia 397
bonum habemus Dominum: Paulinus in Vitâ Ambrosii. ǽt.64
Operum ejus Tomi V. supersunt.

20. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Mors. Anno Christi.

20. Joannes Cassianus Monachus in Massilia Presbyter factus, multa scripsit.

21. Paulus Orosius Scriptor.

22. Prosper Aquitanus, Episcopus Regiensis in Gallia; scripsit Chronologica & Theologica, in quibus etiam sunt quædam Carmina: Auditor & imitator Augustini.

424

434 23. Maximus Taurinensis Episcopus, cujus Homilias Alcuinus collegit.

440 24. Lupus, Aurelianensis Episcopus, Attilam Hunnorum Regem, in Germaniam ac post in Galliam moventem, sævâque populatione cuncta pessundantem, his excepit verbis: *Gaudeo salvum Te advenisse, quem judico esse* FLAGELLUM *Dei mei, ad castigandos populos*; Anno 451.

454 25. Severinus Monachus, Noricorum Apostolus, in Noricum sivè Austriam venit, & Religionem Christianam voce suâ propagavit. Dicitur Prophetiæ spiritu claruisse, & Odoacro victoriam prædixisse, Cusp. Pantal. Sigon. Sigebert.

26. Sedulius Scotus, clarus in Italia. Catal. Test. Verit. l. 5. p. 440.

27. Thodulus Italus, Episcopus, ibid. p. 442.

28. Salonius Episcopus Viennensis, p. 457.

29. Faustus Episcopus, p. 466.

30. Philastrius, Episcopus Brixiensis, discipulus Ambrosii, ibid. pag. 467.

460 31. Salvianus presbyter Massiliensis.

466 32. Mamertus Episcop. Viennensis in Gallia, ob terræ motus & ferarum incursiones, diebus ante Ascensionem Christi, supplic. cum jejunio instituit: qui dies posteà Rogationum vocati, Calvis. Chron. ex Sigeb.

471 33. Remigius Juvenis 22. annorum, præfuit Rhemensi Ecclesiæ, Apostolus Francorum dein appellatus, Calvis. ex Hincmaro.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 34. Vigilius, Episcopus & Martyr Tridentinus, Calvis. ad A. 400. p. 575. Mors. Anno Christi.

35. Vincentius Lirinensis, Calvis. A. 434. p. 591.

495 36. Avitus Alcimus, Episcopus Viennensis.

530 37. Dionysius Exiguus, natione Scytha, Abbas
532 Romanus, Annorum à nato Christo, supputationem,
Calvis. quâ hodie utimur, primus instituit. Beda.

929. 38. Rupertus, Bavarorum Apostolus.

580 39. Isidorus Junior, Episcopus Hispalensis, anni 40. Scripsit Philologica, Historica, & Theologica, Calvis. ad A. 633. & 637.

CAPUT. II.

Theologi & Pastores Ecclesiarum Christi, tam in ORIENTE, *quam in* OCCIDENTE, *ab Anno* 600. *ad Annum* 1000.

In ORIENTE.

601 1. HEsychius, sivè Isychius, Episcopus Hierosolymitanus, insigne opus super Leviticum conscripsit.

728 2. Johannes Damascenus, in aulâ Saracenicâ Damasci clarus, alius à Johanne Damasceno, ex Judaismo converso, Monacho dicto, A. 451. Scripsit multa, ac inprimis lib. 4. de Orthod. Fide.

In OCCIDENTE.

DISTINCTI.

In Ecclesiis SLAVONICIS.

862. 1. Cyrillus.

Calvis. 2. Methodius: uterqué Episcopi, omnium SLAVORUM Apostoli, linguâ Græcâ & Slavonicâ promptissimi, docent in Moravia, Bohemia, &c.

927 3. Letomilus, sub Venceslao Bohem. Duce.

4. Pro-

Vita & 4. Prostivogius, sub Boleslao Leni, in Bohem.
Ordinatio. 5. Voitechus, sivè Woyciech, (quod Exercituum Consolatorem significat,) aliàs Adalbertus, vulgò Anno Christi circiter. ALBERTUS, secundus Pragensium in Bohemia Episcopus, in Græcâ religione ac disciplina enutritus, Mors. Anno Christi.
992 deinde POLONORUM Apostolus A. 995. & doctor
989 gratissimus, à Barbaris in Prussia, quibus Christi Euangelium prædicare cæperat, propè oppidum 23. April.
Fischhausen interfectus, Calvis. p. 825. 836. 838. 839. 997

MIXTI.

618 1. Sozymus, sivè Zosimus, vel Dionysius, ut nonnulli volunt, primus Augustanæ Vindelicorum Ecclesiæ Episcopus.

630 2. Jonas Hybernus, alias Anglus; Angliam, Gallias, & Italiam, mirificè illustrat, ut novus quidam Apostolus.

640 3. Eligius, Episcopus Noviomensis.

4. Adrianus, Episcopus Northumbrorum in Anglia.

5. Arbogastus, Episcopus Argentoratensis.

652 6. Audoenus sivè Dado, Episcopus Rotomagensis.

7. Hildephonsus, Episcopus Toletanus.

680 8. Smaragdus, Abbas in Anglia. 689

9. Kilianus Scotus, Francorum Apostolus, Episcopus Herbipolensis.

700 10. Bonifacius Anglus, Apostolus Hessorum & Frisiorum, Archiepiscopus Germanicus, sivè Moguntinus, alias Venofridus, scribit Epistolas. Coronatus est Martyrio, 5. Juny A. 755. Calvis. pag. 709. 718. 719.

11. Beda Venerabilis, Presbyter in Anglia, scripsit multa, quæ Octo Tomis comprehenduntur. 26. Maj. 735

715 12. Anshelmus Episcopus in Scotia. æt. 70

13. Rupertus, Episcopus Vormatiensis.

725 14. Zeiso, Septimus Augustæ Vindelicorum Episcopus.

15. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

15. Johannes Mailrosius, Scotus.
16. Paulinus, Aquilejensis Episcopus.
760 17. Albinus sivè Alcuinus, Anglus, Bedæ discipulus, & Caroli M. Præceptor atquè familiaris. 804
780
820 18. Claudius, Taurinensis Episcopus, concionatur & scribit contrà adorationem Imaginum, Crucis, & Reliquiarum, contrà invocationem Sanctorum, & Primatum Papæ.
826 19. Ansgarius, Danorum & Suecorum Apostolus, Archiepiscopus Hamburgensis, Usserius p. 38. 39. 835
840 20. Haymo, Episcopus Halberstadensis, fuit Bedę consanguineus, & Alcuini discipulus. 853
845 21. Hincmarus, Episcopus Rhemensis, vir eruditus, scribit contrà προεδρίαν Papæ.
847 22. Rabanus Maurus, Abbas Fuldensis, & posteà Episcopus Moguntinus, multa scripsit prosâ & versu. Edidit commentaria in universam Scripturam. Fuit homo doctus, Theologus, Astronomus, Rhetor, Poëta.
23. Walafridus Strabus, Rabani discipulus, Abbas Fuldensis.
850 24. Bertramus, Presbyter in Gallia; multa utilia scribit de Corpore & sanguine Christi, Usserius p. 38. 39. 855
870 25. Johannes Erigena, Scotus cognominatus, Gręcè, Arabicè, & Chaldaicè doctus, Professor Oxoniensis, cum multis Philosophicis & Theologicis scriptis, acumen ingenii satis demonstrâsset, & prætereà Missam pro vivis & mortuis sacrificium esse negâsset, Stylis discipulorum, quorum vitia taxaverat, Monachorum impulsu, confossus periit. 883
910 26. Regino Abbas Prumiensis, claret circà hęc tempora & Chronicum suum huc usqué deduxit, Trith.
27. Huldericus, sivè Ulricus, Episcopus Augustanus, scribit & contrà Cælibatum Sacerdotum acerrimè pugnat. 4. July. 973 ęt. 83

28. Ro-

Vita & Ordinatio. Anno Christi. | Mors. Anno Christi.

28. Robertus Episcopus Moguntinus, animi mœrore extinguitur.

29. Godefridus, Civis Romanus, primus in Silesia Episcopus, vir pius & doctus: Lubienius in Proœm. Episc. Plocens. Episcopatus autem Smogorzoviæ primùm fuit; tum Byczyni, tandem Uratislaviæ: Damalevicz cap. 1. p. 28. Curæus. 977

950

977

980 30. Willigisus Saxo, in pago Strominga natus, plaustrario Patre, ejus Successor, Schafnab. 992

31. Osvaldus, Wigorniensis in Anglia Episcopus.

CAPUT. III.

Theologi & Pastores Ecclesiarum Christi in ORIENTE, & OCCIDENTE, *ab A.* 1000. *ad exortum Petri Valdi in Gallia, A.* 1160.

In ORIENTE.

1070 OEcumenius, Scriptor Græcus, à quibusdam collocatur, in A. 800. ab aliis in A. 900. Verisimilius tamen est, illum floruisse A. 1070.

In OCCIDENTE.

1049 1. Berengarius, Andegavensis ille Archidiaconus, Scholasticus, natione Gallus, rectè docet de Eucharistia, & gliscenti Transubstantiationis errori sese opponit. Tandem in fide vera & constanti obiit, ac discipulos post se, in omnibus terris reliquit constantissimos. Scripsit librum de Corpore & Sanguine Christi, in Sacramento Cœnæ.

1050 2. Nicetas, Abbas Græcus, sed in Occidente degens, edito Scripto Conjugium Sacerdotum defendit.

1054 3. Hermannus Contractus, natus ex familia Weringensium Comitum, Monachus. Scripsit de Musica,

Vita & Creatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

Chronicon, seu de sex ætatibus Mundi, De Eclypsibus, &c. Calvis. p. 870.

4. Petrus Damianus, Episcopus Ostiensis, scripsit
1060 inter alia librum, de correctione Episcopi & Papæ, quo corruptelas Ecclesiæ suorum temporum perstringit.

1060 5. Marianus Scotus, monachus Colon. postea Fuldæ & Mogunt. Scripsit Chronicon. Calv. ex Sigeb. p. 873.

1070 6. Lanfrancus Italus natione, Abbas in Galliis, post Episcopus Cantuariensis in Anglia, Calvis. p. 878.

1072 7. Theophylactus patriâ Constantinopolitanus, Episcopus Bulgarorum, circà hæc tempora floret. Meminit enim in Scriptis suis Imp. qui circà hæc tempora fuerunt, ut Commenorum, & Ducarum, Baron. Calvis. Chron.

1131 8. Bernardus, Abbas Clarevallensis; in suis Scriptis hinc inde tyrannidem Pontificiam perstringit, inque peccata Cleri liberè invehitur: strenuus tamen Pontificiæ sedis defensor; quare inter Divos à Papa 1153
Alexandro relatus est. Pro partibus Innocentii Pontif. æt. 63
Rom. stans, Lotharium Imp. durius excepit, Calvis. ex Baron. p. 915. & p. 928.

CAPUT. IV.

Theologi & Pastores Ecclesiæ Christi, ab A. 1160. ad eximium illum Theologum Viclevum in Anglia, A. 1370.

1160 PEtrus Valdus Lugdunensis Gallus, Ecclesiæ Romanæ errores indicavit atque refutavit: à quo, illi homines, qui tum cum ipso, doctrinam & vitam manifestius reformabant, appellati sunt VALDENSES. Dicti etiam fuerunt Pauperes de Lugduno, Leonistæ, Albigenses, &c. Religio autem eorum non tum demum

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. mùm cœpta est, sedà multis retrò seculis: licet & nomen Valdensium, vel aliud simile, eis attributum non esset, & Valdus nondum exstaret. Mors. Anno Christi.

In Ecclesiis SLAVONICIS.

1331 1. Johannes Mravinus.

2. Henricus Lubnæus. Uterque in Bohemia, sub Johanne. Bohem. Rege, presbyteri.

CAPUT. V.

Quidam Theologi & Pastores Ecclesiæ, ab A. 1370. usquéad quosdam in Bohemia Veritatis testes, & inter eos præcipuum Iohannem HUSSUM.

1370 1. JOhannes Viclevus Anglus, Valdensium doctrinam in Angliam propagatam, primus palàm asseruit, & studiosè explicavit. Scripsit plurimos libros: quorum nonnulli ab interitu vindicati sunt. 31. Dec. 1387

1391 2. Nicolaus de Polonia.

3. Joannes de Polonia.

4. Conradus de Saxonia. Tres isti inter Valdenses nominati Apostoli, Magistri, Angeli, & Fratres.

CAPUT. VI.

Quidam Theologi & Pastores Christi, Veritatis testes, in Bohemia.

1360 1. M. Johannes Miliczius, Canonicus Pragensis, Cathedralis in arce Templi Concionator. 2. Febr. 1374

2. Cunradus Stickna, in arcis Prag. Templo Concionator. 1369

1370 3. Matthias Janovius, sivè de Janova Pragensis, (vulgò Parisiensis dictus, quod Lutetiæ Parisiorum novem annos studiorum causâ vixisset;) prædecessori- 30. Nov. 1394

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. bus in propaganda sub utrâquè (sc. Specie) communione fervidior & animosior. Mors Anno Christi.

4. M. Johannes Hussus, ex Academia Pra-
1400 gensi vocatus, in sacrâ æde Bethlehem dictâ Concionator, cultum divinum, ex Græcæ quondam disciplinæ incunabulis, ipsamquè Valdensium doctrinam, vel potius Christi Euangelium, cum aliis post Viclevum, in Bohemia instaurat: ideoquè Constantiæ, ignis supplicio de medio tollitur. Ejus Opera ex- 6. Julii
tant latina duobus tomis impressa Norimbergæ, 1415
1558. Postilla Bohemica, 1564. Duodecim Articulorum fidei Christianæ Catholicæ, Decalogi, & Orationis Dominicæ explicationes Bohemicæ.

5. Hieronymus Pragensis, Hussi Collega, ibidem 30. Maj.
flammis exuritur. 1416

CAPUT. VII.

Theologi, Ecclesiæquè Dei Pastores, primi HUSSI *dogmatum & Religionis Sectatores*, HUSSITÆ *dicti in Bohemia, ab A.* 1414.

Isti, 1. Ante Compactata Basiliensia.
2. Post Compactata.

ANTE *Compactata*.

1414 1. M. Jacobus, vulgò Jacobellus, Misensis Bohe- 9. Aug.
mus natione, de Stibro Urbe Bohemica, quæ 1429
Latinis dicitur Misa, ad Misam fluvium sita. Pragæ

2. Venceslaus Parochus in pago Arnostovitz, pro- 7. Julii
pè Miliczinum, cum aliis octo, ob puriorem Euan- 1420
gelii Christi doctrinam, vitâ privatus est.

3. Johannes Zelivæus, Pastor Ecclesiæ Pragens. 9. Mar.
1421 4. Cunradus Westphalus, Archiepiscopus Pra- 1422
gensis, 7. Julii. 1421. Euangelicorum, qui tùm 25. Dec.
Hus- 1431

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. Hussitæ vocabantur, Religionem amplexus est. Mors. Anno Christi.

POST *Compactata*, *sivè transactionem in Religione Concilii Basiliensis*, *A.* 1433.

Hussitæ divisi, 1. CALIXTINI.

2. TABORITÆ.

CALIXTINI.

1433 1. Johannes Rokitsanus (Rokitsanam alii vocant,) Pragensium ad Lætam Curiam, sivè in Templo Urbis Cathedrali, Divæ Mariæ dicto, Prædicator: ibidem sepultus, sed post 150. circiter annos, A. 1621. sepulchro exemptus, & à Clero combustus. 22. Febr. 1471

2. Udalricus Baccalaureus. 20. April. 1468

3. Martinus Lupacius, qui scripsit Diarium Eccles.

4. Venceslaus Chocenus.

1437 5. M. Christianus Prachaticius, Theologus, & Mathem. insignis.

1439 6. M. Joh. Przybram.

1471 7. M. Procopius Pilsenus.

8. M. Venceslaus Coranda, vir fuit longi ævi. 2. Febr. 1519 æt. 95

TABORITÆ,

cum eisque Orphani dicti.

1. M. Petrus à Mladanovitz.

2. M. Nicolaus Peldrzimovius, Episcopus sivè Antistes Taboritarum, dictus inde Biskupecius. 7. Febr. 1550. Prag.

3. Procopius Holii, sivè Rasus, Taboritarum Dux & Theologus, Disputator cum sequentibus duobus. 30. Maj. 1434.

4. Bedrichus Straznicius.

5. Vilhelmus Kostka, Baro de Postupitz.

6. Petrus Payne, Anglus.

7. M. Venceslaus Coranda, alius ab eo, qui fuit ex Calixtinis.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 8. Johannes à Lukametz, Sacerdos Taborita, autor Confessionis Taboritarum, Anno 1431. Scriptæ. Mors. Anno Christi.

CAPUT. VIII.

Quidam Valdensium, Viclevi, & Hussi Sectatores, in diversis locis.

1400 1. Henricus Grunfelder.
2. Henricus Ratgeber.
3. Henricus, tertius.
4. Ulricus. Omnes isti quatuor Sacerdotes, propter dogmata Valdensium, Viclevi & Hussi, supplicio affecti Ratisbonæ. 1423
5. Joh. Draendorf, Vormatiæ. 1424
6. Petrus Tornau, Spiræ. 1426
7. Paulus Grau, Bohemus in Scotia. 1431
8. Matthæus Hager, Berlini. 1458
9. Jacobus, Diaconus Magdeburgi.

1410 10. Petrus Dresdensis ex Misnia, vir doctus, propter studium sincerioris doctrinæ & fidei, expulsus patriâ, Pragam se ad Hussum contulit: idemque cum eo, de Communione sub utraque specie, palàm profitebatur.

1460 11. Joannes De Vesalia, sivè Vesaliensis, Theologus & Concionator Vormatiensis, Veritatis assertor, condemnatus A. 1479. Moguntiæ. Historia de eo extat in Paralip. Urspergensis, simul impressa cum duobus libris Æneæ Sylvii de Concilio Basiliens. Jacobus Wimfelingus testatur, eundem Vesaliam docendo & scribendo non parùm Scholam Erphordensem illustrâsse. Joh. Wolfius Lect. Mem. Tomo 1. Cent. 15. p. 874. Catal. Test. Verit. lib. 19. pag. 1907. Melch. Adamus in vitis Philos. p. 22. Micrel. l. 3. p. 50. Calvis. p. 1129.

12. Joannes Wesselus, Græcis Basilius appellatus, co-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. cognomento Gansfortius, Groningensis, Frisius, circà A. 1419. natus, eodem tempore vixit cum præcedenti Joanne de Vesalia: sed tamen fuit eo aliquantò junior, fueruntqué mutuâ amicitiâ juncti. Trium facultatum, Theologiæ, Jurisprudentiæ & Medicinæ Doctor; profectus posteà in Græciam, Aristotelem Græcè, & quicquid eo seculó in Græcia docebatur didicit, ibiqué ab eruditis Græcis Basilius appellatus: reversus inde, Germaniæ, Galliæ, Italiæqué Academias perlustravit: in quibus linguarum, Hebrææ, Græcę, & Latinæ scientiâ, Disputationum acumine, docendiqué dexteritate, tantam nominis famam adeptus est, *ut Lux Mundi* vulgò diceretur. Docuit autem Coloniæ, Heidelbergæ, & Lutetiæ Parisiorum. Ingravescentibus annis in Patriam rediit: ibiqué scribendo suo more, & docendo, & sibi, & suis vixit. M. Johan. Ostendorpius, Canonicus Templi Divi Lebuini Daventriensis, adolescens admodum, istum Wesselum Frisium senem adiit, & intèr cætera audivit ab eo, quasi jam, quod per Lutherum futurum erat, prævidente: *Studiose adolescens, ad illum vives diem, quo doctrina recentiorum & contentiosorum istorum Theologorum, Thomæ & Bonaventuræ, & aliorum ejusdem farinæ ab omnibus verè Christianis explodetur.* Rom. Ecclesiæ errores sæpius deploravit: gratuitam nostri justificationem, per fidem in Christum inculcavit: Purgatorium & Indulgentias improbavit. Opera ejus excusa sunt Arnhemiæ, 1614. In Confessione Jesu Christi crucifixi, animam Deo reddidit. Joh. Wolffius Lect. Mem. Tomo 1. Cent. 15. pag. 835. 836. Catal. Test. Verit. lib. 19. p. 1908. 1909. Melchior Adamus in Vitis Philos. p. 21. 22. 23. 24. & in Vitis Theolog. Germ. p. 93. ex Geldenhaurio Noviomago l. 1. de viris illustr. infer. Germ. Suffrido Petr. decad. 8. de Scriptoribus Frisiæ, cap. 4. Micrel. l. 3. p. 49.

Mors. Anno Christi, 4. Oct. 1489 æt. 70 Groningæ.

14. Do-

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. 13. Domitius Calderinus, Italus, ne Missam quidem audire voluit: & cum ab Amicis ad eam duceretur, dixisse fertur: Eamus ad communem errorem. Joh. Wolff. in Lect. Memor., & Bucholc. Ind. Chron. ex Lud. Vive. Mors. Anno Christi.

1472 14. Hieronymus Savonarola, Ferrariensis, cujus summa apud Florentinos autoritas fuit, ob professionem purioris Religionis crematus, cum Sociis duobus, Florentiæ. Catal. Test. Verit. l. 19. p. 1914. 1498 æt. 55

15. Gobelinus Persona in Westphalia natus A. 1358. nonnulla in Papatu improbavit, viditqué in tenebris aliquid. Unde apparet, veram Christi Ecclesiam semper fuisse, etiam in Papatu: perinde ut in V. T. fuit verus Israel, in mediis Baaliticis cultibus, inter tyrannicas idololatricorum Regum persequitiones. Melch. Adamus in Vitis Theol. Germ. p. 1. 2. 3. ex Henr. Meibomio, in Cosmodromio Gobelini 1599. edito. Matth. Dressero Isag. histor. parte 5. 1420 ætat. 62.

1485 16. Joannes Hiltenius, Melch. Adam. in Vitis Theolog. Germ. p. 3. 4. 5.

1500 17. Andreas Proles, Lipsiæ in Misnia natus. Hunc ipsum Prolem, jam decrepitum vidit & audivit Martinus Lutherus, admodum tamen juvenis, Magdeburgi, ibid. p. 5. 6. Catal. Test. Verit. lib. 19.

18. Joannes Geilerus, Cæsaris monte Oppido Imperiali, A. 1445. die 16. Martii natus, Doctor Theologiæ, Argentorati docet 33. ann. non minus exemplo, quàm doctrinâ venerabilis, Ecclesiasticos reprehendit. In Calendario antiquo, in quo varia diligenter annotârat, ad diem Nativitatis suæ adscripsit: dies calamitatis. Veré enim Natalis cujusvis est initium omnis miseriæ. Nec solum questus est de Religione corruptâ, sed etiam prædixit venturum quendam, divinitùs excitatum, qui eam instauret. Melch. Adam. p. 6. &c. ex narratione Beati Rhenani. 10. Martii. 1510 æt. 65

19. Con-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 19. Conradus Summerhardt, Calvæ in Suevia natus, Theol. D. Ecclesiæ reformationem unicè exoptavit. ib. p. 12. 13. Mors. Anno Christi. 3. Nov. 1511 æt. 44.

20. Nicolaus Rus, Germanus, errores Pontif. taxavit, Vismariâ secessit in Livoniam. ib. p. 13. 14.

1513 21. Simon Heinsius, primus Concionator Euangelicus Vitembergæ. ib. p. 14. 15. 1522

1523 22. Andreas Cnophius, primus in Livonia emendat doctrinam & ritus.

23. Joannes Staupicius, genere Nobilis, Doctor Theolog. & primus Decanus in Acad. Witemberg. Vocat Lutherum Vitembergam, ejusqué doctrinam probat. ibid. p. 17. &c. 28. Dec. 1527

24. Jacobus Wimphelingus, docet Heidelbergæ. ib. p. 21. &c. 17. Nov. 1528

25. Desiderius Erasmus Roterodamus, 28. Oct. 1467. natus Roterodami in Hollandia, in negotio Religionis neutralis, multa in Papatu reprehendit. ib. p. 86. &c. æt. 79 12. Jul. 1536 æt. 70.

CAPUT. IX.

Theologi & Pastores Ecclesiarum, per Hussitas Bohemos, maximè Taboritas, reformatarum.

In POLONIA.

1431 1. PRocopius Holy.

2. Petrus Payne, Anglus.

3. Bedrichus Straznicius.

4. Vilhelmus Kostka, Baro de Postupitz. Quatuor isti Hussitæ Bohemi, nempè Taboritæ, Anno 1431. Cracoviæ, in Minori Polonia, disputârunt publicè, præsente Uladislao Jagellone Rege Poloniæ, de Religione, cum Doctoribus Academiæ Cracoviensis: Cromer. Hist. Pol. l. 20. p. 298. Bielsc. junior Hist. Pol. l. 3. p. 337.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 5. Quidam Sacerdos Bohemicus venerat ad Uladislaum Regem, venena (ut scribit Dlugossus in Annal. Pol. M. S. Parte 3. lib. 11. A. 1432.) per prædicationem suam, quam jam ordiri cæperat, dissemi-naturus Vicleviftica. Idem fortè est Presbyter, qui in tabula (verba sunt Dlugossi in Annal. MS. parte 3. lib. 11. A. 1433.) sc. Regis Pol. Uladislai Jagellonis, & aliis in locis, sectam Bohemorum multipliciter rationibus pluribus apud Laicos promovit, & extulit. Mors. Anno Christi.

1432

1433

6. Quum esset Rex Uladislaus in Przyssow, A. 1433. venit ad eum, in die S. Heduigis nuncius M. Christiani Prachaticii, Theologi & inprimis Astronomi magni nominis, quidam Sacerdos, sectâ hæresis Bohemicæ (ità scribit Miechov. Chron. Reg. Pol. lib. 4. cap. 48. p. 289.) infectus: & inter Colloquia de conjunctionibus hoc Anno Planetarum, & Eclipse sub terra, monuit, ut & ipse domui suæ disponeret.

7. Quinqué Bohemi Sacerdotes, ob puriorem do- 1439
ctrinam, Sbansini in arce capti, & Posnaniæ cremati.

CAPUT. X.

Posteriores Hussi Sectatores, & quidem Ecclesiarum UNITATIS FRATRUM, *Bohemorum & Moravorum, Theologi atqué Pastores præcipui.*

Inter hos collocantur.

I. SENIORES.

II. CONSENIORES.

III. Reliqui PASTORES Ecclesiæ.

I. SENIORES, sivè SUPERATTENDENTES.

SEniores sivè Superattendentes Ecclesiarum *Bohemicarum* & *Moravicarum*, nec non *Major.* POLONIÆ, quæ Confessionem ac disciplinam eandem amplexæ,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. plexæ, in Unum UNITATIS FRATRUM corpus Mors. Anno Christi
coaluerunt; plerumqué è Conseñioribus eliguntur, ac per impositionem manuum, publicamqué inaugurationem, in munus Senioratus ordinantur ac consecrantur. Quoniam verò, longâ consuetudine, in Ecclesiis trium harum Provinciarum receptum est: ut è Senioribus, Unus Primarius (sivè in ordine Primus,) quem vulgò illi Præsidem vocant, non eligatur quidem, nec peculiariter ordinetur; sed post decessum aliorum, ipso Ordinationis tempore prior, succedat: ratio ordinis omninò requirere videtur: ut primò, Seniorum omnium trium harum Provinciarum BOHEMIÆ, MORAVIÆ, & Major. POLONIÆ nomina hîc inserantur: ac post, Præsidum, seu primorum in ordine Seniorum, à primâ origine sibi invicem succedentium, series adjiciatur.

Seniores seu Superattendentes, *Ecclesiarum* BOHEMIÆ, MORAVIÆ, *&* *Major.* POLONIÆ, *in* UNITATE FRATRUM.

1467 1. Michael, Pastor olim Ecclesiæ Sambergensis, 1501
unde & cognomen accepit, ordinatus in Austriâ, cum Richnoviæ
duobus simul sequentibus, ab Episcopo Valdensium STEPHANO, & aliis Collegis ejus, in Seniorem sivè Episcopum, Anno. 1467.

2. Quidam Valdensis Minister senex.

3. Quidam ex Pontificiis Sacerdos.

4. Matthias Convaldensis, A. 1442. natus, ordi- ante festum
natus ab his tribus in SS. Ministerium, eodem Anno Conv. Pauli
in Bohemia. 1500 æt 58, Lipnici sepul. Mor.

5. Procopius Baccalaureus.

6. Thomas Przelaucius. 1507 Brandis. 23. Feb.1518. Prerov. 6. Sept. 1503.

1499 7. Elias Chrzenovius, missus ad Fratres Exules in Moldaviam.

8. Lucas Pragensis, Baccalaureus, vir doctus, m. Dec. 1528 Bolesl.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Legatus in Græciam, Italiam & Galliam; Scriptis Mors. Anno Christi.
suis LUTHERO notus, Volumen Canticorum Bohem. concinnavit. Ejus inter alia dictum: *Fratribus non tàm ab Hostium persecutionibus, quàm à neglecta Disciplina, interitum esse metuendum.* Paulò ante mortem, Testamentum consignavit, in quo pia monita & consilia UNITAT. FR. reliquit. Obiit, præsente Martino Michalecio.

9. Ambrosius Magnus Skuteccensis. 1520. Bolesl.

1516 10. Martinus Szkoda. 1532. Prer.

1529 11. Venceslaus Albus, Brundusiensis. 1533. Litom.

12. Andreas Ciclovius. 28.Oct 1529. Bol.

13. Johannes Cornu, Domazlicensis, linguæ etiam Germanicæ probè gnarus Minister A. 1518. ad Lutherum aliquoties Legatus. Vir magni judicii. Cantica Germanica Norimbergæ in octavo excusa, adornavit. Horæ spatio ante mortem, disseruit: quomodo potentiæ in anima hominis paulatim se subducant & extinguantur. Longum esset, inquit Blahosl. in Vitis FR., elogia hujus viri narrare. Sed perfectior Historia, (idem addit,) ut de aliis piis viris, ita & de isto, consummatur & quotidiè augetur in vita æternâ; 1547. Bol.
Philip.4.v.3. quam, da nobis ô Domine Deus, in gloria, cum gaudio legendam! Amen. Parentavit ei Johannes Nigrinus sivè Czernii.

1532 14. Benedictus Bavorinius, Nobili Equestri familiâ natus, Librum conscripsit, de vera Religione Bohemicum, quem Martinus Michalecius in lucem emisit, Anno 1543. m.Aug. 1535.

15. Vitus Michalecius, Baccalaureus, vir literatus, Ecclesię Hunno Brodens. Pastor. 1536. Litomisl.

16. Johannes Augusta, Pragensis, Ecclesiæ Litomisl. Pastor, Lutheri & Melanchtonis Auditor ac discipulus, cum Luthero sæpius literas communicavit, ad eum Witembergam aliquoties Legatus: vir eruditus,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. tus, Zelosus, in Officio diligens, in toto Bohemiæ Regno, non ob id solum, quod Fratribus Antistes Primarius; sed ob certamina etiam, quà voce, quà scriptis, cum Adversariis Calixtinis, celebratissimus. Captus à Sebastiano Schoneicho, nobili & clarâ in Silesiis familiâ oriundo, Litomisliensi Regio Præfecto Pontificio, A. 1548. in carcerem primò Arcis Pragensis, deinde Arcis Krzinoklat detrusus, in eo horrendum tortus, à Jesuita Canisio circa religionem tentatus, intrà XVI annorum spatium, è carcere dimissus, post obitum Ferdinandi I. Imper. A. 1564. Posteà Ecclesias Major. Poloniæ visitavit: tandem rude donatus. Extant scripta ejus Bohemica typis mandata non pauca. Mors. Anno Christi. 13. Jan. 1572 æt. 80. Neo-Boleslı.

1537 17. Martinus Michalecius, scripsit Concionem Boh. de Cœna Domini, & Apologiam ejus, contrà objectiones Barthol. Bilinscii Sacerdotis, editam typis, A. 1544. m. Jan. 1547 æt 41. Prostecov.

18. Matthias Sionius, dux populi Dei, ex Bohemia pulsi, in Majorem POLONIAM & BORUSSIAM, A. 1548. Posnaniam in Major. Polon. Medicis tunc celebrem, reversus A. 1549. Verbum Dei Auditoribus quibusdam Polonis prædicavit, & unà cum Symmystis aliis, illic purioris Ecclesiæ fundamenta jecit. In cœlestem abiit Patriam Dambrounæ sivè Gilgenburgi, in Prussiâ Ducali, sepultus ibidem in Templo Polon. & Bohem. Concionem habente funebrem Matthiâ Czervenkâ. Inscriptio suprà Sepulchrum ejus. Joh. XI. Ego sum resurrectio & vita, &c. Epitaphium, quo eum Georgius Sabinus Brandeburgensis, Poëta eximius, primus Rector Academiæ Regiomontanæ, Melanchtonis gener, ornavit, metris Phaleuciis, parieti appensum hoc fuit. 16 April. 1551.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

„ *Qui pro nomine, gloriaquè Christi,*
„ *Ærumnas varias, gravesquè casus,*
„ *Multas passus & esl acerbitates,*
„ MATTHIAS, *tumulò sub hoc sepultus,*
„ SIONIUS *Episcopus quiescit.*
„ *Hunc omnes lachrymis boni peremptum*
„ *Flêrunt, præcipuè Exules* BOHEMI,
„ *Quos Euangelium, Deiquè veros*
„ *Cultus, ipse fideliter docebat.*

19. Johannes Nigrinus sivè Czernii, Ecclesias Fratrum Unitat. in Maj. Polon. & Borussiâ visitavit. Consensum atquè Unionem Ecclesiarum Minor. Polon. (8. Junii. 1553) cum Fratribus, in Bohemia, Moravia, & Major. Polonia, in Synodo Generali Polonorum Euangelicorum Cosmineci in Maj. Pol. Anno 1555 celebratâ, studiosè unà cum aliis promovit & sancivit. Vir gravis & disertus. (5. Febr. 1565. Boless.)

20. Matthias Erythræus sivè Czervenka, natus 21. Febr. A. 1521. Celacoviciis, in Unitatem Fratrum receptus, 1533. Boleslaviæ. Acoluthus sivè Lector, 1540. Litomisliæ. Diaconus sivè Catecheta 1544. ibidem. Ex Prussia reversus, Minister Verbi Dei ordinatus à Matthia Sionio Seniore, 13. Decem. Slezanis. Consenior 1550. Senior 8. Junii. 1553. Preroviæ. Ex vitæ ejus curriculo ab ipsomet consignato Historicus & Notarius Unitatis, Vir doctrinâ, pietate, & facundiâ præstans, Spiritu Dei plenus, Ostrorogi in Maj. Polon. in arce Concionem habuit, præsente Jacobo Comite ab Ostrorogi, quam attentissimè audivit, & in fide vera animum suum confirmavit, eod. anno. Idem & posteà Ecclesias Polonicas visitavit, interfuitquè Synodo Eccles. Min. Polon. Pinczoviensi, 23. Apr. 1556. (13. Dec. 1569. æt. 49. Preroviæ.)

1557 21. Georgius Israel, 1. in Major. POLON. Senior, de quo, & aliis Major. Polon. Senioribus, plura inferius. (8. Jul. 1558.)

22. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 22. Johannes Blahoslaus, natus Feriâ sextâ post Dominic. Invocavit, 1523. datus Prosteoviam sub curam Martini Michalecii Senioris, A. 1540. Ab eo, studiorum causâ, in celebrem Silesiorum Scholam Goltbergensem, 1543. in Academiam Vitebergensem missus, 1544. Deinde, mortuo Michalecio, traditur Matthæo Stregicio, aliàs Vettero Conseniori, 1547. Johanni Nigrino sivè Czernii, Boleslaviam Anno 1548, à quo, continuandarum literarum gratiâ, in Academiam Borussorum Regiomontanam, ablegatur, 1549. sed contagio luis pestiferæ in Borussia serpente, mox eodem anno, cum Joh. Rokita, Seniorum voluntate in Academiam Basiliensem concessit. Diaconus sivè Catechista, 1553. Boleslaviæ, & paulò post eodem anno, Preroviæ Dominica II. Trinit. Minister Verbi Dei ordinatur. Consenior, & intrà dies aliquot Senior 1557. Slezanis. Evanczicium Boleslaviâ migravit, 1558. Hæc ex vitę ejus curriculo, ab ipsomet conscripto: cui ista subjungit: sed nescio, quando & quo anno, me Deus assumere voluerit: quandocunqué; jam decrevit tempus, locum, modum. Pater fuit eques, currusqué Israëlis populi Dei. Exstat Novum Testamentum, è Græcis fontibus, in Bohemicum Sermonem ab eo translatum. Scripsit idem Grammat. Bohemicam. Historiam de Ortu & progressu Unitatis Fratrum Bohem. Vitas præcipuorum in Unitate Frat. Ministrorum: Librum, de arte Musicâ, idiomate Bohemico, ipse Musicus insignis.

Mors. Anno Christi. ętat. 83. Lipn. Mor.

24. Nov. 1571 æt. 48 Crumloviæ.

23. Andreas Stephanus, doctus & disertus Concionator: cujus Conciones didacticas, juxtà Articulos Symboli Apostolici, sivè Locos Communes, illis comprehensos, dispositas, super usitatos ex S. Scriptura Textus Dominicarum & Festivitatum annuarum, A. 1575. in lucem miserunt, & publico usui dedicarunt Seniores Fratrum Bohem. Anno 1575.

21. Jul. 1577. Jaromericiis.

24. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

24. Joannes Caleph, diligens & severus disciplinæ custos, sub quo Ecclesia Dei magna cæpit incrementa, à Joh. Lasicio, qui ei A. 1581. adfuit, commendatus, in lib. Hist. de Fr. Boh. Mors, Anno Christi. 12 Dec. 1588

25. Johannes Laurentius, II. in Major. Polon. Senior. æt. 66. Brundus.

1577 26. Zacharias Litomislensis, vir pius, in officio sedulus; tandem rude donatus. 8. Jul. 1587 æt. 68. Ostrorog.

27. M. Johannes Æneas, vir doctus & exemplaris, insigne Unitatis Fratrum decus, à militibus in itinere, cum sclopetis seu bombardis accurrentibus perterritus, in morbum incidit lethalem. 1590. Slezanis 5. Febr. 1594 æt. 56. Evanciciis.

1587 28. Joannes Abdias, humanus, & planè paterno in Dei populum animo, Musicæ studiosus.

29. Simon Theophilus Turnovius, III. in Major. Polon. Senior. 24. Jun. 1588. Prerov.

1589 30. Joannes Ephraim, Studiosus Academiæ Heidelbergensis, A. 1580. linguarum aliquot peritus multos ordinavit Urbi divini Ministros. 22. Mar. 1608. æt. 64. Ostr.

31. Paulus Jessenius, Hunnobrodæ natus, ingenio promptus, Ordinis boni observator, hospitalis: Evancicium migraturus in cœleste πολίτευμα transiit. 24. Maj. 1600 æt. 60. Prag.

1594 32. Jacobus Narcissus, judiciosus, eloquens. 24. Maj. 1594

33. Johannes Niemczanius, Hunnobrodæ natus, doctus & disertus Concionator, Novum Testamentum Bohem: cum Annotationibus, prioris editionis, expolivit. Bezauchovic. Dom. Rem. 1611 æt. 63.

1599 34. Samuel Sussicius, egregiis animi dotibus præditus, vix quatuor, à suscepto hoc Senioris officio, septimanas vixit. Brundusii. 1598. Dizevohoticiis.

35. Zacharias Ariston, eruditionis eximiæ, judicii limati, Orator Latinus, disputator Theologus, bonus Concionator, in Scripturis exercitatus, utilem atque egregiam præstitit operam in Annotationibus suis, post Johannem Niemczanium, super Novum Testamen- 8. Aug. 1599. Boles. 8. Feb. 1606. Eva-

Vita & Ordinatio. Anno Christi. mentum Bohem. editum 1600. Evancicii sede locatâ, non diu supervixit. Mors. Anno Christi.

36. Bartholomæus Niemczanius, Johannis Frater, literis tinctus, Concionator expeditus, de Ecclesia benè meritus. 1609. Boleſl. 17. Nov. 1616 æt. 72. Kral.

1601 37. Johannes Lanecius, pius, doctus, disertus, Zelosus, humanus.

1606 38. Johannes Cruciger. Ejus Conciones Dominicales Analyticas, juxta Articulos Symboli Apostolici, sive Locos Communes, illis comprehensos, à quibusdam viris doctis politas & limatas, in lucem edidit Iohannes Stregicius sivè Vetterus Leucopolites, Basileæ, A. 1608. cum hac inscriptione: Flores Theologici Analytici, decerpti ê viridario Concionum Dominicalium. 1612. Evancicii.

1608 39. Matthias Rybinius, IV. Major. Polon. Senior. 22. Maj 1612

40. Martinus Gratianus Gertichius, V. Maj. Polon. Senior. æt. 4.. Posnan. 7. Mar. 1629

1609 41. Matthæus Konecznii, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ linguæ gnarus. Extant ejus elegantia scripta Bohemica typis impressa: ut Ecclesiastes domesticus, sivè Ratio cultus divini, cum familia celebrandi: Theatrum divinum, seu Contemplatio rerum â Deo creatarum: Liber de Officiis Christianis, ex Scriptura conformatus: Veritas triumphans, si è Apologia contra scriptum calumniosum Sturnii iteratum, A. 1614. & c. Moriturus dixit: Plaè in tempore avocor. Videbat enim imminere calamitosum exilium. æt. 62. Lesnæ. 8. Febr 1622 æt 52. Brund.

1611 42. Matthias Gyrus, vir eruditus, Concionator facundus, in conversatione gravis, & Proceribus etiam gratus, Senior Consistorii Pragensis primus. Pragæ in Templo Bethlehem sepultus. 14 Mar. 1618 æt. 52. Pragæ.

1612 43. Iohannes Turnovius, SS. Theol. Doctor, VI. Major. Polon. Senior. 8 April 1629 æt. 62 Torun.

44. Gregorius Erastus, vir pius, doctus, in scriben- 8. Maj. 1613. æt. 72. Lesnæ.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. bendis ad Amicos literis indefessus, de Ecclesia Dei Mors. Anno Christi.
optimè meritus.

45. Johannes Cyrillus, Senior Consistorii Fragensis, defuncto Cyro, in exilio, Panaceam Apostasiæ
1618 Nicolai Vedelii, & Enchiridion Consolatorium in Persequit: Bartholomæi Bitneri, transtulit in Bohem. 30. Maj.
idioma. Apoplexia in media ad populum Concione 1632. æt. 63.
correptus, & paulo post exstinctus. Extant in ejus obitum Amicorum suspiria & lachrumæ, sive Epicedia. Lesnæ.

1627 In Synodo Ostrogensi. 46. Daniel Micolajevius, hactenus Senior Eccles. 4. A.
Confess. Helvet. District. Cujav, in Major. Polon. Unitati 1633. æt. 73.
Fratrum adjunctus ac incorporatus, VII. Major. Dembnicię.
Polon. Senior.

1632 In Synodo Lesnensi. 47. Paulus Paliurus, VIII. Maj Polon. Senior. 27 N.

48. Laurentius Justinus natus A. 1570. in finibus 1632. æt. 63.
1632 Hungariæ extorris, Ecclesiæ Bohemicæ Pastor, ubi, ex Ostror.
In Syn. Sec. concessione Imperatoris, pro illa, Scaliciis Templum, 1648. æt. 78.
Schola & Parochia, eriguntur.

49. Matthias Procopius, vir recto & simplici corde, 16. F.
exquisiti judicii, evulgavit Parænesin Bohemicam ad 1636
Exules Bohemos. Lesnæ.

50. Joannes Amos Comenius, Moravus, natus 28. Mart. A. 1592. tum domi, tum extrà patriam, in Gymnasio Herbornensi, in Academia Heidelb. literis institutus, Ecclesiæ Fulnecensis in Moravia Pastor. Is in exilio, tanquam Patmo, pro Scholis optimam facilimamq; Neodidacticam Methodum sollicite meditatur. Inter alia ejus rei specimina, edidit Januam Linguarum reseratam: quę publico applausu ita est excepta, ut non modo sit jam aliquoties recusa, & Versionibus condecorata; Germanica Joh. Mochingeri, Polonica Andreæ Wegierscii, Bohemica ipsius autoris & Anglicâ Gallica Joh. Ancorani & Samuëlis Hartlibii, Gręca Theod. Simonii Holsati, sed etiam recepta, approbata, & in Scholas multas introducta: Physicę Synopsin Lipsię, 1633. im-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. impressam. Extant conatuum ejus Præludia, Oxoniæ vulgata, A. 1637. aliique prodromi totius Pansophiæ: & plurimi alii ejus diversorum argumentorum Tractatus, tam excusi, quam manu Scripti, Latini, Bohem., Germ., nonnulli Polonici facti. Mors. Anno Christi.

51. Paulus Fabricius, Straznicensis Moravus, natus Anno 1590. Academiæ Heidelberg. Studiosus, Consistorii Pragensis olim Assessor, Ecclesiæ Pragens. Pastor, Unitatis Fratrum Consenior, Exul in Misnia: tandem Lesnæ, in Major. Polon. exulis Ecclesiæ fidus Antistes.

1633 in Syn. Ostrog. 52. Martinus Orminius, IX. Major. Polon. Senior. 30. Decemb. 1643 æt. 63. Carmini.

53. Iohannes Rybinius, Matthiæ Filius, X. Major. Polon. Senior. 13. Sept. 1638 æt. 44. Obizici.

16. A. 1644. In Syn. Lesn. 54. Martinus Gertichius, XI. Maj. Pol. Senior.

55. Iohannes Bythnerus, Bartolomæi Filius XII. Major. Polon. Senior.

Ex his SENIORIBUS.

Primi in ordine, (quos vulgò illi PRÆSIDES *vocant) post decessum aliorum, à Primâ Unitatis Fratrum origine, sibi certo ordine succedentes, fuerunt isti.*

1. Michael Sambergius, A. 1467.
2. Matthias Convaldensis.
3. Procopius Baccalaureus, Annis 27.
4. Thomas Przelaucius, An. 11.
5. Lucas Pragensis, An. 10.
6. Martinus Szkoda. An. 5.
7. Johannes Cornu. An. 15.
8. Johannes Augusta, An. 25.
9. Georgius Israël, An. 16.
10. Johannes Caleph, ferè Anni dimidio.

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. Mors. Anno Christi.

11. Zacharias Litomislensis, An. 2.
12. Johannes Æneas, An. 4.
13. Simeon Theophilus Turnovius, An. 14.
14. Jacobus Narcissus, An. 3.
15. Johannes Lanecius, An. 15.
16. Martinus Gratianus Gertichius, An. 3.
17. Johannes Turnovius, 30. diebus.
18. Georgius Erastus, An. 14.
19. Laurentius Justinus, A. 5.
20. Joh. Amos Comenius, ab Anno Christi, 1648.

2. CONSENIORES UNIT. FRATRUM, *non ex uno aliquo Districtu, sed ex totâ Ministrorum Bohem. & Morav. communitate electi ac ordinati, nec in* SENIORUM *loca & ordinem provecti.*

1467 1. Gregorius Rokistani ex sorore nepos, Ordinis Equestris, olim Monachus Pragensis, Romanæ Ecclesiæ placita deseruit, puriorem sequtus ex Verbo Dei doctrinam, secessionis ab erroribus dux & autor aliis, UNITATIS FRATRUM tanquam alter Patriarcha, torturæ ab Adversariis immanissimæ subjectus, miraculosè conservatus, Veritatis divinæ constantissimus propugnator. m. Aug 1474. Brund.

2. Johannes Chelcicius. 1484. Prer.

3. Laurentius Crassonicius, Artium Baccalareus. Extat ejus MS. de Cæna Domini, contrà M. Gallum Czaheram, Administratorem Consistorii Pragens. Calixtinum: cui inseruit Historica quædam de Ortu & Successione Unitat. Fratrum. 25. Jan. 1532. Litonysliæ.

4. Johannes Taboriensis, dictus Vilhelmus, Tabori ante Sacerdos, vir literatus, sermone comptus, suo seculo celebris. Scripsit mandato Seniorum, Confessionem Fidei. 1495. ibid.

5. Johannes Clenovius, vir doctus & ingeniosus. 1498. ib.

Ser-

Vita & Servantur in Archvis MS. quædam ejus Epiſtolæ. Mors. Anno
Ordi- 6. Albertus. Chriſti.
natio. 7. Iſaias Auſtecenſis, officio promptus, ad Proceres 1519. Brund.
Anno & Nobiles, à Luca Pragenſi Seniore, ſæpè miſſus. 1526. Auſter-
Chri- 8. Venceſlaus Vrautecius, gravis & humanus, to- lic.
ſti cir-
citer.
1506 tam ferè ætatem ſuam contrivit in Sacris laboribus, 1552 æt. circ.
1516 Michaëli Sambergio, & aliis primis Unitatis Fratrum 90. Proſte-
fundatoribus, notus: à quo Joh. Blahoſlaus multa au- oviæ.
divit, de origine & ſucceſſione Unit. Fratr, Convi-
ctor ejus apud Martinum Michalecium Seniorem, per
aliquot annos.

9. Daniel Itranicenſis, Borouniciæ natus, Exul
olim cum aliis in Moldavia, magnus & celebris in
Unitate, pius & probus, antiquæ ſimplicitatis exem-
plar: noverat non modò Matthiam Regem Hungariæ,
cujus edicto Fratres è Moravia proſcripti, in Molda-
viam conceſſerant; verùm etiam omnes illos Unitatis
Fratrum Anteſignanos, à Gregorio, Michaële, Sam- 14. Jan. 1553
bergenſi, Matthia Convaldenſi, ad ſua vitæ uſquè æt. circ. 90.
tempora.

1526 10. Gallus Horazdovienſis, pius. Zeloſus, exem- 1535. Hun-
plaris. nobr.

11. Paulus Magnus. 1532. Brund.

12. Johannes Meitenſis. eod. Stan.

13. Thomas Germanus, Legatus in Galliam & eod. Landſcr.
Italiam.

14. Nicolaus Richnovinus.

15. Laurentius Brodenſis.

16. Martinus Slezanius.

17. Georgius Saſtor.

18. Johannes Colav.

1529 19. Johannes Magirus. 1532. Lito-

20. Matthæus Slamius, Niger dictus, Proſtcoviâ miſl.
oriundus; ſtaturâ, vultu, voce, valdè ſimilis Andreæ 154. Euan-
Oſiandro Theologo Regiomontano in Boruſſiâ; pius cic.
& ſeverus.

 21. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

21. Johannes Teinius.
22. Paulus Moravus. 1549. Prerov.
23. Matthęus Stregicius, acuti ingenii, eloquens,
1532 perspicax, unus Legatorum ad Albert. Ducem Prussiæ. 1543. Strazn.
1537 24. Nicolaus Slanius, in Moldaviam & Italiam, à Fratribus missus fuit. 13. Maj. 1555. Kizizan.
25. Michael Albus, Legatus ad Lutherum.
1545 26. Paulus Paulinus. 1548. Litom.
27. Venceslaus Plauconicius, Hunnobrodensis Ecclesiæ Pastor, Martini Michalecii imitator, Concionator acceptus atquè celebris. 1543. 22. Jul. 1564. Prerovię.
1549 28. Volfgangus, Deo & omnibus ferè hominibus, qui eum nôrant, gratus; pietatis, gravitatis & humanitatis exemplum Lucæ Pragensis Senioris olim Domesticus, multarum Cantionum, quæ publicè in cœtu Sacro canuntur, Autor, Germanicæ linguæ peritus, probus Oeconomus. 1551. Prost. 27. Oct. 1548. Prerovię.
1550 29. Venceslaus Bohemus. 1550. Meżżi. eod.
30. Georgius Viecius. Dacicij.
31. Jacobus Sidlarius, Johannis Laurentii Senioris Major. Polon. Patruus, Pastor Ecclesiæ Euancicensis, occisus à latronibus, in silvâ quercinâ, propè Euancicium. 1558. 29. Oct. 1552. Euancic.
32. Johannes Hussita, Studiosus Academiæ Vitebergensis, Lutheri Auditor, Pastor Ecclesiæ Prostcoviensis. 29 Aug. 1570. æt. 60. Brundus.
33. Venceslaus Holy, Deo & Unitati Fratrum fidus, pius, operi vocationis intentus. 3 Feb. 1566. Tovaczovię.
1553 34. Matthias Cramplirius.
35. Matthias Scalicius. 15. Dec. 1568. Chropini.
36. Gallus Drzevinius Baccalaureus Pragensis, Sacerdos olim Calixtinus, posteà Joh. Augustæ domesticus. 1563. Prost.
37. Matthias Piscator. 22. N. 1570. Holesso.
38. Nicolaus Dobromir, diligens in vineâ Domini peorarius, senio confectus. Cal. Jan. 1590. Hodonini.

39. Jo-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. 39. Johannes Girkius Suidnicensis, primum Scholæ Litomisl. apud Fratres Rector, pius & diligens. Literas Fratrum Bohem: afflictorum, ad Carolum Imper. & Ferdinandum Regem, supplices Augustam detulit & tradidit. Domum reversus, carceri Pragensi impactus, ex eoqué liberatus, in Borussiam cum Uxore — Mors. Anno Christi.
1557 & liberis migravit. Minister factus A. 1557. Slezanis. Pastor Exulum in Borussiâ Nidburgi, linguæ Germanicæ magis gnarus, quàm Bohem., Vir literis & Sermone Latino benè instructus. Transtulit Catechismum, Confessionis Fratrum Bohem., in Germ. Edit. Anno 1555. — 1. Mar. 1562. Nidburgi. Bor.

40. Paulus Zalud. — 9. Feb. 1571. Frislaci 1588

41. Johannes Javor. — Brun.

1564 42. Jacobus Magnus, ætatis provectæ; staturâ, pietate, Zelo, diligentiâ, multorum ad fidem veram conversione, aliisqué de EcclesiaDei meritis, verè magnus. — 1600. Horaſt

1567 43. Petrus Herbertus, Vir eximiæ eruditionis, apud Exteros cum doctis diu versatus, ad quosdam ex Unitate Fratrum legatus, morte immaturâ præreptus. — 1. Oct. 1571. Euanc.

44. Johannes Aquinus sivè Wodiczka, Hunnobrodensis Ecclesiæ Pastor, grandævus, è balneo Euanciciis, quò ad Seniores venerat, egressus nocte, præcedente Domin. III. Epiphan., morte repentinâ sublatus. — 1591. ibid.

1572 45. Paulus Rassovius. — 16. Aug. 1572 Przebicii,

46. Johannes Stavonius, pius senecio. — 1599. Bolesl.

1577 47. Isaias Cæpolla, Pius & doctus. Ad ejus literas, & donum Canticorum, Joachimi Camerarii amicum responsum A. 1569. extat in ejus Hist. de Fr. Boh. p. 300. — 25. Aug. 1582. Craticiis.

48. Georgius Stregicius sivè Vetterus, Confessionem fidei Bohemicam, unâ cum Doct. Pressio concinnavit, Maximiliano II. Imp. exhibitam; Editioni Bibliorum cum Annotat: laborem impendit non exiguum, Psalmos Davidis ad Melodias Gallicas, in linguâ Bohemica, qui in cætu Sacro canuntur, formavit;

Cal-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Calvini Institut: in linguam vertit Bohemicam, sed Mors. Anno
morte præventus in lucem non edidit, quas, eo de- Christi.
functo, Joh. Optimatis evulgavit. Sic memoriam sui 25. Jan
laudabilem & utilem in Unitate Fratrum, reliquit. 1599.
Quatuor is Filios, Ecclesiæ Dei Ministros dedit, Ge- Ziölo-
orgium, Paulum. Johannem, & Danielem. hovi- ciis.

1584 49. Johannes Capito. Ejus Conciones Analyticas 1589.
in Sacros Textus Dominicarum & Festorum, Seniores Trzebicii.
Fratrum Boh: publico bono communicârunt, excusas 6 Jul.
1586. recusas 1615. 1601.

50. Paulus S; eratus. Strazen.

1589 51. Daniel Boreas, Trzebicensis, Pastor Ecclesiæ 1592.
Slaucov. Slavc.

52. Johannes Popelius, pietate & doctrinâ con- 1999.
spicuus. Hrisdau.

53. Johannes Albinus. 1594. 1621.

1594 54. Jacobus Alphæus. Zeravicis.

55. Daniel Straznicensis. 16.2. Bytessi.

56. Sebastianus Pierius. 1624.

57. Adamus Felinus, ætatis mediæ, literatus & fa- 1604.
cundus. Hredisti.

1599 58. Johannes Japhet, Historiæ Unitat. Fratr. Bo- 1598.
hem. Consignator. Slavc.

59 Jahnnes Benesius. 1614. Horast.

1601 60. Samuel Benedictus. 1601. Slavc.

61. Daniel Sophron. 1605. Bytcessi.

62. Johannes Episcopius, interfuit unâ cum Ge-
orgio Erasto, Synodo Ostrorogensi Maj. Polon. & 1606.
Ordinationi ibidem in Seniorem Joh. Turnovii SS Bechavino.
Theol.Doct.Anno 1612. à Fratribus Bohemis missus. 1626.

63. Paulus Slavus. Podivini.

1604 64. Petrus Costicius, doctus Concionator. 1604.

65. Johannes Zahora, Musicus insignis, Hymno- Lädic:
rum Compositor. 1626. æt. 70.

66. Venceslaus Cornu, pius senex. Prax. 1622.

67. Ven- Lipnic.
1630. Lesna.

Vita & Ordinatio. Anno Christi. 1609 — 67. Venceslaus Erastus. — Mors. Anno Christi. 1611. Bohavini.

68. Johannes Corvinus Boleslaviensis, vir literatus, linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Germanicæ, peritus, Assessor olim Consistorii Pragensis, & Ecclesiastes ibidem Germanicus. — 1623. Brega.

69. Johannes Suatosz, pius, probus, exemplaris. — 1617. Brundus.

70. Johannes Orion, bonus & sincerus. — 1615. æt. 50. Strasnicii.

1611 — 71. Matthias Chebar. — 1616. Horazt.

72. Johannes Decanus, natus Festo Bartholomæi, A. 1565. Tedraziciis in Bohemia, educatus in agnitione veritatis divinæ, in timore Dei, ad pedes Conseniorum Jacobi Magni & Joh. Popelii Horazdoviciis. Minister Euangelii ordinatus in Synodo Straznicensi A. 1600. Pastor Ecclesiæ Liblicen. Sexennium; Teinen. 13. annos; Przybeniciis triennium. Reliquum vitæ in Exilio transegit, Pragæ quadriennium latitavit, inde Lesnam Maj. Polon. A. 1627. delatus, Vlodaviam in finibus Lithuaniæ & Min. Polon. ad Bugum fluvium navigabilem sitam, 5. Julii, 1628. cum aliis Exulibus, damna exilii levaturus sese contulit, quæ tum fuit piorum Christi Exulum receptaculum, ceu alterum Ephraimum Joh. 11. 54. Patmos Apoc. 1. 9. & Pella, Euseb. Vir pacis, nemini molestus. In Paræneſibus & precibus in Sacro cœtu ex tempore fundendis, exercitatus. Ipsâ debilitate, ut ait Job. Cap. 14. p. 11. fractus, piè in Domino obdormivit. — 29. Martii 1644. æt. 79. Vlod. Litu.

28 Apr. 1616. Zeraviciis. — 73. Paulus Dubinus, pius & doctus. — 1623. Hunn.

74. Johannus Hermon, probus & modestus, in Exilio exspiravit, sepultus Marszeviæ in Maj. Pol. — 28. Julii 1636 æt. 67.

75. Daniel Tossanus, vir literatus. — 1628. Bielæ.

76. Venceslaus Elam, Typographiæ Unitat. Fratrum Administrator. — 1622. Namest.

77. Johannes Laurentius, natus Straznicia, 6. Febr. 1577. Academiæ Basiliens. Studiosus, Minister Dei ordinatus Trzebici, A. 1607. — 13 Jan. 1638. æt. 61. Lesnę.

Tt   78. Hen-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 78. Henricus Euanovius. Mors. Anno Christi.

79. Johannes Brosius, natus A. 1571. in Moraviâ Hunnobrodæ, Acoluthus sivè Discipulus in spem Sacri Ministerii receptus in Unitat. Fratrum 1592. Zeraviciis. Diaconus, Jaromerziciis in Moravia 1608. Minister Christi Pragæ, in Consistorio Euangelicorum recens erecto, primò examinatus in fidei Articulis, deinde in Templo Bethlehem dicto Ordinatus à Matthiâ Cyro Seniore, imponentibus illi manus Eliâ Schudâ Administratore Consistorii Calixtino, Cyro Seniore, & reliquis Assessoribus, nec non Matthæo Konecznii Seniore A. 1609. Festo Matthiæ Apostoli. Pastor Ecclesiæ Strzitesensis, deinde Horazdou., denique Boleslaviens: in Carmelo, ubi sub motus ac tumultus Bohemicos, multa adversa perpessus; abiit cum cæteris in Exilium, primò Lesnam Maj. Polon: circà Domin. Palmarum, 1628. paulò post, ex consilio Seniorum, Vlodaviam in finibus Litvan. & Min. Polon. 5. Julii, eodem Anno. Vir probus, judiciosus, in lectione S. Scripturæ, & aliorum librorum Theologicorum assiduus. Morbo diuturno afflictus, lectoque affixus, piè & placidè in Domino obdormivit.

1618 (margin); 1648. in Vngaria. (margin); 12. Jan. 1646. æt. 76. Vlodaviæ. (margin)

80. Paulus Hladik. 1644

81. Joh. Chodniczek.

82. Matthias Polydorus.

83. Venceslaus Lochar, natus A. 1582.

84. Paulus Hronovius.

85. Johannes Sapor.

86. Petrus Cephas, natus A. 1578.

87. Tobias Junius. 1640. in Vng.

88. Johannes Stadius, Germano-Bohem. Concionator, literatus, ad negotia Sacra, cum politicâ quadam gratiâ expedienda., natus, factus. 1634. Lesznæ. Polon.

89. Adamus Hartmannus, natus Dominica Reminiscere, A. 1589. 1643. in Syn. Lesnen. Polon.

90. Johannes Felinus.

3. Re-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. 3. RELIQUI UNITAT. *Fratrum Bohem: præcipui* PASTORES. Mors. Anno Christi.

1. Vitus. 14 dec. 1492.

2. Simeon, Pastor Ecclesiæ Hranicens. Hranic. 1511.

3. Georgius Coietinius, in Moravia. 1522

1470 4. Matthæus Tessinius. 1537

1500 5. Johannes Eremita, pro nomine Christi multa passus, Pragæ in carcerem detrusus, ex eo liberatus, sub hac sponsione, ne unquam concionaretur. Paræneses tamen ad preces absolvebat, etiam in Sacro cœtu, quæ non dicebantur Conciones. 1543

1527 6. Martinus Arator, simplex simplicium gratusqué Concionator.

1537 7. Johannes Patrobius Bohemus, pius & syncerus. Frater ejus Nobilitatis privilegia sibi ac ipsi acquisivit, dictusqué fuit Dominus Lorecki. 1544 Tovacz. 6. Jan. 1551.

1543 8. Georgius Suaton, juvenis Minister, homo pius. eod.

9. Matthæus Paterculus, pius & doctus, Musicus insignis, linguę German. gnarus, ductor Joh. Blahoslai ad Scholam Goltbergensem. 1562. Zabizehi.

10. Petrus Cramplitius. 1551. ib.

11. Johan. Gelecius, Eccles. Min. Pol. cum aliis Visitator. 1555 Dizevosticiis.

12. Johan. Walauszek, pius ac modestus. 1556. Przr.

13. Matthias Beraunius, pietatis eximius cultor. 1557

14. Georgius Ciclovius, in ipso ætatis flore Consenior electus, triduò ante Ordinationem morte præreptus. Kizyzanovię.

15. Johan. Zahradka. M. 1558. Prost. eodem. Dem.

16. Venceslaus Colarius, Academiæ Regiomontanæ in Borussiâ Studiosus, Minister juvenis, peste extinctus. 17. Trin. Raciciis.

1557 17. Matthias Aquila sivè Orel, Pastor Ecclesiæ Bydsoviensis in Prussia, deinde Straznicii, Holessoviæ, Toraczoviæ in Moravia. 22. Jan. 1561. Mezricii.

 18. Mar-

Vita & Ordinatio. Anno. Christi circiter. 18. Martinus Abdon, Johan. Blahoslai, Senioris Germanus Frater & unicus, natus Preroviæ, Studiosus Acad. Regiomont. Borussorum, in eaque Georgii Sabini Auditor, deinde Acad. Vitebergensis, ubi Hebreæ & Græcę linguæ, Sacræque Theol. dedit operam, commendatus à Philippo Melanchtone in literis datis 16. Febr. 1560. Sacro Ministerio initiatus, A. 1557. Mors. Anno Christi. 8. Mart. Eod. Pragæ.

19. Matthiolus, Convaldi natus, Pastor Ecclesiæ Diialdov. in Borussia, probus, simplex, proficuus. 13 Mar. 1562.

20. Venceslaus Solinus, Minister Juvenis: is, judicio Matthiæ Czervenka Senioris, major fuit, quàm vel ipse de se sentiret, vel quidam animadverterent. 1566. Trzebici.

1560 21. Albertus Polonus, Mortuus. 9. Febr. 1571.

22. Matthias Kosticius, Pastor Eccl. Jarecensis. 1580

23. Georgius Erastus, Pastor Fulnecensis, morte subitaneâ excessit 1581.

24. Jacobus Bilek, pro Veritate Dei in carcerem Pragensem, cum Joh. Augusta Seniore conjectus, & crudeliter discruciatus, mortuus. A. 1581. Napagedlis.

25. Paulus Polydorus, mortuus 1584. æt. 37. Jaromericiis. 1588

26. Caspar Elam, valetudinarius, pietatis encomio decoratus. 1592

27. Johannes Jotan, Ecclesiastes Chropiensis. 1596. Cralicii.

28. Zacharias Solinus, cujus tempore Typographia Fratrum floruit. 1601 æt. 40. Lipnicii.

29. Paulus Javornicius.

30. Samuel Sylvester. 25 Nov. 1605.

31. Georgius Stregicius, Vetterus, primus Georgii Consenioris Filius, doctus ac disertus. Cralicii. 1606.

32. Georgius Letovius. æt. 33. Eodem A.

33. Abraham Kinterot, Germanus Nobilis, vir literatus, & in Græcâ linguâ probè versatus. 1609.

34. Simon Neringus Polonus parvæ staturæ, linguæ Latinæ & Germanicæ probè gnarus, Concionator Copydlni Boh.

pa- 1609

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. patheticus, in pueris instituendis promptus. Mort. Anno Christi.

35. Henricus Schrattz Semanina, Nobilis, qui Romę Carolo Zerotinio, ejusqué Aulicis, Sacram Synaxin administrâsse dicitur. 1611. æt. 70. Roficii.

36. Johannes Ficcarus, Bohemo-German. Concionator, Georgii Civis Fulnecensis Filius; Jacobi Administratoris Civitatum Regni Bohem. & Primatis Veteris Urbis Pragens. decollati, jussu Ferdinandi I. 22. Sept. 1547. Nepos. Equi lapsu, die Jovis ante Domin. Oculi, mortem oppetiit. Ejus Filius Johannes Ficcarus, hactenus Conrector Scholæ Belzicens. in Min. Polon. nunc Rector Scholæ Medio-Villanæ, in Distr. Russiæ. 1612. æt. 42. Dan. Adamus. Welesl. in Diario Bohem.

37. Bohuslaus Japhet, Johannis Consenioris Filius, Germanicus Concionator, juvenis. 1615

38. Paulus Stregicius Vetterus, alter Georgii Consen. Filius. 1622. Zidlohovicii.

39. Johannes Stregicius Vetterus, tertius Georgii Filius, linguarum juxta vernaculam, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Germanicæ peritus, Rector Scholæ Neo-Boleslav. in Bohem. Musicus insignis, Concionator facundus. Edidit ac illustravit Conciones Dominic. Analyticas Johan. Crucigeri Senioris, A. 1608. Epitaphium ei Caspar Dornavius Philos. & Medic. Doctor, celebris olim Scholæ Gorlicens. Rector, deinde in Gymnasio Bethaniensi Schenaichiano Silesiorum Ethopraxias Professor, 28. Sept. 1631. æt. 54. denatus Bregę Siles., tale inscripsit; 1617. Tuchomer.

Dornav. in Dulc. Amar.

Suspirans, VETTERE, pius Ecclesia votis
Doctorem petiit te superesse diu.
Fallimur heu votis tellus tua contegit ossa:
Res bona terrigenis ne queat esse diu.

40. Matthias Hron, pius Pater. Katzov. æt. propè 100

41. Vitus Gajus, disertus Concionator. 1618. æt. 80. Bielæ. æt. 60.

42. Paulus Timon, pius, doctus, facundus. Ilamesti. Koietini.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 54. Tobias Balsan. Mors. Anno Christi.

55. Adamus Piscecius, juvenis, doctus & pius, Balsani Successor, cùm Urbe discedentes Cosacos Polonos, sub tecto domus latens prospectaret, globo trajicitur. Bytessi ibid.

56. Johannes Beranek, à Cosacis Polonis cæsus occubuit. Zdanic.

57. Georgius Firmus.

58. Nicolaus Achior, Minister juvenis.

59. Thomas Clemens.

60. Venceslaus Syrion.

61. Gallus Czelech, à militibus concisus, occubuit.

62. Joh. Cedron.

63. Johan. Philemon.

64. Martinus Joson.

65. Georgius Theophilus Moravus, Studiosus Gymnas: Bethan. in Siles., A. 1618. æt. 30 Prerov.

66. Jacobus Teinius. 1622

67. Johan: Viltavius, mercedem pro labore in vinea Domini accepturus, in Patriam cælestem commigravit. Litomirzyciis.

67. Johannes Ternka, pulsis Boleslaviensi Carmelo Fratribus, intrà tres Septimanas, vitam finiit, sepultus Boleslaviæ, funebri Concione elegantiqué testimonio decoratus, à Decano Boleslaviensi, qui fuit in urbe ipsâ Pastor Euangelicus. 1623. æt 60.

68. Georgius Lætus Moravus, Wesseti oppido Moraviæ versus Hungariam natus, ideoqué dictus Lętus, Pastor Ecclesię Roscicen. in ditione Caroli Zerotinii. Eod. æt. 57.

69. Johan: Lucinus. 1625. æt. 60.

70. Venceslaus Minucius, literatus.

71. Georgius Apollos, Pastor Ecclesiæ Styerzinens. in Bohem: disertus Concionator, mortuus Brundusii A. 1627.

72. Julianus Poniatovius, Johannis de Duchniki Filius,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Filius, Thomæ de Poniaty & Duchniki Nepos, Nobili genere natus, natione Polonus, desertis Ecclesiæ Romanæ erroribus, veritatem Euangelii professus, Theologus eruditus, pius, modestus, humanus: in conversatione civili acceptus, Philosophus, Astronomus: Pastor Ecclesiæ Lescinensis in Min. Polon. in tractu Kijoviensi; quem interfecturus, cujusdam è Magnatibus Pontificiis jussu Aulicus quidam, cognitâ ejus probitate, humanitate, & aliis animi præclaris dotibus, manum cohibuit, mandatum Heri sui aperuit, gladium quo mactandus fuit, donavit. Deinde, Ecclesiastes Fabiani Cemæ Capitanei Sztumensis in Borussia: tum Rector Scholæ Unitatis Frat. Bohem. & in Sacris Concionibus adjutor Bolyeslaviæ in Bohemia, A. 1617. Aliquoties domi forisque pro nomine Christi Exul, in summâ apud Carolum Zerotinium Baronem gratiâ, bonorum omnium amore dignissimus. Scripsit Librum unum Basileæ in octavo editum, nempè: Doctrinam de vera & reali præsentia Christi: alterum, quem Hanoviæ A. 1620. imprimi curavit, Dissertationem Theologicam, de Quæstione recens in Misnia à Doct. Matthia Höe contrà Venceslaum Baronem à Budova agitatâ: An Angeli & cœlites perfectè Deum, in sua essentia qualis est, cognoscant? dedicatam Anno 1619. Raphaëli Comiti à Lesno, tùm Castellano Calissiensi, post Palatino Belsensi.

Mors. Anno Christi.

16 Feb. 1628. Namestii. Morav.

73. Venceslaus Aram, honestis Parentibus, Patre Jacobo cive Netolicensi, Matre Margaritâ Greinariâ 1586. natus: curæ Joh. Japheti Consenioris in Unitate Fratrum Horazdovicium, 1596 traditus: Acoluthus 1604. Zeraviciis; Diaconus 1607. Trzebici Minister 1611. Slaucoviæ, Pastor Ecclesiæ Cuclaviensis apud Dominum de Bubna in Bohemia, è Patria Exul, primò Lesnam Maj. Polon. paulò post Vlodaviam 5. Julii, 1628. unà cum aliis Exulibus, concessit.

74. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

74. Johan. Chrysostomus Exul Christi, in transitu Posnaniæ Major. Polon. proditus, à Studiosis pessimè tractatus, singulari divinâ providentiâ liberatus. Mors. Anno Christi.

75. Daniel Stregicius Vetterus, quartus Georgii Consenioris Filius, Typographiæ curator. Edidit descriptionem Insulæ Islandiæ, quam ipse lustraverat, cum Johanne Salmone Moravo.

76. Zacharias Cornu, Venceslai Consenioris Filius, Pastor Ecclesiæ Jendrichov. in finibus Maj. Polon. & Silesiæ, ante annos canus. 11 Maj. 1643. æt. 36.

77. Johannes Laubmanus Glacensis, Bohemicus & Germanicus Concionator, Collega Præceptor Scholæ Lesnensis, deinde Ecclesiæ ejusdem adjutor in Sacris Concionibus, pius & doctus. 9. Maj. 16[illegible].

78. Georgius Laurinus.

79. Johannes. Abdon.

80. Johannes Dares. &c.

CAUTELA.

Ratio Ordinis suadebat, ut, factâ hoc Capite mentione „Unitatis Fratrum Bohem., Moraviæ & Major. Polon.; „harumq; trium Provinciarum Senioribus ad melius planiusque Unitatis hujus Fraternæ corpus delineandum, recensitis: nunc, individuo nexu Catalogum seu seriem specialem Fratrum Major. Polon. Confess. Bohemicæ, pertexeremus. Verum ad præcavendam lectionis confusionem, „Scire te, benigne Lector, volumus: nos duo sequentia Capita, diversi argumenti: Unum, de Calixtinis Reformatis „in Bohemia; alterum de Theologis ac Pastoribus in Germania interserere, conveniens judicâsse. Calixtinorum „Reformatorum quidem, eam maxime ob causam: quod, „præter Fratres Unitatis in Bohemia & Moravia, genuinos Hussi Sectatores, ex Taboritis illis, qui Compactata „Basiliensia acceptare renuerunt, ortos, ipsi quoque Calixtini, universam anteà doctrinam Pontificiorum, (Ver-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ,, nacula tantùm lingua in Sacris peragendis , & Calicis usu , à quo Calixtini dicti sunt , sibi ex lege Compactatorum Basiliensium , reservato ,) recipientes; tandem, in Germania & Helvetia Verbi divini præconio in clarescente , erroribus Pontificiis sensim relictis , Orthodoxiam amplexi , (posthabitâ Fratrum Unitat. Bohem. Disciplinâ ac ordine,) plerique eorum Augustanæ , nonnulli Helveticæ Confessionis sociis , sese adjunxerunt. Eo itaque nomine,non tantum Fratribus Confess. Bohemicæ subjungendi accensendique; sed eorum etiam Doctores meritò nobis speciali videntur capite donandi. Quod verò Germaniæ Doctores attinet , non abs re videmur , eorum quoque recensionem , Ecclesiarum Major. Polon. Theologis sivè Ministris , præmittere: partim , quod nonnulli Doctores Sclavonicarum, de quibus primariò agimus Ecclesiarum, per Germaniam hinc inde sparsarum, ut Libro 1. Cap.x. demonstratum est , in ordine horum reperiantur; partim quòd illorum Reformatio præcesserit , posteriorem illam magis Universalem in Major. & Min. Polon. reformationem. Iam ergò singulos suo relegito ordine. Mors. Anno Christi.

CAPUT. XI.

CALIXTINORUM *Reformatorum , qui, tam ad Augustanæ quàm Helveticæ Confessionis partes transierunt , Theologi & PASTORES, in Bohemia & Moravia.*

E CALIXTINIS *Reformatis.*

I. Administratores Consistorii Pragensis.

1. Anno 1609. Elias Schuda , Calixtinus.

2. An. 1614. Sigismundus Crinitus , Confess. August.

3. An. 1619. Georgius Dicastus, Confess. Helvet. dein August.

II. *Arc-*

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter.

II. Archidecani Cuttenbergenses.

Mors. Anno Christi.

1. Johannes Seminus. 1582

1562 2. Sixtus Candidus: qui Anno 1586. Matthiam Inquilinum miserat Genevam, in Sacrum Ministerium illic ordinandum. 1592

1583 3. Valentinus Schubar. Eodem. 28. Julii.

1593 4. Jacobus Melissæus, Servestæ Anhaltinorum ordinatus. 19. Oct. 1599. æt. 45. peste.

1600 5. Venceslaus Stephanus Thermenus, natus Anno 1565, electus in Assessorem Consistorii Euangelici Pragensis, simulqué Concionatorem Ecclesiæ ibidem, A. 1609. Unus Elias Schuda Calixtinus, votorum & suffragiorum pluralitate eum superavit, Administrator primus renovati hujus Consistorii: ille cæteros omnes. Sed certis de causis hanc non admisit provinciam, nequé sedem suam Cuttenbergâ Pragam transferre, quod requirebatur, consultum putavit. In erectione tamen illius Presbyterii, jussus habere Concionem inauguratoriam, in magna Auditorum frequentiâ Pragæ, tam ardenti Zelo verba pro suggestu fecit, ut cœtui gaudium cum fletu misceretur. Docuit, ex Text. Lucæ 1. v. 67. Deus visitavit populum suum, ad præcedentis Dominicæ Euangelium accommodato.

1. De gratiosa gentis Bohemæ à Deo Visitatione. Visitationem eam esse duplicem. 1. In gratia, quæ præcedit, tum ut Fideles salventur, tum ut Infideles in exitium ruentes, sint inexcusabiles. 2. In ira, quam omnibus Ordinibus præsentibus, totiqué nationi Bohemicę prædicebat, & nomine Dei obtestabatur; fore ut, nisi hanc gratiosam Dei Visitationem piè observaverint, eos posteà justo judicio suo, horrendisqué pœnis & calamitatibus certò visitaturus sit. Quod quidem eventus tristis hactenus comprobavit. 19. Feb. 1621 æt. 56.

2. Quanti facienda sit illa Dei Visitatio gratiosa.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 1. Deo gratias agendas, & humiles ad eum fundendas preces. 2. Magistratum diligendum & honorandum. 3. Pacem & amorem mutuum conservandum. 4 Pietate vitæ Religionem condecorandam. Scripta ejus Bohemica: Commentarius super XII. Minores Prophetas; Methodus Sacræ Scripturæ, A. 1620. &c. Mors. Anno Christi.

1621 6. Jeremias Denhartus, in Exilium missus, non multo ab electione interjecto tempore.

III. RELIQUI CALIXTINORUM, *puriorem doctrinam sequentium; 1. Augustanæ. 2. Helveticæ Confessionis, Theologi & præcipui* PASTORES.

1. *Augustanæ Confession.* PASTORES.

1530 1. Paulus Speratus, nobilis Suevus, Viennâ in Moraviam venit, & Iglaviæ aliquantisper substitit; in carcerem conjicitur ab Episcopo Olomuc. liberatus mittitur in Borussiam à Luthero commendatus, fitqué ibi Episcopus Pomesaniensis.

1550 2. Simon Haliæus, Moravus, Exul cum quibusdam aliis per Misniam & Palatinatum dispersis; quos Philippus Melanchton & quidam alii per literas consolati sunt. Extant illæ excusæ Argentorati, 1565. De quo Vide Tomum II. Hist. de Persequ.

1575 3. Paulus Pressius Lipsensis, SS. Theolog. Doctor, Confessionis Bohemicæ omnium Ordinum, unâ cum Matthæo Stregicio Vettero ex Unitate Fratrum, Concionator; quæ à Professoribus Acad. Viteberg. approbata fuit. De quo Vide Tom. I. idem posteà Hunnobrodę Pastor & Decanus.

1580 4. Johannes Hedericus, sivè Heidenreich SS. Theolog. Doct., Ecclesiæ Iglavien. in Moravia Pastor, & vicinarum Inspector. Scripsit contrà Unit. Frat. de quo Tomo II. 9. Mar. 1591. æt. 42.

5. Martinus Philadelphus Zamerscenus, Opaviæ in

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter — Mors. Anno Christi.

in Moravia Pastor. Scripsit Postillam Bohem. super Euang. Dominic. & Fest. recusa A. 1602. Dresdæ in Misnia, in folio. Mortuus 9. Mart. 1592. æt. 42.

6. Michael Longolius, Pastor Ecclesiæ Kralovicens. in Bohem.

7. Matthæus Weigelius, Ecclesiastes Potuoriensis in Bohem.

8. Andreas Eisingus, Comitatus Glacensis Pro-Decanus, & ibidem Ecclesiastes.

9. Helvicus Garthius SS. Theolog. Doctor, Consistorii Pragens. Assessor.

10. M. Victorinus Verbenscius Consist. Pragens. Assessor. Scripsit Bohemicè χειραγωγίαν Biblicam, seu manuductionem ad S. Biblia, & compendiosam Bibliorum V. & N. T. Analysin, Anno 1618.

11. M. Samuel Martinius, Consist. Pragensis Assessor. Scripsit contrà Unit. Frat., de quo Tomo II.

12. M. Paulus Crupius.

13. M. Matthias Georgines.

14. M. Daniel Alginus. &c. &c.

Quidam purioris doctrinæ Calixtini, qui

2. ***Helveticæ Confessionis posteà*** PASTORES, *dicti sunt.*

1470 1. Johannes Bechinka.

2. Michael Polak dictus, ad S. Ægidii, Palæo-Pragæ Pastor, in carcere obiit. 1480. 2. Nov.

3. Venceslaus Slanæus.

4. M. Johannes Miczta.

5. Venceslaus Piscenus.

1520 6. Benedictus Optatus.

7. Thomas Petroselinus Pastor Jevicensis in Moraviâ, ordinatus in SS. Ministerium Wittenbergæ, à D. Ebero, & D. Georgio Majore, A. 1563. 8. Octobris.

1580 8. Paulus Kyrmezerus Slavus, Pastor & Decanus

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Hunnobrod. scripsit contrà Unitat. Fratr. Bohem. De quo Tomo II. Mors. Anno Christi.

8. Gallus Zilanius, ad S. Ægidium in Veteri Praga Ecclesiastes: cujus scripta Bohemica non pauca extant: Vita Christi, De Ministris Verbi & Auditoribus, &c. Mentionem ejus facit honorificam Abrah. Scultetus, in Narratione Historica de Vitæ suæ curriculo, p. 91.

1600 · 10. Mart. 1627. æt. 56. Pragæ.

9. Georgius OEconomus, Chrudimensis Pastor.

10. Johannes Regius Zatecensis Ecclesię Minister.

11. Johannes Achilles Beraunensis, Ecclesiastes Pacoviensis: qui scripsit Comment. Bohem. Super Danielem Prophetam, Edit. Pragæ, 1590.

12. Martinus Maresch.
13. Johannes Moises.
14. Laurentius Curtius.
15. Paulus Pszeniczka.
16. Bartholomæus Javorscius.
17. Elias Severinus.

(12–17:) Isti Sex à Militibus cæsi.

18. Jacobus Petroselinus Cunstadiensis, Thomæ Pastoris Jevicensis in Moravia Filius, in SS. Minist. Witembergæ ordinatus. Pastor Ecclesiæ Trebicensis in Moravia: cujus scripta Bohemica, Postilla super Epist. Dominic. totius Anni, Pragæ 1613. In Passionem Christi. Pax Christi. Pastor. In Epistolam Jacobi, &c. m. Exul Wratisl. Siles. 14. Oct. 1633.

19. Johan. Porphyrides, Jaromerzicii Minister.

20. Johan. Horiæus, Austerlicii.

21. Andreas Jacobides, Exul Lesnæ Maj. Polon.

22. Johan. Claudianus Exul Skocis, in Maj. Polon.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

CAPUT. XII.

Theologi & Ministri Ecclesiarum Christi, per Lutherum, Zuinglium & alios Reformatarum, in Germaniâ.

Isti dicuntur communiter Euangelici omnes, in fundamento fidei consentientes; specialiter, à duplici Confessione Augustana & Helveticâ, alii Augustanæ Confessionis, qui etiam se Lutheranos vocant, alii Helveticæ Confessionis vulgò Reformati; qui tamen profitentur, se sententiæ in Augustanâ Confessione expressæ, omninò accedere.

Theologi & Ministri Ecclesiarum Augustanæ Confessionis.

1. Martinus Lutherus, Islebiæ Oppido Comitatus Mansfeldici, Patre Johanne, Matre Margareta Lindemannâ, honestis & probis Parentibus natus, 1483. Primis Magdeburgi & Isenaci imbutus literis, Magister Philosophiæ, Erphordiæ 1508. mox Anno insequente Monachus Augustinianus; quadriennio post à Friderico Elect. Saxon. Vitebergam, ad sacras profitendum literas evocatus, Romam ad componenda quædam Religiosorum dissidia, autoritate ablegatus publicâ: eodem post reditum Anno 1512, SS. Theologiæ Doctor. Orthodoxam Religionem è tenebris in lucem primò eduxit, A. 1517. deinde scriptis in publicum propositis plurimis, tùm liberâ semper professus voce, coràm Imperio Rom. universo; Formulâ tandem fidei Euangelicæ in Comitiis, Augustæ, Carolo V. Imp. publicè exhibitâ, & ab eo confirmatâ, propagavit. Inter ultima ejus verba, & precationes ànte mortem devotas, ponuntur & hæc dicta, Joh. 3. 16. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* & Psal. 68. 21. *Deus*

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. *Deus noster, Deus salvos faciendi, & Dominus est Dominus educendi ex morte.* & 31. 6. Luc. 23. 46. *Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Deus veritatis.* Sic ibidem loci, ubi natus erat Islebii, è patriâ suâ, quam multis annis non viderat, abiit in cœlestem. Sepultus Vitebergæ. Concionem funebrem habuit Pomeranus, coràm non paucis hominum millibus; quâ finitâ, Melanchton cùm singultu & lachrymis plurimorum peroravit. Wolfgangus Severus, Præceptor quondam Ferdinandi I. Imper., ejusmodi de Luthero Distichon encomiasticum scriptum reliquit. Mors. Anno Christi

Iapeti de gente prior majorqué Luthero
Nemo fuit: sed nec credo futurus erit.

2. Philippus Melanchton, Germanicè Schwartzerd, Brettæ inferioris Palatinatus oppido, piis & honestis Parentibus, Patre Georgio, matre Barbarâ Reuterinâ nascitur, Anno, Mense & Die, quem ædium ejus avitarum hactenus, talis indicabat epigraphe: *Dei pietate natus est in hâc domo doctissimus Dn. Philippus Melanchton, d. 16. Febr. A.* 1497. Portæ Hercyniæ primò versatus in literis admodum puer, cum ingenio, nec sine industriâ: Grammaticam Latinam didicit à Johanne Hungaro Phorcensi, Græcam à Georgio Simlero. Baccalaureus Heidelbergæ A. 1511. æt. 14. Magister Philosophiæ & artium Tubingæ, A. 1413. æt. 17. renunciatur: Friderici Elect. Saxon. vocatione venit, de consilio Johan. Capnionis, Vitebergam A. 1518. æt. 22. ut Græcam linguam ibi doceret. Martino Luthero fidus in Euangelio promovendo συνεργής. Linguis, Philosophiæ, & Theologiæ, docendis felicem navavit operam; communis Germaniæ Præceptor vocatus. A Lutheri sententia, in negotio S. Cœnæ, fuit alienior: ideoqué ab ingratis discipulis variè traductus. Inter ultima ejus verba notantur: *Vna mihi cura est, una solicitudo, ut Ecclesiæ sint in Christo Iesu concordes. Si me Deus*

Vita & Ordinatio Anno Christi, circiter. *Deus jam evocaverit ex hâc vitâ, liberabor ab inimicis plenis odio Sophistico & mendaciis, hoc monstroso anno naturæ. Christus factus est nobis sapientia à Deo, justitia, sanctificatio & redemptio.* 1. Cor. 1. v. 30. *Ah Deus, miserere mei, per Christum Filium tuum. In te, Domine, speravi, non confundar in omni æternitate.* Psal. 71. 1. Sic placidè exspiravit inter preces, & vota seria. Ferdinandum I. Imp. ferunt, auditâ morte ejus dixisse. *Hujus viri consilia semper fuerunt moderata.* Scripta ejus plurima extant. Mors. Anno Christi. 19. April. 1560. æt. 63. completo Vitebergæ.

1541 3. Joh. Turso, Episcopus Uratisl. primus Episcoporum renascenti Euangelio favit, A. 1520.

4. Nicolaus Amsdorfius, Nobilis Misnicus, Theologus & Pastor primò Magdeburg. A. 1524. Deinde ad Episcopatum Nauburgensem evectus, A. 1542. & ordinatus à Luthero simul manum imponentibus Nicolao Medlero Pastore Nauburgensi, Georgio Spalatino Aldenburgensi, & Wolfgango Steinio Leucopetræo. Inde bello Germanico profugus, Magdeburgi substitit. 1565. æt. 80.

5. Urbanus Regius, superintendens Luneburgensis, ad hoc officium Augustâ, ubi diu docuerat, evocatus. 1541

6. Georgius Spalatinus, aulicus Concionator Elector. Saxon. insignis Lutheri amicus, ex Historia renascentis Euangelii clarus, Chronici libri autor. 16. Jan. 1545. æt. 63.

7. Andræas Althamerus, Sylvâ Biblicorum nominum, & Conciliationibus locorum Scripturæ, notus.

8. Er. Alberus, Pastor Magdeburgensis, ab Erasmo Roterodamo in Hyperaspiste Diatribæ tom 9. fol. 1031. è Schola Lutheri Θεοδίδακτος vocatus.

9. Joh. Amsterdamus, primus Bremensium Pastor.

10. Fridericus Myconius, primus Vinariæ docet Euangelium, inde Gotham vocatus, ad munus docendi & gubernandi Ecclesias Thuringiacas. De tabe suâ

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. sivè phtisi, ad Lutherum A. 1541. scribit: cui Lutherus respondet, & in calce literarum addit hæc verba: *Vale mi Friderice, & Dominus non sinat me audire tuum transitum me vivo: sed te superstitem faciat mihi: hoc peto & volo, Amen.* &c. Ab hisce precibus paulò post convaluit Myconius. Quod ergò Lutherus optavit ac voluit, eventu posteà fuit comprobatum. Nam sexennio post, cum Lutherus diem suum obiisset, ipse Myconius eodem anno est subsecutus, atque carnis suæ mortalis sarcinam deposuit. Mors. Anno Christi. 7. Apr. 1546. æt. 55.

11. Joannes Hessus Pastor Vratislaviensis, qui cum Ambr. Moibano, Missam primus Vratislavię abrogavit. 6. Jan. 1547. æt. 60.

12. Petrus Paulus Vergerius, alius ab eo, Justinopoli in Histria nato, de quo Paulus Jovius in Eulogiis doctorum virorum; Episcopus Justinopolitanus, Legatus Pontificius per Germaniam, refutaturus veritatem, ut Cardinalatus dignitatem assequeretur, Veritatis vi victus resipuit, & ex Italiâ profugiens, exemplo Spiræ Apostatæ horribiliter cum desperatione luctatis confirmatus, ad Euangelicam Religionem totus transiit. Frater ejus Joh. Bapt. Vergerius, Polæ Episcopus, cum idem faceret, veneno sublatus mox creditur. Ad Rhetos igitur pervenit, & in valle Telina aliquot annis Euangelium docuit. Inde Tubingam evocatus, scriptis quibusdam editis, piè defunctus est. 4. Oct. 1565.

13. Caspar Bornerus, Lipsiæ peste extinctus.

14. Matthias Zellius, primus Euangelii apud Argentinenses Doctor. 1547 9. Jan. 1548. æt. 71.

15. Caspar Cruciger Lipsiæ, 1. Jan. 1504. natus, Præceptore usus in Patria Casp. Bornero, & Petro Mosellano domestico, amplius quadriennio: colophone studiis suis Vitebergę imposito, trium linguarum egregiè peritus, omni prætereà liberali arte & doctrinâ politus, Mathematum præsertim & Physicæ ac Medicinæ studiis excellens Doctor post Theologiæ, quam

vivâ

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. vivâ voce & scriptis illustravit atquè propagavit: fidus Christi præco, Lutheri in opere Domini conficiendo adjutor & socius. Inter preces pro Ecclesiâ, pro se ipso, pro liberis, tranquillo animo beatè ex hâc vita decessit. Mors. Anno Christi. 16.Nov.1548. æt.45.curr.

16. Vitus Theodorus, Pastor Norimberg.

17. PAULUS SPERATUS, nobilis Suevus, Augustæ, Herbipoli, Saltzburgæ & Viennę Austriæ, abusus & superstitiones omnis generis taxavit, circà A. 1522. Tandem in Moraviam venit, & Iglaviȩ aliquantisper substitit: de quo superius dictum est: unde Episcopus Olomucensis, ad causam dicendam evocatum, in carcerem tetrum compegit. Divinâ autem ope ex eo elapsus, Vitembergam sub annum 1524. ad Lutherum venit: à quo statim in Borussiam missus, & Principi Alberto Borussiæ Duci, ac Johanni Brismanno Theol. Doctori in Regiomontana Ecclesia commendatus, post paucos annos Pomesaniensi Ecclesiæ vacanti à Principe Episcopus est Præfectus. 26.Mar.1549.

18. JOANNES POLIANDER, anno post Speratum proximo in Borussiam primùm appulit, & tum in Ecclesiæ gubernatione Speratum, & cæteros Collegas adjuvit, tùm verò in Schola docens, plærosquè V. & N. T. libros interpretatus est: ἀποπληχθεὶς aliquot menses decubuit, donec tandem, ad cœlestis Ecclesiæ consuetudinem emigravit. 1540

19. JOANNES BRISMANNUS Cotbusii in Lusatia natus, Lutheri familiaris, Theolog. Doctor in Regiomontana Ecclesia, cum Sperato & Poliandro, annis amplius viginti Ecclesias Prutenicas rexit & conservavit. 1546 Hi tres fuerunt primi Ducatus Borussię Euangelistæ & Ecclesiarum οἰκισταί.

20. Joannes Spangenbergius Herdesianus, lucem hanc primum aspexit A. Christi, 1484. Northusii Thuringiæ Oppido, Philosophus elegans, & Theologus haud indoctus, præest sacris in patria. Guberna-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. vit deinde Ecclesias in Comitatu Mansfeldensi: egitqué Pastorem & vicinarum Ecclesiarum Episcopum sivè Inspectorem, annis cum pluribus, in Oppido Islebio. Mors. Anno Christi.

21. Osvaldus Myconius Ecclesiastes Basiliensis, successor Oecolampadii; de præsentia Corporis Christi in Cœna, ejusdem cum Luthero sententiæ, cujus professionem tandem ultrò abdicavit. 13. Jan. 1550. æt. 66. 15. Oct. 1552. æt. 64.

22. Andræas Osiander Bavarus, Noribergæ per 27. annos Concionatorem egit, & A. 1522. primam ibi Concionem Euangelicam habuit, sequé in Conventibus Augustæ & Ratisbonæ habitis, opposuit Pontificiis. Tandem propter Interimisticam Religionem pulsus, in Borussiam venit, vir multijugâ eruditione præstans: ubi docuit in Regiomontana Academia. Sed cum de Justificatione hominis novam sphargeret doctrinam, Theologorum Euangelicorum incurrit animadversionem. De quo videri potest Melch. Adamus in Vitis Theol. Germ. p. 226. Ejus Filius Lucas Osiander, aulæ Witemberg. post Eslingensium Pastor, Enchiridiis Controversiarum, & Commentariis in universum Bibliorum opus editis, inclaruit. Obiit A. 1604. Nepotes etiam, Lucæ Filii; Andræas itidem Theolog. Tubingensis, majorum vestigia premens, se genere suo dignissimum gessit, ut ex monumentis ejus manifestum est. Obiit A. 1617., & Lucas in Patria Acad. Professor. 17. Oct. 1552. æt. 54.

23. Joannes Æpinus Pastor Hamburgensis, Doctor Theol. Vitembergæ renuntiatus, Libri Interimistici oppugnator. 13. Ma. 1553. æt. 54.

24. Georgius Princeps Anhaltinus, amplectitur doctrinam Ecclesiarum Euangelicarum, instaurat suæ Ditionis Ecclesias, præficiturqué Mersburgens. Diæceseos. 17. Oct. 1553. æt. 47.

25. Ambrosius Moibanus Theol. Doctor, primus cum Johan. Hesso Uratislaviensium reformator. 16. Jan. 1554. æt. 60.

26. Ju-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 26. Justus Jonas Northusæ, veteri Cheruscorum Civitate imperiali natus, A. 1493. post prima liberalium artium percepta studia, ex Juris humani Consulto, Sacræ Theologiæ, quæ juris divini Magistra est, Doctor factus, Professor ac dein Præpositus Templi Vitebergæ constitutus, restituendæ in Saxonia Ecclesiæ fidus Lutheri administer & παρεστώς, omnium rerum in causâ Religionis per Germaniam gestarum adjutor ipse & conscius: demùm Antistes Ecclesię in Salinis Saxonicis, Halę Saxonum, & totius illius Diæceseos Inspector ac Reformator. Eum Lutherus, postremo suo itinere, A. 1546. Comitem sibi adscivit Islebiam. Ubi, Deo ad exitum vitæ Lutherum vocante, is in Jonæ veluti sinu animam Deo commendatam reddidit. Deniqué præfectus fuit Ecclesiæ in Oppido Eisfeldiæ, in Thuringiæ & Franconiæ finibus, Franconicarum Ecclesiarum in Principatu Coburgensi Superintendens, curriculum ibi vitę suæ placidè absolvit. Extant ad ipsum aliquot Erasmi Roterodami Epistolæ, nomine Jodoci Coci, & Jodoci Jonę. Scripta edidit nonnulla. Filius ei ὁμώνυμος JCtus est Hafniæ decollatus: cujus versiculi noti sunt.

Mors. Anno Christi. 9 Oct. 1555. æt. 63.

Quid juvat innumeros scire atqué evolvere casus.
Si facienda fugis; si fugienda facis?

27. Johan. Forsterus Augustæ Vindelicorum, ad Vindæ & Lyci amnium confluentes, natus 1495. E Patria Schola ad exteras sese contulit, atqué in Academia Bavaricâ Ingolstadii, auditor fuit Joh. Reuchlini Capnionis, Hebraicam & Græcam linguam profitentis. Lipsiam progressus audivit Petrum Mosellanum. Adolescentiam egressus, docuit aliàs Hebræam linguam, aliàs Ecclesiæ doctrinam in Academiis & Templis. Fundamentis namqué linguarum feliciter superstruxerat Theologiam, cujus Doctor Vitembergæ renunciatus, ac dein Professor linguæ Hebraicæ ibidem in

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Academiâ constitutus, autor Dictionarii fuit Hebraici novi; iisdem studiis, quibus contentus vixerat, immortuus: cum & sese, & Ecclesiam domesticam ac publicam, ardentissimis votis Filio Dei commendâsset.

Mors. Anno Christi. A. 1556 8. Dec æt. 61.

28. Henricus Stolo Dibachii in Palatinatu inferiore natus, 1489. jactis puerilium literarum fundamentis, missus Monasterium Westphaliæ, deinde Oppenheimium, inde Daventriam, Erphordiæ Thuringorum renunciatus Magister Philosoph., 1509. docuit ibidem quadriennium, quà publicè, quà privatim. Nactus Comites idoneos tres, partem magnam Boëmiæ, Borussiæ, & totius oræ maritimæ perlustravit. In reditu Erphordiam, in diversorio quodam diutius substitit, Comitesquè præire est passus. Sed ignarus locorum & viarum totum diem ita est vagatus: ut sub noctem eò, unde manè exierat, fuerit reversus. Postridiè iterum se in viam dat, sylvamquè densam ingrediens, in ursos duos incidit. Salutis planè incerto venit in mentem, quod sępè audierat, sed anili fabulę simile duxerat, morticinium nullum ab ejusmodi belluâ tangi. Commendavit ergò se Deo, & in faciem procidens, anhelitum quantum potuit, attraxit & cohibuit. Accedunt Ursi, explorant, cadaverquè existimantes, abeunt. Hoc periculo liberatus, tandem ad Comites suos pervenit, cumquè iis salvus Erphordiam appulit. Reversus in Patriam, relicto juris studio, fit sacerdos Pontificius, posteà doctrinam Euangelii, à Luthero repurgatam, lectis ejus libris, amplectitur, Professor & Concionator Heidelbergensis: quem in docendo proximè accedere ad Lutherum, dixit Wolfgangus Calixtus Ecclesiæ Heidelb. Pastor, Lutheri & Stolonis auditor. In morbo, cum lingua officium sat rectè non faceret, nutu ac gestibus suam ergà Christum fidem, ut potuit declaravit. Pastor ibi primarius Joh. Flinnerus pręsens, cum inter alia, consolandi gratiâ, dictum ei recitaret.

Euge

Vita & Ordinatio. Anno Christi. *Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*: sublatis in cœlum oculis, inter astantium vota placidè decessit. Mors. Anno Christi. 28. Septemb. 1557. æt. 68.

29. Johan. Bugenhagius Pomeranus, Julini 1485. natus, In pueritia cum Grammaticen & Musicen didicisset, in Academiam Gryphsvaldensem missus, in Latina lingua plurimum profecit, & Dialecticen, cum elementis Physicæ imbibit. Posteà Rector Scholæ Treptoviensis, anno æt. 20. Libro de Captivitate Babylonicâ, qui recens. Lipsia allatus fuit, lecto, Papatum deseruit A. 1521. Inde propterea fugere coactus, venit eodem anno Vitembergam, ibiqué Professoris primùm, post Pastoris & Superintendentis munus fideliter obiit. Doctor Theol. renunciatus, A. 1533. A plurimis evocatus Hamburgi 1522. Lubecæ 1530. in Pomerania; in Dania 1537. in Brunsvicensi Ducatu 1542. formam Euangelii rectè docendi præscripsit. Thuanus Hist. lib. 20. eum vocat virum moderato ingenio, & eruditione rarâ excultum. 20. April. 1558. æt. 73.

30. Justus Menius Fuldensis, Lutheri fidelis in doctrinâ cœlesti συνεργὸς, Gotthanus primò, deinde Lipsianus Ecclesiastes. 11. Aug. 1558. æt. 59.

31. Erhardus Snepfius, Tubingensis Ecclesiæ Pastor, & in Academia Theol. Professor, Doctor Theol. ibidem renunciatus, inde ob Interreligionem pulsus, post in Academia Jenensi Professor. 1. Nov. 1558. æt. 63.

1558 32. Nicolaus Gallus, Pastor Magdeburgensium, & Ratisbonensium. 1570

33. Erasmus Sarcerius, Annæbergensis Misnicus, variis in Scholis docuit Lubecæ, Rostochii, Viennæ in Austriâ, Græcii in Styriâ. Post Lipsiæ & IslebiiEuangelium explicavit. Tandem Magdeburgum evocatus, quatuor duntaxat ibi Concionibus habitis, calculi doloribus confectus, obiit. 28. Nov. 1559 æt. 59.

34. Jacobus Beurlinus Dornstadiensis, Theol. Doctor

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Doctor & Profess. in Acad. Tubing. Ecclesiæ Præpositus & Academ. Cancellarius; in legatione ad Colloquium Possiacenum, Parisiis peste corripitur ac extinguitur. Mors. Anno Christi. 28 Oct. 1561. æt. 41.

35. Johan. Mathesius Rochliciensis Misnicus, bonis literis juxtà Theologiam Vitembergæ dedit operam. Hinc evocatus, primò munus Scholasticum, postea Pastorale & Ecclesiasticum, in valle Joachimicâ suscepit ac gessit. Die Dominico, cum manè Concionem de Filio Viduæ Naimiticæ à Christo resuscitato, habuisset, & in futurâ vitâ quemqué piorum suæ matri atqué amicis restitutum iri, sequé mutuo singulos agnituros docuisset, tribus post Concionem horis, apoplecticus in Jesu Christo obdormivit. 7. Oct. 1565. æt. 62.

36. Johan. Draconites, Carolostadius Francus, Erphordiæ Philosoph. Doctor, quem Magistrum vocamus, Vitembergæ Theolog. Doctor renunciatus, Professor & Ecclesiastes primùm Marpurgi, deinde Rostochii, tandem in Borussia Episcopus Sambiensis: unde tamen Vitembergam rediit, & opus Biblicum quintuplex incæpit, Hebrææ, Chaldææ, Græcæ & Latinæ linguæ peritissimus. Sed Deus & mors conatus ejus pios interruperunt. Nam hæc agitantem morbus occupavit, tandemqué destillationes capitis, quos catarrhos vocant Medici, suffocârunt. 18. Ap. 1566. æt. 70. ampl.

37. Johan. Funccius, Andreæ Osiandri gener, Concionator in aulâ Ducis Borussiæ, & Chronologus insignis, sed munere suo deserto factus aulicus, ob prava consilia Alberto Duci seni data, accusatus ab Ordinibus Borussiæ, decollatus. Ante supplicium fertur hoc Distichon pronunciâsse: 28. Oct. 1566. æt. 48. Buch. Chr. æt. 49.

Disce meo exemplo mandato munere fungi;
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

38. Joh. Sebastianus Pfauserus, Constantiæ ad lacum Bodamicum natus, Maximiliano II. Regi tunc Bo-

Vita & Ordinatio Anno Christi, Bohemiæ post Cæsari commendatus à Sacris Concionibus, eidem Principi veritatem Euangelicam amplexo, aliquantisper fuit. Sed cum utriqué varia objicerentur in aulâ impedimenta atqué Euangelii remoræ, dimissus inde, Lavingam superioris Palatinatus oppidum venit: ubi Ecclesiæ Antistes est designatus. Mors. Anno Christi. 6.Jun.1569. æt. 49.

39. Joh. Brentius, Halæ Suevorum Ecclesiastes A. 1522. æt. 23. modestus & prudens, Tubingam evocatus, Academiæ Commissarius & Antistes Ecclesiæ, tandem Stutgardiæ Pastor ac Præpositus Ecclesiæ. 11. Sept. 1570.æt.72.

40. Joachimus Morlinus, Episcopus Sambiensis in Borussia. 13.Jul.1571 æt. 57.

1572 41. Ludovicus Rabus Pastor Argentinens. & Ulmensis. Filius ejus Jacobus Rabus defecit ad Jesuitas.

42. Joh. Pfeffingerus, è Sacerdote Pontificio, primus Lipsiensium Pastor Euangelicus. 3. Jan. 1573. æt. 80.

43. Abdias Godeschalcus Prætorius, Marchicus, Rector Scholæ Magdeburgensis. Ubi inter alia hanc invexit consuetudinem: ut sub horarum initia & intervalla, intermisceretur Symphoniacus cantus: quo & Magistrorum & discipulorum vires nonnihil reficerentur. Officio suo, ob turbas Theologicas abiens, Francofurti primum, deinde Vitebergæ docuit privatim. 9.Jan. 1573 æt. 49.

44. Matthias Flacius Illyricus, in Illyrio sivè Slavonicâ Istriæ contermina, Albonæ oppido 1520. natus, Basilaę primò, dein Tubingæ, ubi usus est hospitio popularis sui Matthiæ Garbicii Græcę linguę Professoris, post Vitembergę in studiis pietatis versatus, linguę sanctæ in Academia Professor: dehinc flagrante bello Germanico, Magdeburgum profectus; Jenę tandem Theologiam professus, 1557. sed ob motam cum Vict. Strigelio de Libero Arbitrio Controversiam, dimissus post quinquennium: deniqué Ratisbonæ, Antverpiæ, Francofurti ad Moënum, Argen-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

torati exulans aliquot annis : obstinatùs dogmatis sui, de Peccati substantia, semel professi defensor: cæteroquin immortali nomine, ob Clavem Scripturæ, Centurias Historiæ Ecclesiast. Magdeburgenses, Catalogum Testium Veritatis, &c. dignissimus. 11. Martii. 1575.

45. Hartmannus Beyerus, Ecclesiastes Francof. ad Moënum, tempore Intermistico pulsus & revocatus. æt. 55. Francof. ad Mœn.

46. Paulus Crellius Islebius, Doct. & Prof. Th. Witemberg. mortuus Apoplex. 11 Aug. 1577.

47. Joh. Marbachius Lindaviensis, Theologus Argentinens., Successor Hedionis. æt. 61. 24 Maj. 1579.

48. Joannis Gigas Northusanus, Vitebergæ primùm, post in Silesiâ Freistadi & Suidnicii docuit. æt. 49. 17. Maj. 1581.

49. Lucas Pollio, Uratislaviæ Silesiorum, 1536. natus, elementa pietatis prima literarumqué, cum Grammatices utriusqué rudimentis, in patrio ludo, percepit. Jactis ita fundamentis, Francofurtum ad Viadrum mittitur, inde Vitembergam, ubi Philippum Melanchtonem audivit, & exercuit se in Logicis, Rhetoricis, & Græcæ linguæ progymnasmatis, Physicis & Ethicis disciplinis. Vitebergâ à Senatu evocatus, docuit Uratislavię in Scholâ, & Concionibus ad populum habendis præparavit sese ad Ministerii sacri usum. Meminerat enim Melanchtonem sæpè id Studiosis, à se discedentibus suasisse : ut, justa Scholasticas operas, concionando ingenia excolerent, & ad publicum Ministerium aditum sibi aperirent. Deinde sumptu publico à Senatu Uratisl. Lipsiam ablegatur, Theologiæ & Hebrææ linguæ imprimis cognoscendæ causâ. Reversus domum Pastor fit Ecclesiæ Uratisl., Concionator pius, Zelosus, eloquens, diligens: in vitâ ejus privatâ emicuit temperantia in victu, affabilitas mixta gravitate, precandi ardens studium, ut verè murus contrà rupturam fuerit, Ezech. 22.30. Suam familiam & liberos educavit in doctrinâ & monitis Domini. Ezech. 6.4. Dolo- æt. 60. 12. Jul. 1581. æt. 67. 31. Jul. 1583. æt. 47.

Vitæ & Ordinatio Anno Christi circiter. Doloribus calculi diuturnis exhaustus, inter vota & preces animam Deo suo reddidit. Mors. Anno Christi.

50. Simon Sulcerus Bernæ Helvetiorum, 1508. natus, docet in Schola Patria Bernensi, post Ephorus alumnis Basiliens. Reipubl. datur: proficiscitur ad Lutherum 1538.& cum eo confert de Sacramentario dissidio in Ecclesiis Euangelicis, præficitur Ecclesiæ Bernensi, deinde Basiliensi. 22.Jul.1585. æt. 77.

51. Martinus Chemnitius, natus Britzæ veteris Marchiæ oppido 1522., optimis Vitembergæ disciplinis deditus, sub Luthero & Melanchtone, Ecclesiæ Brunsvicensis Pastor & Superintendens, multis egregiis de Religione scriptis libris, ac imprimis Examine Concilii Tridentini celebris. 8. Apr.1586. æt. 64.

52. PRIMUS TRUBER Rosterlicii pago Carniolæ natus 1508.doctor Slavonicus, in linguam Slavonicam convertit Catechismum, Novum Testamentum, Locos Communes Theol., Augustanam Confessionem, Ecclesiasticam ordinationem,Examen Melanchtonis, Postillam Lutheri, &c. Post varia pericula exantlata, piè obdormivit, in Bohemia arce Wintricia, inde Tubingam transvectus, ibiquè sepultus,de quo superius. 29.Jun.1586. æt. 78.

53. Theodorus Snepfius,Erhardi Theologi Filius, Professor Academiæ, Pastor & Superintendens, sivè Inspector Ecclesiæ Tubingensis. 9.Nov.1586. æt. 64.

54. Johannes Wigandus Mansfeldensis, in patria primò docuit, deinde Magdeburgi,Jenæ in nova Academia, Vismariæ Superintendens, iterum Jenæ, tandem in Borussia Episcopus Pomesaniensis, plurimis libris clarissimus. 21.Oct.1587. æt. 64.

55. Tilemannus Heshusius Theolog. Heidelberg. Regiomontanus in Borussia, tandem Helmstadiensis, dogma illud Ubiquitatis generalis negavit. 25. Sept. A. 1588. æt. 61.

56. Johannes Parsimonius, Augustæ Rheticorum 24. Decemb. 1688. æt. 62.

 natus,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. natus, 1525. Concionator Augustanus, Tubingensis, Abbas Hirsaugiensis, docuit in templo & Schola. Mors. Anno Christi.

57. David Voitus, Doct. Theol., ad aulam & Academiam Regiomontanam in Borussiam vocatus, intrà quindecim annos Jenam venit, ibiqué Ecclesiæ ac Scholæ operam navavit: inde intrà quindecim etiam annos, in Academiam Vitebergensem rediit, Ecclesiæqué & Scholæ præfuit. 26. Novemb. 1589. æt. 60.

58. Jacobus Andrææ Waiblingæ Ducatus Wirtembergici oppido natus, Concionator Stutgardiensis, Tubingensis, Coppingensis, tandem Præpositus Tubingens., & Academiæ Cancellarius. 7. Jan. 1590. æt. 61.

59. Matthæus Vogelius Noribergensis, in Patria primum docuit, deinde in Borussia, Velaviæ, Regiomonti, tandem in Ducatu Würtembergico. 3. Dec. 1591. æt. 72.

60. Nicolaus Selneccerus, Theologus Lipsiensis. 24 Maj. 1592. æt. 60.

61. Martinus Mirus, Bartholomæi Filius, Philippi Frater, hujusqué Filii Thomæ Miri Mercatoris Lublinens. in Minor. Polon. Viri Reformatæ addicti Religioni, & de Ecclesia Dei benè meriti, Patruus; Dresdensis Pastor aulicus, ex Homiliis notus. 24 Aug. 1592. æt. 68. Fraibergæ.

62. Andræas Musculus, Theologus Francofortanus ad Oderam, Superintendens Marchiæ. 1580

63. Paulus Oderbornius, Theologus eruditus ac moderatus, Ecclesiæ Rigensis Pastor.

64. Moses Pflacherus, Pastor Kemtensis. 14 Aug. 1589.

65. Simon Pauli, Theologus Rostochiensis. 1591

66. Conr. Schlusselburgius Saxo, Pastor Wismariensis, Antverpiensis, Stralsundensis.

67. Joh. Avenarius, pio precum libello celebris. 1590

68. Balthasar Bidembachius, Stutgardiensis Præpositus. 1578

69. Eberhardus Bidembachius, Ecclesiastes Tubingensis. 1591

70. LEONHARDUS KRANTZHEIMUS, Theologus

Vita & Ordinatio. ologus & Chronologus,Lignicensis,post Fraustadiens. in Major. Polon. Ecclesiæ Pastor. Mort. Anno Christi, 1598. æt 67.

Anno Christi circiter. 71. Felix Bidembachius, Balthasaris ex fratre Nepos, Ecclesiastes primò in aula Würtembergica, deinde superintend. nominis memoriam Thematibus Funebribus & Connubialibus, &c. commendavit posteritati.

72. Christophorus Cornerus Francus, Superint. totius Marchiæ, & Pastor Francofurtanus. 17. April. 1594. æt. 76.

73. Conradus Lautenbachius, Pastor Argentinens. & Professor Heidelbergensis, mortuus ætatis anno 61. 18. April. 1595. æt. 61.

74. Jacobus Heerbrandus, Concionator & Prof. Tubingensis. 22. Maj. 1600 æt. 80.

75. David Chytræus, ex Academia Viteberg. Rostochium evocatus, Philosophus, Poëta, Historicus, & Theologus. 25. Junii. 1600. æt. 70.

76. Ægidius Hunnius, Marpurgi primum docuit, deinde Vitebergæ. 4. April. 1603 æt. 53.

77. Cyriacus Spangenbergius, Joannis Theologi Filius, Pastor Ecclesiæ Mansfeldensis. 10. Feb. 1604 æt. 76.

78. Zacharias Schilterus, Professor Lipsiensis. æt. 63.

79. Jacobus Rungius Theol. Doctor & Profes. in Academ. Grypphiswald. Pomeraniæ Occident. Superintendens. 11. Jan. 1595. æt. 76.

80. Andræas Rungius, Jacobi Frater, Profes. Theolog. & Pastor Grypphiswald.

81. Fridericus Rungius, Jacobi Filius, Pastor Ecclesiæ Stetinensis, & Professor in Pædagogio, tandem Patri in officio superintendentis successit.

82. David Rungius alter Jacobi Filius, Latinæ, Græcæ & Hebrææ linguæ probè gnarus, Philosophus, Mathematicus, Poëta, Historicus, Musicus; Doctor Theolog. ac Professor Vitebergensis, inter orandum & canendum mortuus. 7. Julii. 1604. æt 40.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

83. SALOMON GESNERUS, Bolislaviâ-Silesius, Pauli Verbi divini in Bohem. ac Moraviæ finibus Ministri Filius, Rector primùm Scholæ Boleslav. post Gymnasii Stenensis, Doctor Theol. & Professor Viteberg. Pastor Templi arcis. Mort. Anno Christi 7. Febr. 1605. æt. 46.

84. Georgius Mylius Augustanus, Pastor & superintend. Augustan., deinde Viteberg. Professor, Cancellarius, Pastor, tum Jenensis, denuoque Vitebergensis. 28 Maj. 1607. æt. 59.

85. Lucas Bacmeisterus Luneburgensis, Pastor & Professor Rostochiensis. 9. July. 1608. æt. 78.

86. Otto Casmannus, extinctus peste Stadæ Saxonum. Mortuus Calend. Augusti., 607. æt. 45.

87. Polycarpus Lyserus Suevius, Caspari Pastoris & Superintendentis Winendensis Filius, Ministerio initiatus, 1573. Præfectus Ecclesiæ in Gellersdorff. Viennam Austriæ multoties ad habendas Conciones, à proceribus Styrię ad Pastoratum Grecensem, vocatus: Doctor Theolog. in Academ. Tubing. 1576. æt. 24. renuntiatus: deinde Pastor Superintendens, Professor Vitebergensis. 22 Feb. 1610. æt. 58.

88. Joh. Pappus, Ecclesiæ Argentinens. Pastor & Profess. 13. Jul. æt. 61.

89. Lucas Osiander, Andræę Theologi Regiomontani Filius, aulæ Wittemb. post Eslingens. Pastor. 1604

90. Andreas Lucæ Filius, Theologus Tubingens. 1617

91. Stephanus Gerlachius, Theologus Tubingens. ex itinere Orientali, quod cum Oratore Cæsarꝑo suscepit, & Disputationibus notus. 30. Jan. 1617. æt. 66.

92. ANDRÆAS BAUDISIUS Uratislaviensis, Concionator Lignicensis, deinde à Petro Mokio Rosenbergio postremo ejus Familiæ, Crumloviam Oppidum Bohemiæ evocatus, ut ibidem Ecclesiam Augustanæ Confessionis instauraret, docuit in templo & Schola: in Silesiam revocatus fit Lignicii Pastor & Inspector. 3. Jan. 1615. æt. 58.

93. Ja-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 93. Jacobus Heilbrunnerus, Hieronymi Laustæ, Ducatus Wurtemberg. Oppidi Pastoris Filius, Ecclesiastes Tubingensis. Mors. Anno Christi

94. Philippus Heilbrunnerus, Jacobi Frater, Pastor & Professor Lavinganus. 17. April. 1616. æt. 70.

95. Johan. Arndius, superint. Luneburgens. Scriptis Practicis, &c. clarissimus.

96. Fridericus Balduinus, superint. Vitebergens. & Professor Acad. Cal. Maj. 1627

97 Daniel Cramerus, Theologus Stetinensis, Phisophus, Historicus, Poëta, Orator.

98 Conradus Dietericus, Primum Gymnasii Giessensis Professor, post Ulmanarum Ecclesiarum Superintendens. Institut. Catechet. Analysi Euangeliorum &c, clarissimus.

99. Wolffgangns Franzius, Professor Vitebergensis. 1628.

100. Johan. Gerhardus, Theologus Jenensis.

101. Albertus Graverus, Theologus Jenensis, deinde Superintendens Ducatus Saxo-Vinariens. 1617

102. Matth. Hafenrefferus, Theologus Tubingensis.

103. Christoph. Helvicus, Profes. Giessensis, cujus extant Chronologica, aliaque scripta.

104. Matthias Hoë, nobilis Austricus, Aulicus Pastor, Superintend. Dresdensis.

105 Andræas Keslerus Francus, Superintendens Eisfeldensis Philosophus.

106 Lucas Lossius Fachensis Hessus, Rector Lunæburg. Scholę explicationibus Euangelistarum, clarus.

107. Eilh. Lubinus Theologus Rostochiensis.

108 Balthazar Meisnerus Theologus & Professor Vitebergen. natus 1587. 29. Dec. 1626. æt. 41.

109. Balth. Mentzerus, 1565. natus Academia.

Mar-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Marpurg. & Giessensis Professor. Mors. Anno Christi.

110. Jacobus Martini Academ. Viteberg. Profess.

111. Jacobus Rehingius, Patricius Augustanus, celebris primum Jesuita,& seductor Palatini Neoburgici; deinde abjectâ Pontificia Religione Euangelicam amplexus, Theologus Tubingensis. 6. Jan. 1627. æt. 61. Marpur.

112. Jacobus Reineccius, Pastor Hamburg. 1628

113. Josias Stegmannus, Acad. Rintel. Professor.

114. Paulus Tarnovius, Profes. Rostochiens.

115. Johan. Tarnovius Academ. Rostoch. Professor Pauli ex fratre Nepos. 1623

116. Johan. Tungerlarius, Pastor Ziecherrensis, in Neo-Marchia.

117. Johan. Winckelmannus Concionator, primum aulicus Cassellanus, deinde Professor Marpurgensis & Giessensis. 3. Aug. 1626. æt. 75. Giess.

118. Nicolaus Hunnius, Ægidii Theologi Viteberg. Filius, Profes. primo Viteberg. post Lubecens. Superint.

119. Lucas Osiander, alter Lucæ Theologi Filius, Professor Tubingensis.

120. Lucas Bacmeisterus, Lucę Theologi Rostoch. Filius, Superintendens Gustroviæ.

121. Polycarpus Lyserus, Polycarpi Theologi Viteb. Filius, Lipsiensis superintendens.

122. Vilhelmus Lyserus, Polycarpi alter Filius, Professor Vitebergens.

123. Georg. Calixtus, Helmstadiensis Acad. Prof.

124. Joh. Hulsemannus Theol. Doctor, Professor, & Ecclesiastes Vitebergens., post Lipsiensis.

125. Joh. Bothsaccus, Theol. D. & Pastor Ecclesiæ Parochialis Marianæ apud Dantiscanos.

126. Abrahamus Calovius, Th. D. & Profess., Gymnasiique Rector apud Dantiscan.

127. Levinus Pouchenius, Theol. & Profes. in Academ. Regiomontanâ.

128. Mich-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

128. Michaël Behmius, Th. D. & Profes. ibid. Mors. Anno Christi.

129. Christianus Drejerus, Theol. Doct. & Professor ibid.

130. VALERIUS HERBERGEUS, natus Fraustadii in Major. Polon., ibidem Ecclesiastes, doctus, disertus, facetus. Postillæ in Euang. Dominical. Concionum Funebr. & Magnal. Dei, &c. Scriptor.

131. Johan. Mochingerus, ędis Catharinæ Pastor, & Professor Eloquentiæ in Gymnasio Dantiscano.

122. PETRUS ZIMMERMANNUS, natus Torunii Borussorum, 1600. Patre Joh. Burgravio Civitatis Torunens., viro literato; è Patria Scholâ traditus Ostrorogum ad pedes Gamaliëlis, Martini Gratiani Senioris: ubi in Sacris Concionibus sese exercuit: inde Academias Francofurt., Franequeran, Lugduno-Batav. &c. Angliam & Galliam lustravit. Linguarum, præter Germanicam & Polonicam, quæ ei vernaculæ, Latinæ, Græcæ, Hebrææ, peritus. Senior Ministerii Torunensis, & Rector Gymnasii, atquè Profess. Theolog.

133. M. Balthasar Voidius, Senior Ministerii Elbingensis.

134. M. Johan. Jacobus Cramerus, Danielis Theologi Stetinensis Filius, Pastor Dantiscanus ad ædem Divi Johan. &c.

Theologi & Ministri Ecclesiarum Helveticæ Confessionis, vulgò REFORMATI *dicti.*

1516 1. Huldricus Zuinglius Helvetius, natus in pago Wildeham, 1487. al. 1484. 1483. Cal. Jan. primâ adolescentiâ studiorum Basileæ primùm, deinde Bernæ, tùm Viennæ in Austriâ peractâ, Magister artium & Philosophię ab Academia pronuntiatus Basileę 1506. Sacerdos factus primum in loco, qui vocatur Glaris, Latinè Glarona, aliis Clarona, ex S. Scripturæ fonti-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. bus doctrinam haustam, æternum Euangelium prædicavit, Anno 1516, cum Lutheri nomen in istis locis nec dum fuisset auditum: jam anteà puriorem de Justificatione sententiam à Thoma Wittenbachio Bielensi Theologo, Professore Basiliensi, Præceptore suo A. 1505 rectè edoctus; ex cujus Disputatione publicâ etiam didicerat, Indulgentias nihil esse, quàm fucum & dolum. Pastor dein electus in celebri illo Eremitanæ Virginis fano. Demum Tigurinæ Ecclesiæ Doctor & Antistes constitutus, Cal. Jan. A. 1519. primam Concionem habuit, & Euangelium secundum Euangelium enarrare, hoc est, beneficium Redemptionis nostræ in unico Christo demonstrare cæpit, magno cum Auditorum solatio. Primus in Helvetia, Pontificum Indulgentiis fortiter sese opposuit. Religionem Euangelicam instauravit: multis in Religione libris scriptis, Colloquio ob Eucharistiæ negotium, publico cum Theologis, Marpurgi A. 1529. habito; bello tandem Helvetico Civili, in Castris Ministerio fungens sacro, cæsus ab hostibus fortiter occubuit. Ultima ejus, lethaliter in pugna vulnerati, vox fuit. *Ecquid hoc infortunii? Age, corpus quidem occidere, non animam possunt.*

Mors. Anno Christi. 11. Oct. 1531. æt. 44.

2. Joannes Oecolampadius, vernaculâ Haußschein, Winspergæ Oppido Cheruscorum, 1482. natus. Opt. Art. Baccalaureus, mox & Magister Heidelbergę factus. Jurisprudentiæ primum operam dare cæpit Bononiæ in Italia: reversus deinde in Germaniam, Joh. Capnione Reuchlino usus doctore in Academ. Tubing. Trium linguarum peritissimus, Professione Theologus esse maluit quàm Jurisconsultus. Patriæ primò Ecclesiastes, dein Basileæ, ubi Doctor Theol. renunciatus, 1516. æt. 34. post Augustæ Vindelicorum: multum hinc inde variis jactatus casibus, primus tandem Euangelicæ doctrinæ author, professor, & summi constitu-

Vita & Ordinario Anno Christi circiter. tutus Templi Basiliensis verus Episcopus, ut doctrinæ sic vitæ sanctimoniâ colendissimus; fidus gregis sui Pastor & Pater: totius anni decursu valetudine nunquam firmâ, anthrace correptus, placidè obdormivit. Postrema ejus oratio, quam clarè lingua anhelâ expressit, pro peccatorum remissione, illa fuit Davidis precatio LI. Psalmo comprehensa: quam integram à principio ad finem, ductis ab imo pectore piis gemitibus, palàm omnibus recitavit. Paululum deinde intercessit moræ, & velut respiratio, cum rursus tanquam expergefactus, orationemquè redintegrans. *Salva me Christe Iesu*, inquit. Et hæc vox fuit ultima. Subsequutus est suum Zuinglium, non multis post septimanis: inter quos tanta fuit animorum conjunctio, ut amicitia sanctior certiorquè, quam vera conciliârat pietas, vix inter ullos unquam fuerit.

Mors. Anno Christi. 1. Dec. 1531. æt. 49.

3. Simon Grynæus, Veringæ Sueviæ oppido natus, 1493. Melanchtonis in Schola Portæ Hercinjæ condiscipulus, Philosophiæ Magister Viennæ Austriæ nuncupatus. Spiræ, sub Conventum Imperii Religionis causâ, divinitus è periculo, per Fabrum Constantiensem Sacerdotem structo, liberatus: vir laude & memoriâ, ob linguæ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ peritiam, omnisquè Philosophiæ cognitionem, & Theologiæ veræ scientiam ac usum, dignissimus: quas ipse doctrinas passim in Academiis, Viennæ, Vitebergæ, Heidelbergę, Basileæ, multis annis publicè privatimquè professus est. Obiit Basileæ ex peste.

4. Bertholdus Hallerus, Helvetius, 1492. natus, præter cæteras Germaniæ Academias, Coloniæ Agrippinæ imprimis dedit operam literis, primâ Theologiæ laureâ ibidem ornatus: in Patriam reversus, Bernæ primò Canonicus, deinde Concionator electus; primus Euangelicæ doctrinæ in Patria amplectendæ suasor & persuasor, cum Huldrico Zuinglio Collega. 1. Aug. 1541. æt. 48.

 Mi-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Migravit ex hâc vitâ, magno sui desiderio omnibus relicto. Mors. Anno Christi

5. Johannes Schwebelius, Phorzhemii, 1490. natus, Bipontinæ Ecclesiæ Reformator, Latinæ Græcæ, Hebraicæ linguæ peritus. 25 Maj. 1536. æt. 44.

6. Andreas Bodenstein Carolostadius, à Patriâ nominatus, Doctor & Professor Theol. Vitembergæ constitutus, ibidem Canonicus & Archidiaconus, Lutherum Doctorem Theologiæ renunciavit, 1512. deinde, inter primos fuit Vitebergæ, qui Lutheri doctrinæ adstipularetur. Luthero in Pathmo delitescente, privatam Vitebergæ missam abrogavit, ejecit è Templis imagines, sustulit auricularem Confessionem, discrimina ciborum, Invocationem sanctorum, symbola sacra Cœnæ Laicis in manus dedit, aliosqué ritus mutavit. Sed hæc reversus Lutherus, se absente gesta Concionibus aliquot habitis, plæraqué improbavit, quasi non ordine legitimo facta. Hinc utriusqué dissensio, quæ in bellum Sacramentarium posteà erupit. Tandem Tiguri, & Basileæ, in Templo & in Scholâ sacras literas docuit. 19 Maj. 1540. æt. 50. 25 Dec. 1541.

7. Wolfgangus Fabricius Capito, Medicinæ post Theologiæ Doctor, Basileæ docendo disputandoqué prima Ecclesiæ Euangelicæ fundamenta posuit. Fit Concionator, qui Euangelio clam impensè favebat, & Consiliarius Archiep. Moguntini. Doctor etiam Juris creatur. Ordini Equestri adscribitur à Carolo V. Imper. 1523. Verùm hæc & alia nihil moratus, cum videret se id, quod volebat, adsequi apud Moguntinum non posse, relictâ Moguntiâ, Argentoratum concedit, ibiqué docet Euangelium: tum Hagenoæ, Alsatiæ oppido, in Patria. 1541. æt. 63.

8. Leo Judæ, Tigurinæ Ecclesiæ Pastorum & Ministorum non postremus. Paulò ante obitum, Deo gratias egit, pro omnibus in se collatis beneficiis eidem- 19. July 1542. æt. 60.

qué

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter, quê cum affectu ardentissimo, Ecclesiam Tigurinam, Domesticosquê suos, mox orphanos futuros, commendavit. Mors. Anno Christi.

9. Paulus Constantinus Phrygio, Pastor Ecclesiæ Basiliensis & Tubingensis. 1. Aug. 1543

10. Paulus Fagius Palatinus, Tabernis Rhenanis natus A. 1504. linguæ Hebraicæ peritissimus, Isnæ primùm moderator scholæ, dein Pastor factus Ecclesiæ. Argentinam evocatus, & in eâ (priùs tamen Constantiâ urbe reformatâ per biennium,) tùm Pastoris, tùm Doctoris egregrie munus sustinens, 1544. tandem in Angliam abreptus cum Bucero Collega, Cantabrigiâ vix salutatâ mortuus. 13. Nov. 1550 æt. 45.

11. Martinus Bucerus, Selestadii Alsatiæ oppido natus, 1491. post vicennium integrum, quo Argentinæ sacras literas in Ecclesiâ & Scholâ docuit, in Angliam profectus, Edvardo VI. Rege vocante, Cantabrigiæ in Academia Theologiam circiter biennium professus, inter pia vota, animam Deo reddidit. 27. Febr. 1551 æt. 61.

12. Casparus Hedio, Theologus primò Moguntinus, deinde Argentinensis. 17. Oct. 1552.

13. Sebastianus Munsterus, Theol. & Hebreæ linguæ Professor in Academ. Basiliensi. 52. 15. æt. 63.

14. Conradus Pellicanus, veritate Euangelicæ doctrinæ cognitâ, linguæ præsertim Hebræę solidam adeptus cognitionem, Sacrarum literarum Basileæ primùm, deinde Tiguri Professor. 5. A. 1556. æt. 78.

15. Martinus Frechtus, Theol. Heidel. & Tubingensis. 14. Sept.

16. Conradus Lycosthenes Rubeacensis Alsatus, Theologiæ Professor in Schola & Ecclesia Basiliensi, Philologus & Historicus. 25. Martii. 1561. æt. 43.

17. Petrus Martyr Vermilius, Florentiæ Urbe Italiæ natus, 1500. Patavii totius Philosophiæ & linguę Græcæ, Bononiæ etiam Hebrææ adeptus noticiam.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Sancti Augustini Canonicorum Ordini primum addictus in Cœnobio Fesulano: Concionator in Italiâ celebris! cælesti irradiatus luce, prima Neapoli, ac dein Lucę instaurandi Euangelii Christi fundamenta jecit: mox Romæ ustulandus, amicorum suasu, ingratæ Patriæ valedicens, Tigurum primò, inde Basileam, post Argentinam, procurante Mart. Bucero, vocatus: quin & cum eodem in Angliam, ab Edwardo VI. Rege evocatus Oxonium, ad profitendum sacras literas: sed Marianis mox sequtis temporibus iterum cedens Angliâ, Argentinæ in pristinum locum restitutus, Tigurum tandem senectæ suæ portum sortitus optatum. Mors. Anno Christi. 12 Nov. 1562. æt. 63.

18. Wolfgangus Musculus, Argentinæ ac deinde Augustæ Vindelic. Pastor, tandem Bernæ sacrarum literarum Doctoris in Schola functus munere. 1. Feb. 1564. æt. 53.

19. Andræas Gerardus Hyperius, Hyperis Oppido Flandriæ natus, 1511. Patre cognomine Andreâ apud Hyperas Juris consulto. Professor Ecclesiæ & Scholæ Marpurgi, A. 1542. 30. Aug 1563. æt. 66.

20. Johan. Calvinus, Novioduni Veromanduorum oppido natus, A. 1509. Lutetiæ primum Philosophię, dein Aurelię & Biturigis Jurisprudentiæ simul ac Theologiæ excultus studiis. Basileæ totus Hebraicis addictus literis. Italiâ dehinc à limine salutatâ, Patriæ valedicens Gallię in Germaniam per Allobroges regressus. Genevę, præter spem ac votum, non modò Concionator, sed & Sacrarum Doctor literarum, à S.P.Q.G. delectus 1536. quâ in Urbe, puriorem juxtà Euangelium Christi Religionem ac disciplinam, idolomaniæ jugo liberatam, cum Guil. Farello, & Petro Vireto, primus constituit, infinitis cum difficultatibus: ob quas deinceps Urbe aliquantisper excedens, Argentinæ interim Gallicanam erexit Ecclesiam: restitutus demum Genevæ, summâ omnium voluntate, denuò instauratam Ecclesiam ac constabilitam, totos annos 23. con-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 23. continuos gubernavit, Libris permultis clarissimus. Obiit ex phtisi, vigiliis & jejuniis immodicis contractâ. Mors. Anno Christi. 27. May. 1564 æt. 55.

21. Thomas Grynæus, Symonis Grynæi ex Fratre Nepos, in Oppido Sueviæ Veringâ natus, 1512. Puer ubi prima literarum rudimenta in Patria percepit, à Patruo Simone Grynæo Heidelbergam evocatus, necdum ephebus; cujus ductu in linguarum & artium studia gnaviter incubuit, eruditionemqué mediocrem sibi comparavit. Anno deinde undetrigesimo eundem suum Patruum, Basileam accersitum, ipse comitatus, convictuqué ejus domestico usus, privatim Discipulis quibusdam Patrui prælegit, sequé ipsum, ut fit, alios docendo docuit. Inde à Republ. Bernensi Juvenis expetitus, Latinam Græcamqué linguam aliis tradidit, Alumnosqué illius Urbis, omni genere & literarum & virtutum perpolivit. Exactis eo in officio annis undecim, Basileam repetiit, factus ibi Professor, 1547. post Ecclesiæ Rôtelensis, unico milliari Basileâ distantis Pastor, octennio nondum elapso peste extinctus est. Reliquit Filios quatuor, omnes literis eximiè excultos, Theophilum, Simonem, Joannem Jacobum, & Tobiam: de quibus Joannes Jacobus S. Theol. Doctor, Patri in functione Ecclesiasticâ successit. Ita hic Pater in liberis revixit; vivitqué tum Spiritu apud Deum, Eccl. 12, 9. tum memoriâ apud bonos benedictâ. Prov. 10. 7. 2. Aug. 1564. æt. 52.

22. Martinus Borrhaus aliàs Cellarius, Basileæ docuit Rhetorica, & Theologica. 11. Oct. æt. 65

23. Theodorus Bibliander Helvetius, Sacrarum literarum Professor Tiguri, valdè senex, & jam rude donatus, peste populariter grassante, extinguitur.

24. Guilelmus Farellus, in Delphinatu familiâ Nobili, 1489. natus, publicè inter primos Galliç Euangelicam doctrinam professus, Basileæ cum Theologis 26. Nov. eod.

ami-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. amicitiam contrahit Zuinglio, Oecolampadio, Hallero, 1524. in monte Bellicardi Euangelium Christi aliquandiu docet, & alibi. Genevensem Ecclesiam, cum Petro Vireto reformat, & Calvinum ibidem detinet: deinde Metim venit Anno 1541. & ibi docet. Digressus inde Novocomi sedem figit. Mors. Anno Christi. 13Sep. 1565. æt. 76.

25. Wigandus Orthius Wetteræ, inter Marpurgum & Francobergam oppido, natus, artium ac linguarum, maximè Hebrææ, fundamenta jecit in Academia Marpurgensi, post ibidem Th. D. & Prof. 28.Ap. 1566. æt. 29.

26. Ambrosius Blaurerus, Constantiæ Nobili natus familiâ, 1492. ibidem Euangelium docuit. 1567. æt. 75.

27. Victorinus Strigelius, Ivonis Strigelii Medicinæ Doctoris Filius, Lutheri & Melanchtonis Vitebergæ auditor, Theologiam Jenæ docet, deinde Lipsiæ, tandem Heidelbergæ. 26Jun. 1569. æt. 45.

28. Paulus Eberus, Kittingæ Franciæ oppido natus, 1511. Professor Philosoph. & Theologiæ in Acad. Viteberg. Pastor præterea Ecclesiæ. Micrælius in Syntagm. Eccles. accenset eum Crypto (ut vocat) Calvinianis & scribit, consensisse eum cum iis qui Philippi autoritate ducti, de S. Cæna & omnipræsentia carnis Christi, à Luthero nonnihil dissentientis, in Reformatorum castra occultè transierunt. 10Dec. eod. æt 59.

29. Petrus Viretus, Orbæ ditionis Bernensis oppido natus, Lutetiæ Parisiorum literis operam dedit, Lausannensi in Ecclesia docuit, Genevensi Ecclesiæ subservivit, Lausannam rediit, inde Lugdunum Gallorum, tandem Ortesium Navarræ. 1571. æt. 60.

30. Cunmannus Flinschbachius, Tabernis montanis, inferioris Alsatiæ oppido natus, 1527. Latinæ, Græcæ & Hebraicæ linguæ peritus, Concionator Bipontinus & Superintendens. 11.Sep 1571. æt. 44.

31. Benedictus Aretius Bernensis, Professor Logices in Acad. Marpurg. Theol. deinde Prof. in Bernensi Scholâ. 22Ap. 1574.

32. Ge-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

32. Georgius Major Noribergensis, Lutheri ac Melanchtonis Vitebergæ discipulus., Rector Scholæ Magdeburg. deinde Islebiæ Pastor & superint, tum Vitebergæ Professor Academiæ, & Ecclesiastes in Templo arci contiguo. 28. Nov. eod. æt. 73.

33. Henricus Bullingerus Helvetius, Tiguri Pastor & Antistes Ecclesiæ, in locum Zuinglii suffectus. In agone precatus est Psalmum 61. 16. 42. Orationem Dominicam, & alias preces. 17. Sept. 1575 æt. 71.

34. Josias simlerus Helvetius, Petri Pastoris Ecclesiæ Filius, Theologiæ in Scholâ Tigurinâ Professor, morbis cum sævissimis, calculo & podagrâ conflictatus, ad meliorem vitam abiit. 2. Julii. 1576. æt. 46.

35. Joh. Wolfius Collega Simleri, Theol. Professor, mortuus Tiguri in Patria. 17 Nov. 1572 æt. 50.

36. Nicolaus Rhodingus, Marpurgensis Pastor, & Professor: linguas Theologo necessarias ità calluit, ut Hebræam mediocriter gustarit, Græcam familiariter nôrit. 23. Sept. 1580 æt. 51.

37. Immanuel Tremellius natus in Italia Ferrariç Patre Judæo, linguę Hebræę peritissimus, ejusdem Heidelbergæ Professor, vertit Biblia, cum Francisco Junio. 3. Oct 1580.

38. Petrus Boquinus, Argentorati docuit, tùm in Biturigibus apud Gallos, denuò Argentorati, Heidelbergæ, tandem Lausannæ Verbi Dei Minister. 1582

39. Zacharias Ursinus Uratislaviensis Silesius, Rector Scholæ Uratislaviensis, Professor Theolog. in Academia Heidelbergensi. Reliquit unicum Filium Joannem, Ecclesiæ deinde Ministrum, paternæqué virtutis hæredem. 6. Mar 1583. æt. 49.

40. Abrahamus Bucholcerus, in Ditione Electoris Saxonici, in pago Schonau propè Damam, quę sex milliarium spacio Vitebergâ distat, antiquo & nobili genere, 28. Septemb. 1529. natus, missus ad Academias, Francofurtum ad Viadrum, deinde Vitebergam,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Melanchtonis Discipulus & imitator, Græca & Hebr. Mort. didicit, juxtà disciplinas alias. Rector Scholæ Grünbergensis in Silesia, Pastor Ecclesiæ Sprottaviensis, & Freistadiensis, facundus, humilis, candidus, pacis studiosus, à rixis Theologorum alienus. Hinc illa vox ejus. *Desii disputare, cæpi supputare; quoniam illud dissipationem, hoc collectionem significat.* Indicis Chronologici, &c. Autor. Anno Christi. 14 Junii 1584. æt. 55.

41. Fridericus Widebramus, Rector Scholæ Servestanæ, post Isenacensis, tum Professor Academiæ Jenensis, Pastor Ecclesiæ Vitteberg. & Doctor Theol., inde ob puriorem de Cœna Domini sententiam, cum aliis dimissus. 2. Maj. 1585. æt. 53.

42. Ludovicus Lavaterus Tigurinus, Patriæ Ecclesiæ & Scholæ Minister fidelis. 15 Julii. 1586.

43. Rudolphus Gualterus Tigurinus, Poëta ac Orator, Pastor & Antistes Ecclesiæ Tigurinæ. 25. N. eod. æt. 67.

44. Rudolphus Gualterus, Rudolphi Filius, Ecclesiæ itidem Tigurinæ Minister. 8. Febr. 1577. æt 25.

45. Johannes Holmannus, secundus, Stadenæ natus, Filius Johannis Holmanni primi, Stadenæ Ecclesiæ Euangelici primi Ministri; Pastor ibidem, dein Profes. Theolog. in Acad. Lugduno-Batavâ. 26. Dec 1586. æt. 63.

46. Johannes Holmannus tertius, Johannis Holmanni secundi Filius, Stadenæ simul cum Patre Verbi divini Minister, moritur in ipso ætatis flore.

47. Caspar Olevianus Trevirensis, tristissimæ Hermanni Ludovici Electoris Palatini Friderici III. Filii, nec non ejusdem Ephori, & quorundam studiosorum Nobilium, in Ligeri ad urbem Biturigum submersionis, cùm illum Principis trajectum frustrà dissuaderet, ad ripam spectator, auxilium periclitantibus laturus, præsentissimo vitę discrimine divinitùs liberatus, facto voto ante evasionem. Theologiam cum Juris inchoato studio conjunxit, post totum se Theologiæ dedidit, Ge-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. Genevam profectus, exinde Tigurum divertens, Treviros reversus docuit in Schola Dialecticam Melanchtonis & alias artes, tum in nosodochio Conciones sacras habuit, ideò cum præcipuis Auditoribus in Curia captivus detentus, dimissione impetratâ, Heidelbergam abductus 1560. docuit in Collegio sapientiæ, Doctor & Professor Theologiæ in Academia constitutus, Pastor ibidem Ecclesiæ: tandem Herbornæ, & in Ecclesia & in Scholâ recens apertâ, idem officium sustinuit. Piè & placidè in Domino obdormivit. Mors. Anno Christi. 15. Martii. 1587. æt. 51.

48. Georgius Sohnius, Professor Theol. & Hebr. linguæ in Academ. Marpurg. post Heidelbergę Collegio Sapientiæ Præfectus & Professor declaratus. 23. April. 1589. æt. 38.

49. Henricus Mollerus, Joachimi Senioris Senatoris Reipubl. Hamburg. Filius, Joachimi J. U. D. Frater, Theologus celebris, natus Hamburgi 12. April. A. 1530. ob Religionem Reformatam Vitebergâ, cum aliis dimissus. 26. Nov. 1589 æt. 59. Hamburgi.

50. Hieronymus Zanchius Italus, Argentorati docuit sacras literas, & extrà ordinem etiam aliquando Aristotelis Philosophica: deinde Clavennensis in foribus Italiæ, sub ditione Rhetorum Ecclesiæ Pastor, tum Doctor & Professor Theologiæ, in Acad. Heidelbergensi, inde in Scholâ Neostadiana. 19 Nov. 1590 æt. 75. Heidelb.

51. Joh. Pincierus Wetteranus, Theologus. 21. Jan. 1591. æt. 68. Norimb.

52. Antonius Sadeel, illustri & antiquâ Chandæorum gente ortus, Lausannæ in Schola Ecclesiastę partes implevit, hinc Genevæ Ordinario Pastoris munere per annos plures functus. 13. Febr. 1591 æt. 57.

53. Lucas Trelcatius, Theologus Lugduno-Batavus, Pastor & Professor. 12. Sept. 1607 æt. 34.

54. Lambertus Danæus, Aurelianensis Gallus, Minister Ecclesiæ Genevensis, Professor Theol. in Acad. Lugduno-Batava, inde Gandavi, tandem in Academia Orthesiana, Hispaniæ vicina, in Regno Navarræ. 1596. æt. circ. 66.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

55. Joan. Conradus Ulmerus, scaphusiensis Helvetius, in Patria Verbi Divini Minister.

56. Christophorus Pezelius, Theologus Bremensis, 5. Mart., 1539. natus. 7 Aug. 1600. æt. 81.

57. Caspar Cruciger, Casparis Theol. Viteberg. Filius, Theologus doctissimus, obiit Cassellis in Hassia. 16. April. 1597. æt. 72.

58. Daniel Tossanus, Petri Mompelgartensis Ecclesiæ Pastoris Filius, Ecclesiæ Aurelianensis Minister, in Gallia, è multis variisqué periculis liberatus, Heidelbergam vocatus, Electori Friderico III. à sacris Concionibus esse cæpit, quo mortuo Neostadii in Ecclesia & Scholâ docuit; iterum revocatus Heidelbergam, Doctor & Professor Theolog. in Academiâ, Pastor in Ecclesiâ. 11. Jan. 1602. æt. 61.

59. Franciscus Junius Biturix, familia Nobili, natus ipsis Cal. Maj. 1545. Theologus Lugduno-Batav. 13 Oct. 1602. æt. 57.

60. Theodorus Beza, Vezeliis, Vetusto Heduorum oppido, genere Nobili natus, 1519. Græcæ linguæ in Acad. Lausannensi Prof., Sacra etiam docuit. Legatus à Parisiensibus Euangelicis, pressis ob Religionem, 1557. in Germaniam cum aliis Melanchtonem compellavit: digressus Lausannâ, Genevæ cum Calvino vixit & docuit, Minister factus Ecclesiæ, & Scholæ primus Rector. 13 Oct. 1605. æt. 87.

61. Wolfgangus Amlingus, Rector Scholæ Servestanæ, post Ecclesiæ Pastor & superintendens. Morituri post varias precationes, voces ejus ultimæ fuerunt istæ, ad Filium sibi cognominem. JC. *hodiernâ die* (ait) *Filius Dei me liberabit, & ad se evocabit.* Collegas, officii causâ ad se venientes, hortatus est illo Zachariæ c. 8. v. 19. Tantùm veritatem & pacem deligite. Adductis ad lectulum Nepotulis, exemplo Jacobi, benedixit, iisdem usus verbis. *Angelus, qui eripuit me ab omni malo, benedicat pueris istis animâ & corpore, salvosqué faciat.* Valedixit & Filio, atqué Conjugi ejus, aliisqué præ- 18 May. 1606. æt. 65.

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. præsentibus. Tandem ad Filium. Jam, inquit, sum in agone: veni Jesu, veni: petiitqué ut humi deponeretur: quod simul ac factum, placidè exspiravit. Mors. Anno Christi.

62. Johan. Kuchlinus Wetteranus Hassus, docuit in Scholâ & in Templo Embdæ, deinde Pastor Ecclesiæ Amstelrodami, tandem regens Collegii Theol. Lugduno-Batavi, inter disputandum paralysi correptus, postridiè in Cælestem patriam emigravit. 2. July. 1606. æt. 60.

63. Joan. Guilielmus Stuckius Helvetius, in ditione Tigurinâ 1542. natus. Professor Theol. in Scholâ Tigurina; denatus ibidem. 3. Sept. 1607 æt. 66.

64. Henricus Majus Saxo Sangerhusianus, paterno è nido extrusus & missus Lipsiam studiorum causâ: post Ludi Patrii, tùm Northusani Hypodidascalus. In eâ functione Scholasticâ, mendacio pueri, qui in ludo à congerronibus subselliis allisus, brachium fregerat, & Patris iram metuens, domi cum ejulatu in Magistrum omnem culpam conjecerat; in vitæ periculum incidit. Mox enim homo malè credulus, exitium insonti Magistro minitatus, ad angiportus egressum, quâ Præceptori manè cum lychno, brumæ tempore, in ludum erat eundum, securi armatus expectat, caput illius diminuturus. Sed Dei providentiâ, Præceptor illac tùm deflexit, ictumqué evasit insani Patris: qui Filii mendacio cognito, propositum suum fassus atqué deprecatus fuit. Deinde Minister Euangelii factus, à Sacris Concionibus aulæ Comitum Stolbergensium annos aliquot: hinc Vitebergam vocatus à Christiano I. Elect. 1588. Professor Theolog. & Concionator. Sed mortuo Electore isto dimissus, Heidelbergæ in senatum Ecclesiasticum adscitus est. 28. Sept. æt. 62.

65. Pantaleon Candidus Austriacus, natus A. 1540. die 7. Octobr. Patre Wolfgango Weiss, mortuo 1576. æt. 95. Vitebergæ institutus, Scholæ Bipontinæ Præfectus, mox Ecclesiæ Pastor, & aliarum in eo tractu Inspector. 3. Febr. 16[illegible] æt. 68.

 66. A-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 66. Amandus Polanus, Oppariæ Silesiorum Patre Henrico Polano à Palansdorf syndico illius Reipubl.& Marthâ Cominia, 16. Decemb., 1561. natus, puer liberalium elementa artium in patrio ludo didicit: inde 1577. missus Uratislaviam, Tubingam, Basileam divertit. Quorundam Baronum, ac inprimis Zerotinii Moravi, Genevæ, Heidelbergæ, in Moraviâ, & alibi Ephorus. De voluntate Caroli Senioris L. B. Zerotinii, suasu Grynæi, Doctor Theolog. renunciatus Basileæ 1590. ibidem intrà annos sex Professor. Mors. Anno Christi. 18 Julii 1610. æt. 49.

67. Adrianus Pauli Dantisci Borussorum, 29. Junii, 1548. natus, Patre Adriano, Matre Elisabethâ, Scholę Torunens. Rector, deinde Petro-Paulinæ Dantisci, ejusdem posteà Ecclesiæ Pastor. Reliquit Filios eruditos, Adrianum Medicinæ Doctorem, & Georgium Theolog. Doctorem, Professorem & Pastorem Ecclesię Reformatę apud Dantiscanos. Vitę periodo appropinquante, liberis suis astantibus benedixit, verbis Num. 6. v. 24. 25. 26. posteà prelegi sibi jussit tùm alios scripturæ textus tùm inprimis 2. Timoth. 4. v. 6. 7. 8. Ipse sibi quoqué, de cursu feliciter ad metam ferè perducto, Spiritualis lætitiæ plenus, gratulatus est: & gratiis Deo devotè actis, quod Ministerio ipsius in Ecclesiâ militante clementer uti voluisset, inqué palęstra hâc, spiritu suo se sustentâsset & confirmâsset, se jam jam tendere dixit, ex Ecclesia hâc militante, ad triumphantem: ut eandem justitiæ coronam recipiat; & consociatus Angelicis choris, æternum Deo Allelujah canat. Ultima ejus vox. *Veni Domine Iesu, veni citò!* Apoc. 22. 20. 30 Mar. 1611. æt. 63.

68. Jacobus Kimedoncius Belga, Theolog. & Professor Acad. Heidelb., peste extinctus. 26 Nov. 1596.

69. Quirinus Reuterus, Mosbaco-Palatinus, Theologus & Professor Heidelberg. 22 Martii. 1613 æt. 55.

70. Menso Alting. Theologus Embdanus. 1612.

71. Otho à Grunrad Nobilis, Phil. & Theol. dedit ope- æ. 72.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. operam. Ephorus Friderici IV. Palat. quem in Catechesi instituit, Biblia ei explicuit, Historias sacras enarravit: quæ ad fidei incrementum, ad vitæ integritatem spectarent, inculcavit: in precibus matutinis, vespertinis, ardenter magnâquè animi devotione, ea quæ mens erat meditata, & animus flagrantissimè optaverat, ipse verbis conceptis & ore præivit. Hoc in officio cùm octennii labores exantlâsset, à Principe Præses senatus Ecclesiastici declaratus, reformationem Ecclesiarum juvit. Mors. Anno Christi. 14. Apr æt. 68

72. Petrus Titus, 21. Febr. 1542. Freistadii Siles. natus, Theol. & Pastor Bethaniens. Siles. m. Jan. 1613. æt. 71.

73. Bartholomæus Pitiscus, in pago Schlauna propè Grunbergam Silesiorum, 1561. natus, ostendit ex casa etiam virum magnum prodire posse. Seneca Epist. 66. Pastor aulæ Palatinæ Heidelberg. Mathematum apprimè gnarus. 27. Julii. æt. 52

74. Conradus Graserus, Francus, Pastor Ecclesiæ & Professor linguæ Hebrææ atquè Historiarum in Gymnasio Torunens. Borussorum. 30. Dec. æt. 56.

75. Urbanus Pierius, Theologus Bremensis. 12. Maj. 1616 æt. 70.

76. Antonius Fayus, Theologus Genevensis senex. m. Aug. 1616

77. Bartholomæus Coppenius Rostochiensis, linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ optimè gnarus, Doctor & Professor Theol. Heidelbergens. 23. Maj. 1617 æt. 52.

78. Joan. Jacobus Grynæus Bernensis Helvetius, Frater Theophili, Simonis & Tobiæ, virorum eruditorum; Filius Thomæ Theologi Basil., post Pastoris Rætelensis: Nepos Johannis Philosophi ac Theologi. Pronepos Jacobi Grynæi Veringani in Suevia incolæ, sacro Ministerio initiatus, Doctor Theologiæ, Rætelæ parenti in officio Pastorali suffectus, Professor Basileæ, tum Heidelbergæ, iterum Basileæ, 1585. Pastor Ecclesiæ, & Profess. Acad. 30. Aug. æt. 77.

79. David Pareus Francosteini regiâ Silesiæ Superioris

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

rioris Civitate, 30. Decemb. 1548. Patre Johanne Wænglero Scabinatus assessore, Matre Magdalenâ Franckiâ, natus. Sed gentilitium nomen, à Præceptore Hirschbergæ, translatum fuit in Græcum, ἀπὸ τῆς παρειᾶς, quod Latinis notat genam sivè maxillam, Germanis Wange. Hinc ὁ Παρεῦος, Pareus dictus: quæ immutatio ipsi grata accidit, retenta judicio Zacharię Ursini Pręceptoris ejus Heidelberg. Pictorię artis, quâdam naturæ inclinatione, apprimè peritus. Necessariis ad Theologiam præsidiis linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, cæterarumqué artium, imbutus, demum & ad Theologiam animum adjecit. Pastor primò ab Anno 1571. in aliquot Ecclesiis Palatinatus: deinde Theol. Doctor & Profes. Acad. Heidelberg. primarius. Insomnium ἀξιομνημόνευτον, quod ipsi Cal. April. 1618. accidit, tale in suo Chronico domestico descripsit. *Vidi* inquit, *Heidelbergam totam occulto incendio undiquaqué fumigantem. Arcem verò Electoralem flammis sævissimis conflagrantem. O Deus clementissime*, ingeminabat posteà, *averte sinistrum omen, & serva Sareptam tuam à vastatione hostium foris & intus.* Postquàm verò Anno 1620. mense Augusto, hostis Hispanus infesto agmine militum invasit Palatinatum, 15. Sept. 1621. Heidelbergæ nolens volens valedixit, & in Patmum, Anviliam Oppidulum Bipontinatus Palatini, sextum post diem pervenit. Ubi piis precibus, gemitibus & suspiriis florentissimi nuper Palatinatus horribilem vastitatem planxit cum Psalte, Psal. 80. v.6.7.9. ad. 16., subindequé post cænam, tempore brumali, clarâ & modulatâ voce, hanc cygneam suam cantionem (CUSTODEM suum nominare solebat) ad focum solus accinuit, ex Cantionali Bohem. Fratrum O Wächter wach / vndt bewahr deine Sinnen / etc. sub litera H. XI. p. 302. Ibidem extremus ipsi labor fuit, in poliendo Corpore doctrinæ, à Zacharia Ursino collecto: idque tanto Zelo, ut itentidem in hæc

Mors. Anno Christi.

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter.

hæc verba proruperit: nolle se mori, priusquam ad umbilicum perduxisset hanc limam. Fine autem imposito operi, lætus exclamavit: *Nunc domine, sine abire servum tuum in pace: quia quod volui, feci.* Inde Neapolim Nemetum transiit: & paulò post 15 Maj. 1622. cum desiderio, Heidelbergam salvus, & quasi redivivus rediit, non sine amicorum congratulationibus. Quo ipso tempore Rex Fridericus Princeps Elector, è persequtione redux, de cælo quasi restitutus fuit; & Sacramentum Cænæ Domini, cum Pareo & universo cætu fidelium Heidelbergæ 9. Junii, Festo Pentecostes in Templo Spiritus S. usurpavit. Atque Pareus ità ex voto suo placidè in Domino obdormivit: tumulatus ad Divi Petri, in Sacello Academiæ, Fratrem habuit Gallum Pareum, Salecii Evangelistam & vicinę Diœceseos Episcopum sivè Inspectorem. Reliquit filium, Johan. Philippum, Rectorem Scholæ primò Neapoli Nemetum, deinde Gymnasii Hanovici, & Nepotem ex filio Philippo, Danielem, viros doctissimos.

Mors. Anno Christi.

15. July. 1622 æt 74.

80. Martinus Lydius Lubecensiis, ex Acad. Tubing. Heidelbergam venit; inde 1576 in Belgium translatus est, & Theologiam docuit in Academia Frisiorum Franekerana.

81. Abrahamus Scultetus Grunbergæ Silesiorum, 24. Aug. 1566. natus, è Patriâ studiorum causâ, contulit se mense Junio, 1582. Uratislaviam; mox ob Patriam incendio conflagratam, domum vocatus, mechanicorum ordini tradendus, 26. Julii Freistadium, vicinum oppidum, ad continuanda studia ivit, Pædagogiam nactus, ibi fidis usus Præceptoribus. Abrah. Bucholceri Concionatoris Freistad. suavissimi, admirator imprimis fuit, & post felix imitator. Inde ad celebrem Scholam Gorlicensem in Lusatia, 1585. transiit sub Rectore Laurentio Ludovico: post Academiam Viteberg. 1588. æt. 22, salutavit, tùm publicè alios au-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. diendo, tum privatim alios docendo, in Collegiis, Mors. Anno Christi.
Physico, Ethico, Theologico, domi suæ celebratis, multum profecit. Heidelbergam A. 1590. venit, insignium Theologorum per triennium auditor, aliorum Juvenum privatus, in Logicis & Oratoriis, Ethicis & Sphæricis informator. Ministerio Sacro, mense Sept. 1594. consecratus, â Concionibus aulæ Friderici IV. Electoris Palatini, adjunctus Barthol. Pitisco 1595. Pastor Ecclesiæ Franciscanæ in urbe 1598. Aulicus ordinarius Concionator, 1614. Doctor & Profess. Theol. in Acad. Heidelberg. 1618. Fridericum V. Electorem Palatinum Regem Bohem. 1619. comitatus in Bohem. eo profligato Heidelbergam reversus 1621. mox Exul Brettæ Oppido Palatinatus, tum Schorndorfii, in Ducatu Wurtemberg. hinc Embdam vocatus ad Ecclesiæ Ministerium, ipsis Kal. Oct. 1622. venit. Ad mortem maturè sese præparavit, ultimis verbis & sententiis præcipuorum virorum ex Autoribus & vitis Theologorum Germanorum, diligenter annotatis: sicque placidè exspiravit, postquam 58. annos, & menses duos vixisset: eâ planè ætate, de quâ sæpius ante annos aliquot dicere solebat: *Inter 50 & 60 annos bonum est mori.* 24 Oct. 1624. æt. 59.

82. Christoph. Guntermannus S. Theol. Doctor, & Ecclesiæ Neapolitanæ veteranus Præsul, carceribus, exiliis, & persequutionibus Flacianorum in Saxoniâ miserè attritus. In Jan. 1622.

83. Joh. Piscator, Professor S. Theol. in Illustri Nassovica Herbonensi: natus Argentinæ 27. Martii 1546. denatus Hervornæ. 26 July 1625. æt. 80.

84. Sibrandus Lubertus, Doct. & Profess. Theol. in Acad. Frisiorum Franekerana. 11 Jan. 1625. æt. 69.

85. Petrus Weberus, Neurodensis Silesius. Primarius Ecclesiæ Heidelberg. ad Spiritum S. Pastor, qui fidiculis & tormentis cacularum, in Urbis direptione, 26 Jun. 1628.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ne, miserè subjectus atque cruciatus, in exilio, in verâ Domini invocatione, ad æterna gaudia receptus est, sepultus Hanoviæ. Mors. Anno Christi.

86. Balthasar Lydius, Martini Filius, Palatinus, Ecclesiastes Dordechtanus.

87. Paulus Tossanus, Danielis Filius, Theolog. Heidelb., natus Argimontii in Gallia, 27. Sept. 1572.

88. Gregorius Richterus, Theolog. & Pastor Gorlicensis in Lusatia.

89. Christophorus Pelargus Silesius, Doctor & Profess. Theol. in Acad. Francofurtana ad Oderam, Pastor Ecclesiæ ibidem, & Superintendens Marchiæ.

90. Matthias Martinus, Theologus Herborn. deinde Bremensis.

91. Adamus Libigius Sprottaviensis Silesius, Rector Scholæ Bethan. Siles. deinde Professor Theol. ac Pastor ibidem. 1637

92. Festus Hommius, Theol. & Pastor Lugduno-Batavus.

93. Antonius Thysius Doctor & Profess. Theol. in Academia Lugduno-Batavâ.

94. Johan. Henricus Alstedius, Philosophus & Theol. Profes. in Schola Herbornensi, posteà Albæ Juliæ in Transylvania. 1638. æt. 50.

95. Antonius Walæus, natus 3. Oct. 1573. Doctor & Profess. Theol. in Academia Lugduno-Batava. 1639. æt. 63.

96. Guilhelmus Amesius Anglus, Doctor & Profess. Theol. in Acad. Fris. Franeker., in precibus pro Ecclesiâ ardentissimis vitam finiit.

97. Franciscus Gomarus, Theol. Lugd. Batav., deinde Groninganus.

98. Henricus Alting. Doctor & Prof. Theol. olim in Heidelb. post in Acad. Groninganâ. 1644

99. JOHAN. MACOVIUS Polonus, Lobseniæ Maj. Polon. Urbe, honestis & probis Parentibus, Patre

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Samuële, Matre Margaretâ Seclevià, 1588. natus: paulò serius ad studia accessit, à Parentibus Dantiscum missus, in linguæ Latinæ Studio, & in Philosophiæ curriculo, sub Bartholomæo Keckermanno ita profecit, ut inter æquales eruditione, & inprimis disputandi solertiâ præ reliquis celebris fuerit. Ephorus Generos. Sienienſciorum, Pragæ cum Jesuitis; Lublini in Polonia Min. cum Socinianis sæpius disputavit. In Academiis Heidelberg. (unde quum Jesuitæ Barthol. Coppenium ad Colloquium provocâssent, nequé is à Principe veniam eundi impetraret, pro illo Spiram ad Jesuitas profectus est, Veritatis defendendæ causâ.) in Marpurg., Lipsiensi, Vitembergensi, Jenensi, plurimis exercitiis atqué Colloquiis animum acuit, doctrinamqué solidavit. Deniqué. 21. Octob. 1613. in Acad. Frisiorum Franckeranam venit, Doctor Theolog. à Sibr. Lubberto, 8. Martii 1614. renunciatus; mox Professf. extraordinarius 1. Febr. 1615, ordinarius 1616. Philosophus acutissimus, Disputator extemporaneus. Fratres habuit viros doctos; Matthiam Rectorem Scholæ Belzicensis in Min. Polon. Jacobum JC. Syndicum Torunens.; & Samuelem Medic. Doctorem.

Mors. Anno Christi. 24 Julii 1644. æt. 56.

100. Joh. Polyander Theol. Prof. Lugd. Bat.

101. GEORGIUS VECHNERUS Freistad. Silesius, Patre Georgio Pastore Ecclesiæ Freistad. natus. 29. Junii, 1590. Doctor Theol. in Acad. Francofurt. 1618. creatus, Gymnasii Bethaniensis in Silesia Professf. Publicus, Sacro Ministerio 21. Martii 1639. In Unitate Fratrum Bohem. & Maj. Polon. à Martino Orminio Seniore sivè Superintendente Eccles. Maj. Polon. Lesnæ initiatus: tandem Pastor Ecclesiæ Bregensis in Silesia, & vicinarum Ducatus Bregen. Ecclesiarum Superintendens, Gymnasiiqué Ducalis Director, 13. Decemb. 1646. Multos annos pro nomine Christi Exul; vir solidæ eruditionis multæqué lectionis,

24 Dec 1647. æt. 58. Biegæ.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Mors. Anno Christi.

onis, Linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ scientissimus. Scripta ejus extant varia.

102. Andreas Rivetus Sammaxentinus Pictavus, natus Anno 1571. S.Theol.Doctor & Profes.in Acad. Lugd. Batav. Fratrem habet Guilielmum Uerbi Divini Ministrum in Gallia.

103. Ludovicus Crocius Theologus Bremensis.

104. Christianus Becmanus, Theol. Servestæ Anhaltin.

105. Caspar Sibelius, Pastor Ecclesię Daventriensis.

106. Conradus Bergius, Doctor & Profess. Theol. Francof.

107. Joannes Bergius, S. Theol. Doctor, Consiliarius Elect. Brandeburg. & Ecclesiastes Aulicus.

108. Georgius Pauli, Adriani Theologi Filius, S. Theol. Doctor, & Pastor Ecclesiæ apud Dantiscanos.

109. Fridericus Reichelius, S. Theol. Doctot, & in Acad. Francofurtana ad oder. Professor.

CAPUT XIII.

Theologi & Pastores Ecclesiarum in POLONIA, *& Magno Ducatu* LITVANIÆ *Reformatarum, ab Anno* 1500. *ad A.* 50.

1500 1. ADamus quidam Presbyter, Creslai Curosvancii Episcopi Uladislav. procuratione exustus; ideò quòd speciem utramqué Sacramenti Laicis dederit. Obiit autem Episcopus iste, Anno 1503.

1515 2. Bernardus Lublinensis, cujus Epistola ad Simomonem Cracoviensem Bibliopolam, in Catal. Test. Veritatis.

1525 3. Martinus Glossa, Magister Studii Cracoviensis.

4. Joannes Seclucianus.

5. Samuel, Monachus Dominicanus.

1540 6. Joh. Cosminius, vir eruditus & pius, olim Fi-

 liorum

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. liorum Andreæ Comitis à Gorka Castellani Posnan. & Capitanei Maj. Polon. Generalis Præceptor, posteà Theologus, & à Concionibus Sigismundo II. Augusto Regi Polon. 1542. errores Pontificios redarguere, & veritatem Christi docere cœpit. De quo Sarnicius Annal. Pol. in Descripit. Pol. & Litvan. oppidi Gorka. Extat ejus Oratio ad Julium III. Pontificem Rom. pro indicendo Concilio. Mors. Anno Christi.

7. Laurentius Prasnisius Discordia dictus, olim Concionator Sigismundi II. Augusti Regis Polon. 1544. Edidit librum de vera & falsa Pœnitentia, 1559.

8. Felix Cruciger Scebresinus, in Ecclesia Niedzuiedensi, 1546. De quo inferius Cap. xiv.

9. Jacobus Silvius, in Ecclesia Chrzencicensi, A. 1547. De quo inferius.

10. Abrahamus Culva Theol. Doctor, qui in Urbe Vilnensi Scholam aperuit, in quâ 60. Discipulos erudiit: eoqué autore Lutheri sectatores ex Germania, apud Litvanos vestigia posuêre.

CAPUT XIV.

Theologi atqué Pastores Reformatarum, speciatim, Ecclesiarum, IN MAJORE POLONIA.

I. Confessionis Bohemicæ, in Vnitate Fratrum.

SENIORES, *sivè* SUPERATTENDENTES.

1557. Sezan. Mor. a. l 1. GEorgius Israel, Christianis & honestis Parentibus, Hunnobrodæ Moravorum natus, Ecclesiæ Turnoviensis in Bohemia Pastor. Legatus ad Lutherum: E carcere Pragensi liberatus: in Borussia exul: inde redux, è periculo in mediâ Vistula propè Torunium, salvus. In Maj. Polonia primùm Posnaniensis, deinde Ostrorogensis Ecclesiæ Minister: divinitus,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. tus Eclef. Maj. Polon. Apostolus factus. Senior sive Superattendens earundem Ecclesiarum Confess. Bohem. primus. Vergente ætate valetudinarius, morbis afflictus variis, ischiade, podagra, calculo: tandem rude donatus, ceu emeritus Dei miles in Moraviam secessit: ubi, postquàm ut David, ætate suâ Dei consilio inservierat (Act. 13. 36.) ad beatam in cælis quietem migravit. Extat ejus MS. Historia, de Origine & progressu Eccl. Maj. Polon. Confess. Bohem. Mors. Anno Christi. 8. July. 1588. æt. 83. Lipn. Mor.

11 Oct. 1571. 2. Johannes Laurentius Moravus, natus in oppido Moravorum Regio Kijoviæ, Patre Laurentio, Matre Annâ. Valentini Trocendorfii Goldbergæ Silesiorum discipulus. Lutheri & Melanchtonis in Acad. Vitembergensi auditor: in Patriam reversurus, Pragam divertit: quâ egressus, in summum vitæ discrimen incidit à latronibus, qui eo tempore impunè grassabantur, & vias publicas infestas reddebant. Tres numero adjungunt se Comites Johanni, nihil aliud cogitantes, quàm ut ocyssimè vitâ & vestimentis eum spoliarent. Existimarunt enim esse benè nummatum. Huic autem opinioni ipse occasionem præbuit. Nam cum Pragæ esset, thecam nummariam sibi emerat: inquâ minutę pecuniæ vix tantum habuit, quæ summam unius Joachimici conficeret. Emetiuntur pleno gradu iter inceptum: & isti prædatores, ænigmate involutis verbis, de perdendo Johanne confabulantur: quæ quidem ille audivit, sed quid sibi vellent, ignoravit. Avicula, inquiunt, hæc deplumanda est, & deportanda in speluncam opacam, ne solis injuriâ lædatur. In tanto ejus periculo, unus illorum misericordiâ tactus, sic Deo providente, patefecit duorum insidias, & ipsum in maximis versari insidiis, imò ad exitum vitæ vocari, indicavit. Deinde suadet, ut sibi morem gerat, & consortium horum duorum devitet, si consultum saluti suæ cupiat. Nec mora: refectis paululùm cibo atquè potu corporibus,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

ribus, Prædonibus insciis, per posticum tabernæ cerevisiariæ, iter capessunt: & priusquàm illi duo somno pomeridiano soluti essent, duo milliaria Johannes cum Comite suo confecerunt. Expergefacti animadvertunt, jam futuræ prædæ spem sibi ademptam esse: ideòque pernicitate pedum Johannem cum socio, consequi conantur. Nam ita constituerant, ut in proximâ valle, quę non procul à Bohemica Broda distat, Johanni violentas manus inferrent. Sed is, propositi eorum non ignarus, curriculò cum socio Trzebicium contendit, ad Jacobum Patruum suum, Pastorem illic Ecclesię Fratrum Unitatis, post à latronibus in acclive monte, non procul ab Evanczicε nefariè trucidatum. Atque ità, Dei providentiâ, rabiem sceleratorum evasit. Civium Kijoviensium Legatus, unâ cum aliis, Augustam Vindelicorum ad Ferdinandum I. Regem Bohem. Dehinc, Academiâ Borussorum Regiomontanâ lustratâ, in Major. Poloniam abeunti, transeundum erat pinetum, quod dividit Borussiam à Polonia, quatuor milliaribus in latitudinem sese extendens. Hyemis tempore omnia frigore rigent, & nivis multitudine omnia contecta, feris silvestribus pastum & latibula adimunt; præsertim iis, quæ carne pecudum latrantem stomachum compescere consueverunt. Vix dum duobus milliaribus progressus est, cum ecce Lupus inusitatæ magnitudinis, vię transitum occupat & vultu truci minaces in viatorem coniicit oculos. Cohorruit, & sistit gressum Johannes, ac de improvisò in tantas conjectus angustias, quò se vertat anxius, ad Deum conversus, tali usus oratione. *O Pater summe, qui omnia nutu & arbitrio tuo regis, tuum est ventos furentes compescere; tuum indomitas feras cicurare, & tuos cultores ex eorum rictibus eripere. Rogo te, mi Pater, ne mihi servulo tuo in ventre rabiosæ hujus feræ facias sepulchrum, sed me pro voluntate tua, eripias. Hoc indicium meæ liberationis ha-*

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. „ *habebo; si ista bestia immota steterit, nec me prætereuntem* Mors. Anno Christi.
„ *attingat. Tu scis, me non obsequi voluntati meæ, sed pen-*
„ *dere ex aliorum jussu atque imperio. Quod si hic mors op-*
„ *petenda est, & meo sanguine sunt madefaciendi hujus*
„ *belluæ dentes, peto à te, abluas peccata mea sanguine Filii*
„ *tui, & meam animulam in tuum sinum suscipias. In spem*
„ *non dubiam erigor, preces meas apud te magnum pondus*
„ *habituras.* His dictis gradum movet: & fera consistens in posterioribus pedibus, anterioribus suffulta, acsi gelu obriguisset, immota substitit. Vix ille emensus est pinetum, cum eadem stimulante fame, quendam Tabellarium dilaniavit. Ministerio Ecclesiastico in Maj. Polon. Cosminecci, 1555. initiatus. Ecclesiæ Tuvaczov. in Patria Pastor. Georgii Israëlis in Maj. Polon. Ostrorogi Collega & coadjutor, 1560. Senior ordinatus, 1571. in munere sibi commisso fidelis & sedulus. Alumnorum Ecclesiæ Promotor. Legatus Vitebergam; Melanchtoni, Paulo Ebero, aliis magnis viris, familiaris. Paulò antè obitum, singulis è sua familia, manu extensâ valedixit: & præmissis ad Deum seriis precibus, placidè exspiravit. Ex Orat. Funeb. Joh. Campensis V. D. M. 8. July. 1587. æt. 68 Ostrorogi.

1587. Lipnici Morav. 3. Simeon Theophilus Turnovius, Bohemus, honestis & probis Parentibus, Patre Matthiâ Suatonide, Matre Susanna Hlawaczoviâ, Turnoviæ Oppido in Bohemiâ Regio, 15. Sept. 1544. prognatus. Intra quadriennium mense Junio, 1548. unà cum Parentibus exul, per Silesiam & Poloniam, Quidzini Borussorum educatus: literas vernaculâ linguâ legere didicit, Præceptore Joh. Rokitâ, 1553. à Matre Viduâ traditus curæ Matthiæ Orel, Pastoris Ecclesiæ Fratrum, Soldaviæ, 13. Mart. 1554. à Georgio Israële Seniore, pro Alumno tanquam Filio receptus, venit ex Prussia Ostrorogum in Maj. Polon. 9. Mart. 1557. in Scholam Cosminecensem à Georgio Israële deductus, 10. Jan.

Vita & Ordinario. Anno Christi circiter. Mors. Anno Christi.

1559. ubi, cum lingua Latina, etiam initia Græcæ, cum Astronomiæ & Geometriæ principiis, percepit ex Rectore Scholæ Stanislao Grzepsio, post in Universitate Cracov. Publico Professore, Latinè, Græcè, ac Hebraicè peritissimo, Astronomo & Geometrâ, vita & moribus Philosopho, mortuo Cracoviæ 1572. æt. 46. de quo Simon Starovolscius in Elogiis Polon. Scriptorum pag. 150. In Academiam Vitebergensem 12. July, 1562. venit: rediit inde Ostrorogum 13. Oct. 1564. & Euangelium prædicare cæpit: reversus Vitebergam. 14. April. 1566. inde Ostrorogum 28. Aug. 1568. Posnaniæ in Synodo 14. Juny 1569. Acoluthus sivè Lector: sequenti die 15. Diaconus sivè Catecheta factus, Patre Israële promovente. Missus cum literis mense Febr. 1570. difficilimo itinere, Moraviam & Bohemiam peragravit, virosqué Dei magnos, Joh. Blahoslaum Evanczyciis, Joh. Augustum Boleslaviæ compellavit, & eorum familiarissimo colloquio, de multis necessariis edoctus, consiliis Ecclesiasticis instructus, & ad opus Domini strenuè agendum animatus. Eodem 1570. impellente Deo, impetravit ab Israële & Laurentio, ut interfuerit Sendomiriensi Synodo Generali, 10. April., ad faciendum ibi Consensum Euangelicarum Sarmatiæ Ecclesiarum opportunè & feliciter manum quoqué admoverit. Rector Scholæ Cosminecensis, & in Ecclesia ibidem collaborator, 11. April. 1571. Concionator Ecclesiæ Lutomirscianæ, 28. Febr. 1572. Ordinatus ad Ministerium Christi, Georgio Israële, & Joh. Laurentio Senioribus manus imponentibus, Posnaniæ 23. Juny, 1573. Consenioris officium Posnaniæ in Synodo 6. Maj. 1583. Senioris verò sivé Superattendentis concreditum ipsi fuit, 1587. Lipnici Moravorum, inaugurante Georgio Israële, eo manus imponente, & Joh. Calepho, ac Joh. Æneâ, Senioribus. Eodem anno commigravit Ostrorogum, 17. Nov.

Vita & Ordinatio, Anno Christi circiter. 17. Nov. Pastor Ecclesiæ Ostrorogensis. Linguarum aliquot, Bohem., Polon., German., Latinæ, Græcæ, Hebraicæ peritus. Rhetor, Poëta, Musicus, Historicus, Astronomus. Concionator insignis & vehemens, voce tonante & sonorâ. Disciplinæ severus custos: in lectione, scriptione, meditatione, Concionibus, negotiis Ecclesiasticis, domi, peregrè, assiduus: magnanimus, autoritatis summæ, gratiâ apud Nobilitatem, etiam adversæ Religionis, maximâ. Extant opera ejus quædam impressa typis linguâ Polonicâ: ut, Speculum Religionis Christianæ Historicum; & Apologia ejus. Concio Synodica Torunensis: Concio in Comitiis Varsav. de U. & N. T. Pharisæis, ex Textu Mat. 22. v. 15. 23. habita 14. Novemb. 1582. &c. quædam manu scripta. Ejus instinctu & curâ, Johan. Lasicius conscripsit ac exornavit libros Octo MS. de Origine & rebus gestis Fratrum Bohem., Symbolum ejus. *Domine etiam SI Me Occidas in te Sperabo Tamen*! Votum quotidianum. *Etiam veni citò Domine* JESU! quo & vitam clausisse dicitur Ostrorogi, sepultus ibidem 2. Junii, quæ fuit feria secunda post Dominic. Trinit. Mors. Anno Christi. 22. Mar. 1608 æt. 64.

30 Sep. 1608. Lipnici Morov. 4. Matthias Rubinius Polonus, Johannis natione Bohemi Ministri V. D. filius: studia artium liberalium in Patriis cæpta laribus, primùm in Schola Uratisl., deinde in Acad. Heidelberg. magno illi Critico Jano Grutero amicissimus, continuavit. Minister Uerbi Dei, in Synodo Posnan. 2. July, 1589. ordinatus. Pastor Ecclesiæ Vieruszoviens: deinde Posnan. tum Baranov. in Distr. Min. Pol. Sendomir., per annos tredecim. Inde Ostrorogum, 1608. vocatus in Maj. Polon., & mox Senior sivè Superattendens Eccles. Major. Polon. inauguratus Lipnici in Moraviâ. Vir judicio eximio, consilio maturo & salutari: sincerus, humanus, modestus. Nomen suum immortale reddidit versione Polonicâ Psalmorum Davidis, in rhythmos

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

redactâ & melodiis Gallicis accommodatâ: quibus nunc Psalmis decantandis utuntur, privatim & publicè, in cœtu Sacro Ecclesiæ Euangelicorum Polonicæ & Litvanicæ. Hinc nominis ejus anagramma: *Hymni tui ab astris.* Calculo & Phtisi confectus, animam Deo tradidit Posnaniæ, ubi usus operâ Medicornm: ibidem 5. Juny sepultus, A. 1612.

Mors. Anno Christi. 22 Maj. 1612. æt. 46. Posnaniæ.

5. Martinus Gratianus Gertichius, die Martini, Lassocii in ditione Lesnensi, 1568. Patre Johanne Gertichen, Matre Anna Schlawkianâ, natus: à piis Parentibus probè educatus: in Patriâ eos fecit studiorum profectus, ut 1587. Rector Scholæ Posnan. pubem literariam dextrè informare potuerit. Extrà Patriam, sumptu Andreæ Comitis de Leschno, Palatini Brestens. Cujaviens., altioribus applicuit animum disciplinis, in Academiâ Vitebergensi, lustratis quoquè aliis Lipsensi, Argentinensi, Basiliensi, Heidelbergensi. Basileâ domum redeunti Johannes Jacobus Grynæus, SS. Theol. Doctor & Professor, testimonium in literis ad Patronum ejus datis, ult. Augusti 1595. tale præbuit: *Redit*, inquit, *Gratianus ad Tuam Clementiam, nullâ meâ commendatione egens: quia Christus Dominus ità benedixit ejus vitæ, moribus & studiis: ut Ecclesiæ lumen futurum augurer, sine superstitione.* In publicis & privatis Theologicis Disputationibus, mihi quidem egregiè probavit veritatem, modestiam, suavitatem fuci expertem. Piè autem T. Illustr. Domin. facit, quòd ea fovet ingenia, quorum in Ecclesi ausus erit: & Dominus Deus noster centuplici remuneratione hæc officia, pro suâ gratiâ compensabit. Hæc de Gratiano, felici omine Grynæus. Minister Verbi Dei in Synodo Goluchow. 24. Sept. 1597. confirmatus: in Aulâ Andreę Comitis de Leschno Palatini Brestens. Cujav. per quadriennium Ecclesiastes: post Pastor Eccl. Corolatensis Germano-Polon. in Silesia, in-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. in ditione eximii olim Patroni Georgii Lib. Baronis à Schoneich. Deinde Berestecensi in Volynia Ecclesiæ præfuit, factus Districtus Belsensis & Volin. Consenior. Revocatus posteà in Patriam, Lesnensem Ecclesiam administravit. Senior Superattendens, Rybinii Collega, electus & ordinatus 30. Sept. 1608. Lipnici Moravorum. Defuncto Rybinio, secessit Ostrorogum: ubi ultrà decennium Ecclesiæ Dei habenas rexit. Tandem Lesnam secessit 1624. Concionator gravis & sedulus. Vir in domo Dei magnus, judicii exquisiti, Ordinis & disciplinæ attentus custos; autoritatis eximiæ; cum gravitate humanus. Alumnorum Ecclesiæ Pater & insignis promotor, felix educator. Literarum ad Patronos, Ministros, Seniores, juniores, Alumnos, quibus statum eorum & Ecclesiæ cognoscebat, scriptor venustus & assiduus; mutuiquè officii expectator avidus. In gravissimis Ecclesiæ negotiis, laborum, itinerum frequentium & longinquorum, sumptuum, molestiarum impertæsus ac indefessus exantlator. Extat ejus Protestatio sivè Assertiones Theol. contrà Primatum Ecclesf. Rom. 1599. Manuscripta quædam. Hydrope è vivis sublatus est. Mors. Anno Christi. 7. Marty. 1629. æt. 9?. Lesnæ.

23 Oct. 1612. in Syn. Ostrorog. 6. Johannes Turnovius, Johannis qui erat Simeonis Theophili frater M. V. D., Filius, jactis in Patria studiorum fundamentis, continuandorum causâ missus in Scholam Glogoviensem, tum Uratislaviensem. Inde sumptu Andreæ Comitis Leschcinii Palatini Brestens. Cujav. in Academias, Tigurinam, Argentinensem, Basilien. Genev. &c. Præfuit Ecclesiis in S. Ministerio, Posnaniæ, Crotoschini, Carmini, Beresteci in Volinia, Opoliæ in Distr. Lublin., Lobseniæ in Majore Polon. Ubi cum aliquandiu vixisset, posteà SS. Theol. Doctor creatus in Academia Marpurgensi à Gregorio Schonfeldio SS. Theolog. Doct. & p. t. Rectore, 8. Mart. 1608. Tandem 1610, Torunium Borussorum,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Petro Artomio Ecclesiastæ Polonico successit, in Ecclesiâ Pastor, in Gymnasio Theol. Professor. Senior sivè Superattendens, Gratiani Collega, electus & ordinatus 23. Oct. 1612. in Synodo Ostrorog. Concionator extemporaneus, facundus & patheticus. Poëta argutus, laurea Uratislaviæ à Paulo Melisso Poëtica ornatus. Extant Centuriæ Carminum ejus, tum alibi, tùm Uratislaviæ 1600. excusæ. Tractatus de æternâ Dei Prædestinat, typis exscriptus Francofurt: ad Viadr. 1626. Disputationes Theologicæ. Conciones Funebres, &c. Ex funere Gratiani symmistæ & Collegç sui, æger reversus, intrà septimanas aliquot, postquàm valedixisset & benedixisset, non modo suis domesticis, sed etiam aliis adstantibus, & toti Ecclesiæ, in cælestle πολίτευμα transiit.

Mors. Anno Christi. 8. Apr. 1629. æt. 61. Toru.

1617. in Syn. Ostrorog.

7. Daniel Micolajevius, Johannis Filius, Marci de Miholajevice Nepos, prope Gnesnam natus Oppido regio Radziejoviç: artes liberales in Scholâ Patriâ Radzieov. inchoatas in diversis aliquot Germanicis Academiis pertexuit. Ephorus per octennium Przyiensciorum fratrum Alberti, & Uladislai post Succamerarii Calissiens. ex Germania 1586. reversus Ecclesiastico Ministerio ab Andrea Prasnovio seniore superattendente Eccles. Maj. Pol. Helvet. Confes. in Distr. Cujav. Radziejoviæ, Feriâ 1. Paschæ, 1591. initiatus. Pastor. Ecclesiæ Radziejouiensis per 25. annorum decursum; Isbicensis per annos 12; Suiercinensis ad extremum vitæ halitum: Senior sive superattendens Eccles. Maj. Polon. Distr. Cujav. Confes. Helvet. Petri Tarnovii Successor, 1597. Deinde in Uunitatem Ftatrum Confess. Bohem. cum Jacobo Gembicio Conseniore, & Ministris aliquot receptus idem cum Gratiano & Turnovio, omnium Eccles. Maj. Polon. Reformatarum Senior superattendens 1607. in synodo Ostrorog. Concionator doctus & solidus. Scripta ejus latina, Carmen He-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Heroicum, memoriæ Nobil. Virgin. Helenæ Przyenſciæ defunctæ excuſum Francofurti 1587. Sententiæ antiquorum. Patrum in ſyncr. Polon. citatæ ſeorſim deſcriptæ Polonicæ. Diſputatio Vilnenſis, de Capite Eccleſiæ Cum Martino Smiglecio Jeſuita publicè inſtituta 1599. Syncriſis articulorum fidei contrà Albertum Slupſium Archidiacon: Uladiſlav. 1611. Mors. Anno Chriſti. 8. April. 1633. æt. 73. Dembnicię.

6. July. 1629. in Syn. Leſn. 8. Paulus Paliurus Moravus, Tiſnoviæ oppido Morav. honeſtis progenitus. Parentibus: ſtudiis 1571. in Patriâ Scholâ traditus, & inter alias liberales artes, Muſicæ cognitione inſtructus, multas in Germaniâ, Bohemiâ, Ungaria, Scholas viſitavit. Excurrit etiam in Italiam, & celebriora apud Heluetios Gymnaſia, Academiaſque adiit. In Poloniam 1593. æt. 22 venit. Rector Scholæ Lobſenenſis: artium humaniorum, latinæ & græcæ linguæ, Phyſices, probè gnarus. Miniſter Eccleſiæ Grembocin. 20. annorum ſpacio. Oſtrorogum, 1628. ſeceſſit; Eccleſiarum Major. Pol. ſenior, 6. Julii 1629. in ſynodo Leſnenſi. Verſionem ac editionem Bibliorum Polon. curavit. Tandem morbo ictérico abſumptus, expiravit. 27. Nov. 1632. æt. 63. Oſtrorog.

17 Apr. 1633. in Syn. Oſtrorog. 9. Martinus Orminius Polonus Vieruſſovię, 1582. natus: Paſtor Eccleſiæ Chomentov. in Cujavia; Jordanecenſ. in Boruſſia; Carminenſis in Major. Polon.; Vlodavienſis in finibus Lituaniæ & Min. Pol. cis Bugum Fluvium navigabilem. Inde in Maj. Polon. revocatus, 1633. Dembriciæ primum, Carmini denuò, ſedem ſuam fixit. 31. Dec. 1643 æt. 63.

10. Johannes Rybinius, Matthiæ Senioris Eccl. Maj. Polon. filius; cæpta domi bonarum artium ſtudia continuavit, in Schola Leſnenſi, tùm Bethanienſi, in Gymnaſio Torunenſi, in Academiis Germanicis, præſertim Heidelberg. Peregrinationem ſuſcepit in Belgium Confæder. ad Synodum Dordracenam, 1618. in Galliam, ubi vixit annos aliquot, & idioma Galli-

cum

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. cum egregiè didicit: in Angliam, &c. Reversus in Poloniam 1623. Ministerio Ecclesiastico, in Synodo Ostrorog, 1625. inauguratus. Rector Gymnasii Lesnens. & Pastor ibidem Ecclesiæ Polonicæ: deinde Quilecens: tùm Grembocin. Unde Ostrorogum vocatus, senior superattendens, una cum Orminio, electus ac ordinatus, 17. April. 1633. in synodo Ostrorog. Linguarum juxtà Polonicam, Germanicæ, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Gallicæ, satis peritus. Dysenteriâ extinctus, Obrzici oppido, propè Ostorog. ad fluvium Vartam, eo ætatis anno, de quo Horatius Epist. lib. 1. ad Mecœnatem. Mors. Anno Christi. 13. Sept. 1638. æt. 44.

Forte meum si quis te percunctabitur ævum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembres.

16. April. 1644. in Syn. Lesnensi. 11. Martinus Gertichius, Martini Gratiani Gertichii Patruelis, A. 1591. Lassociciis propè Lesnam natus studia literarum continuavit extrà Patriam, in Schola Bethaniensi Silesiorum, sub Rectore Adamo Lisigio, deinde in Gymnas: Torunensi Borussorum, sub Rectore Cunrado Grasero Juniore, & Johan. Turnovio SS. Theol. Doct. & Profes. Concionator Germano-Polonus, Pastor Ecclesiæ German. Lesnensis. Scripta ejus Germanica, Querela Christi super Jerusalem, ex Luc. 19. Ratio Ecclesiasticæ Disciplinę in particul. Ecclesiis, A. 1637. Polonica Concio synodica, de Officiis Ministrorum verbi Dei, ex 1. Petr. 5. v. 1. 2. 3. 4.

A. 1640. 12. Johannes Bythnerus, Bartholomęi senioris Eccles. Min. Polon. in Distr. Sendomir. Filius. A. 1602. natus, tirociniis in Scholâ patria positis in Gymnasio Torunensi Borussorum, Rectore Cunrado Grasero, & Joh. Turnovio SS. Th. D. & Profes. uberius informatus, Pastor Ecclesiæ Melecin. deinde in wola Laszkoviensi, tum Dembriciæ, tandem Carmini. Senior Ecclesiæ Maj. Pol. unà cum Gertichio. Theologorum

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. gorum Partis Reformatæ in Colloquio seu Conventu Torunensi A. 1645. celebrato, Præses. Mors. Anno Christi.

Primi in ordine Seniores totius UNITATIS *Fratrum, Bohem. Morav. & Maj. Polon. videantur superius Cap. X. Nam in Maj. Polon. speciatim fuerunt singuli seniores, uno alterovè excepto, in ordine Primi, non electi, nequé peculiariter ordinati.*

CONSENIORES *Ecclesiarum Orthod. per Major. Polod., Unitat. Fratrum Conf. Bohem., electi ac ordinati.*

1567. Prerov Morav. 1. Georgius Philippensis Moravus, Mohelniciæ natus, Pastor Liszokoviensis in Cujavia, tractu Major. Polon. 9. Maj. 1571.

1569. in Syn. Posnan 2. Johannes Rokita Bohemus Litomislensis, vir doctus; Pastor Ecclesiæ Goluchov. deinde Cosminecensis. Concionator Legatorum Stephani Regis Poloniæ in Moscoviam, 1570. de Religione Colloquium oretenus habuit, cum Joh. Basilide Moscorum Duce: de quo superius. 25. Jan. 1591.

1573. in Syn. Posnan 3. Lucas Andronicus Moravus, Pascoviæ natus, in finibus Moraviæ & Silesiæ, A. 1533. Minister Verbi ordinatus Slezanis Morav. 1562. Pastor Ecclesiæ Posnaniensis, deinde Marszeviensis. 12. Martii. 1595. æt. 62.

6. Maj. 1583. Posnan 4. Johan. Girkius, Concionator German. & Polonicus: quondam Rector Scholæ Torunensis, deinde Lesnensis. Pastor Ecclesiæ Posnan. tùm Lesnensis. 1605

1587. Posn. 5. Christophorus Musonius Polonus, Jacobi Civis Lobsenens. Filius, primis in Patria literis imbutus, ulterioribus, Stolpæ Pomeranorum, tùm in Academ. Vitembergens., Rector Scholæ Lobsen. 1568. Pastor Ecclesiæ Liszkoviens., Pacostensis, tandem Cosminecensis, à 3. Mart. 1591. 4. Sept. 1612. æt. 70.

6. Martinus Siradiensis Polonus, Pastor Ecclesiæ Lutomirsc.; Lipnici Moravorum hospes in Convo-

 ca-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

catione, vocatus ad cæleſtem πανήγυριν.

1592. in Syn. Szamotuliensi. 7. Andreas Colenſis, Paſtor Eccleſiæ Goluchov. in Maj. Pol., Buczacenſis in Min. Pol., ubi apoplexiâ, in Templo Concione finitâ, extinctus. 22. Jul. 1603.

8. Samuel Orlicius, Pauli M. U. D. Filius, vir pius, eruditus, Concionator diſertus. Paſtor Eccleſiæ Wyſſinen. in Maj. Pol., deinde Bereſtecenſis in Min. Pol. Diſtr. Belzens., tandem Baramovienſ. in Diſtr. Sendomir. 10 Apr. 1626. æt. 63.

11. Maj. 1609 in Syn. Oſtrorog. 9. M. Johannes Muſonius, Chriſtophori Conſenioris Filius, tùm in Patriâ, tum in Academiis, Francof. & Baſilienſi, literis expolitus. Poëta elegans. Miniſter V. D. in Synodo Lagieunic. A. 1604. ordinatus. Rector Scholæ Leſnenſ. & Eccleſiæ Polonicæ ibidem Paſtor. deinde Kriloviens. in Min. Pol. Diſtr. Belzenſ.; poſt Coſminecenſis in Maj. Polon., tandem Marſzevicenſis. Exceſſit è vivis, in Synodo Oſtrorog. 18 Oct. 1618. æt. 41.

10. Jacobus Wolfagius, Studioſus Acad. Baſileenſ. Concionator Germano-Polonicus. Paſtor Eccleſiæ Veſzkovienſ., deinde Leſnenſis, ibidem peſte extinctus. 1634

22. Oct. 1612. in Syn. Oſtrorog. 11. Matthias Nachor Paſcovius Moravus, Miniſter Verbi Dei in Synodo Goluchov. 1595. Concionator Polon. & Germanicus, Paſtor Eccleſiæ Lagieunic., deinde Skocenſis: pictoriæ artis naturâ peritus. 20 Nov. 1617.

12. Nicolaus Rauſmannus, Patre Germano, ex civitate Imperiali Reutlingâ oriundo, natus. Concionator eloquio potens: Paſtor Eccleſiæ Poſnanienſ., deinde Lobſenenſis, tandem Cieninenſis, ubi apoplexiâ deceſſit. 26 July. 1624.

13. Adamus Hilarius, probis Parentibus Oſtrorogi natus. Paſtor Eccleſiæ Carminenſis; ubi peſte obiit. 1625

1627 in Syn. Oſtrorog. 14. Jacobus Gembicius, piè educatus ac literis inſtitutus Radziejoviç, à Valentino Curione Halenſi Rectore Scholæ illius. Miniſter U. D. 21. Decemb. 1597.

Con-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Consenior Eccl. Confess. Helvet: in Distr. Maj. Pol. Cujaviensi. Unitati Fratrum Conf. Bohem. adjunctus, 1627. in Synodo Ostrorog.; Pastor Ecclesiæ Dembnicensis annis 36. cum Antecessor ejus Petrus Tarnovius, cui mox successit, ibidem docuisset integris 32. annis. Vir in lectione Autorum, præsertim Theologorum, & scriptione tractatuum, quibus veritatem asserebat, errores refutabat, assiduus. Mors. Anno Christi. 13.Maj.1633. æt. 64.

15. Jacobus Memoratus, Johannis M. U. D. Filius, natus Barcini II. Febr. 1586. ibidem fundamenta literarum jecit, continuata Lobseniæ, sub Rectore Conrado Nubero, 1592. inde Dantisci, 1598 in Scholâ Ædis Petro-Paulinæ, ac post in Gymnasio, sub Rectore Jacobo Fabricio SS. Theol. Doctore, usque ad adventum Barthol. Keckermanni, 1602. sub quo totum Philosophiæ cursum absolvit. Reversus Dantisco, 1606. Pædagogus Generosorum Vitoslausciorum per triennium: posteà Rector Scholæ Lobsenens. ferè biennium. Minister U. D. ordinatus Lesznæ, 1614. Pastor & Concionator Ecclesiæ Veszkoviens. Germano-Polonicus: deinde Lesnensis German. 1622. tùm Marszeviens. Polon. 1626. tandem Lesnensis Polon. 1633. rude donatus, 1645. Torunii sedem fixit.

7. July. 1619. in Syn. Lesnensi. 16. Paulus Orlicius, Samuelis Consenioris Filius, natus ipsis Kal. Januarii, 1599. Wyssinæ in Maj. Pol., cæpta in patrio ludo studia pertexuit in Schola Bethaniensi Silesiorum: deinde in Academia Francofurtana. Quilecensis in Maj. Pol.; post Torunensis Polonicus in Borussiâ, Ecclesiastes patheticus ac disertus. Obiit. Thorun. A. 1642. Torunii.

16 Apr. 1633. In Syn. Ostrorog. 17. Johannes Hypericus, Stanislai U. D. M. Filius, natus 1589. Minister ordinatus Lesznæ 1614. Ecclesiastes Barcinensis, deinde Torunensis Polonicus: Consenior electus ac nominatus Ostrorogi 16. April. 1633. paulò post Lesznæ inauguratus. Officiis Christianæ cha- A. 1648.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. charitatis de Ecclesia Dei, ejusquè Administris, optimè meritus. Mors. Anno Christi.

18. Matthæus Serenius Chodovecius, Chodeci Oppido Maj. Polon. natus. Pastor Ecclesiæ Parcicensis, tandem Zychlinensis. 28 July. 1641. æt. 58.

19. David Ursinus, 9. Febr. 1588. Lesnæ natus; tùm in Patriâ, tùm in Scholâ Bethaniensi Silesiorum institutus. Pastor Ecclesiæ Golanicens., deinde Coadjutor Lesnens., & Scholæ Præceptor: tandem Lassocicensis Ecclesiæ Minister. 10 Mart. 1644. æt. 57.

16. April. 1644. in Syn. Lesnensi. 20. David Pruferus Lesnensis, studiosus Gymnas. Dantisc., tùm Academ. Franeker. Frisiorum. Pastor Ecclesiæ Weszkoviensis, German, & Polon. Concionator.

18. Oct. 1647. Ibidem. 21. Benjamin Ursinus, Davidis Consenioris Filius, natus Golaniciis propè Lesznam, 1615. Inchoata Lesznæ studia continuavit in Gymnasio Torunensi Borussorum, tùm Bremensi, post in Academ. Lugduno-Batava. Ephorus Illustris ac Generosi Raphaëlis Buczacii de Buczacz, peregrinatus cum eo, in Belgio, Anglia, Gallia, Germania, Italia, Romæ aliquandiu substitit. Conrector Scholæ Lesnens. & Pastor Ecclesiæ Polon. Concionator Germano-Polonus: deinde Ecclesiæ apud Dantiscanos Reformatæ Minister.

RELIQUI PASTORES *sivè Ministri, Unitat. Frat. Bohem. in Major. Poloniâ.*

1544 1. Johannes Coritanius, Pastor Ecclesiæ Posnaniens. German. peste sublatus. 1582

2. Stephanus Bidsovius, Pastor Eccl. Posnaniens. hinc Ostrorog. Collaborator, ibidem vitâ functus. 28 Oct. Eod.

3. Joh. Petrassius Moravus, Astronomus eximius αὐτομαθὴς ordinatus V. D. M., 1555. in Synodo Generali Cosminecensi. Pastor Ecclesiæ Zigrensis. 1591

1555 4. Franciscus Rosentrit, vir literatus, Minister Li-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

Libani ad Goram Silesiorum : deinde Ecclesiæ Leszneñsis Pastor, Disciplinæ Unitat. Fratrum observator, ac inter eos A. 1558, cooptatus.

5. Georgius Erastus Medzirzec. Pol. Ecclesiastes Posnaniensis, Lassoticens., tandem Fulnec. in Moravia 1557. 1581

6. Albertus Serpentinus Polonus, ex sacerdote Canico Pontificio Euangelicus. Pastor Ecclesiæ Cosminec. deinde Lobsenens. 1. Febr. 1571.

7. Thomas Wrzesenius Lobsenecensis, Pastor Ecclesiæ Wyssinensis. 1574

8. Balthasar Eichnar Sprottaviensis Silesius, Pastor Ecclesiæ Lesnensis, tandem Lassocicensis. 1575

9. Petrus Studenius, Minister Stavissinensis. 1577

1562 10. Johan. Rybinius Bohemus, Pastor Lobsen. Barcinens., Wyssinens., Sipnoviensis. 17. Marty. 1596.

11. Stephanus Felix, Pastor Ecclesię Posnan., Marszoviens., mortuus 29. Maj. 1587.

1566 12. Nicolaus Hermes, Joh. Petrasii Frater, Cieninensis Ecclesiæ Pastor. 16. Martii. 1598.

1567 13. Joh. Turnovius, Simeonis Theophili Senioris Eccl. Maj. Pol. Frater, Præco Verbi Divini Barcinens., post Wieruszov. 1588. 12. Jan.

14. Paulus Orlicius, Pastor Ecclesiæ Crotoszinens., tùm Posnaniensis, vir pius, gravis, disertus. 1600. 18 Aug.

15. Blasius Adamitius Nidburgenus, Ecclesiastes Blizanov., Lutomirsc., Szamotuliensis, Milicensis in Silesiâ.

1571 16. Valentinus Cornelius, Pastor Ponicensis.

17. Elias Thesbites Brodensis Moravus, Liszkoviensis Minister. 29. July 1585

18. Johan. Kotvitz Nobilis Silesius, Ecclesiastes Lesznensis. 1592

19. Jacobus Tychicus Posnaniensis, præfuit Ecclesiis, Goscilzoviæ, Blizanoviæ, Litognevi, Rycis in Goscisoviæ.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

Russia Opoliæ in Distr. Lublinens., Cracoviç.

20. Stanislaus Hypericus Posnaniensis, Ecclesiastes Stavissinensis.

1573 21. Johannes Vielevus, Bronissoviciis. 11 Apr. 1597.

1575 22. Johan. Campensis Bohemus, vir literatus: lumine oculorum, 1580. ex morbo, orbatus. Extant ejus Orationes aliquot Latinæ. Pastor Ecclesiæ Niemczinens. 29 Nov 1599.

23. Paulus Patiens, Talcomontanus Silesius, Unitati Fratrum adscitus, A. 1568. ætat. 24. Pastor Tilongæ, tum in Missliborz. rude donatus, Ostrorogi obiit peste. ætatis 81. 1625

24. Matthias Theodorus Posnaniensis, Ulostovius posteà dictus, Ecclesiæ Wyssinensis, tùm Nilzczicensis Minister.

25. Johan. Siffertus, Michaëlis Sifferti Civis & Mercatoris Torunensis Filius; Georgii Sifferti Consul. Torunens. Frater; Ecclesiæ Posnaniensis Pastor Germanic. 25 Nov 1581. æt. 30.

1577 26. Johan. Memoratus Ostrorogensis, Ecclesiastes Lobsenensis.

27. Andreas Regulus, naturâ eloquens, memoriæ felicis; Bajanoviæ, Chobeniciis, Barcini. 1613. prid. Pasch.

28. Jacobus Vidlacus, Chodeci. 8 Oct.

1580 29. Simeon Musonius, Christophori Frater studiosus Acad. Viteberg. 1586. 1592

30. Johan. Beldovius, Quilecii. 25 Dec 1601.

1582 31. Gregorius Mollerus, Lassoticiis. 1604

1583 32. Matthias Majus Sventechoviensis, Szamotuliæ, deinde Barcini. 13 Jun. 1598.

33. Lucas חֵילִיץ Helicius Posnaniensis, *Secundum carnem Judæus ex Judæis*; (ut se ipsum in testamento 1585. condito, appellat) *Sed ex gratiâ Dei, secundum fidem Christianus, ex Christo sive Messia, quem Deus unxit.* In Unitate Fratrum ab anno 1564. educatus: Minister

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. nister Christi, & dispensator mysteriorum utriusque Testamenti: linguæ Hebraicæ peritus. In Bohemia aliquandiu vixit, & Translationem Bibliorum Bohemicam, operâ suâ juvit. Ex cognatione ejus fuerunt & sunt adhuc Posnaniæ, & alibi, quidam Euangelicam Religionem professi, sexus tàm masculini, quàm fœminini. Mors. Anno Christi.

1855 34. Andreas Fabricius Ungarus, Pastor Ecclesiæ
1586 Vilcoviens: Germ. Rector Scholæ Lesnensis.

35. Johan. Fortunatus, Skocis. 2. Apr. 1596.

1587 36. Venceslaus Epænetus, Eccl. Vilcoviens. Germ. Ecclesiastes.

37. Adamus Mollerus; Chodeci, Bronisloviciis. 21. Feb. 1591.

38. Jacobus Trophinus; Chodeci, tùm Gruiecs.

1589 39. Albertus Maximus, Wissinæ, Wlochis in Russia, Vierussoviæ in Maj. Polon, tandem Posnaniæ. 8. Febr. 1604.

40. Matthias Ducatus Bohemus, Caunici, post Szamotuliæ: tandem rude donatus obiit Ostrorogi, æt. 80. circiter.

41. Samuel Aorgus, Pastor Eccl. Posnaniens. Germ. & Polon. 7. Febr. 1595.

1590 42. Andreas Sylvanus, Lobseniæ, tùm Barcini. 10. Dec. Eod.

43. Adamus Thilo, Freistadii in Silesia: de quo superius lib. 1. cap. XIV.

44. Johannes Enoch, Posnaniensis Ecclesiastes.

45. Petrus Scalnicus, Marszeviæ.

46. Johan. Lansciu sibidem.

1592 47. Albertus Petrassius, Johannis Filius, Zygris, Barcini.

48. Johan. Uberman, Nechlodi propè Lesnam.

49. Matthæus Liebig, Golaniciis, peste obiit.

50. Johan. Nigrànus Soldaviensis sivè Dzialdov. Borussus; Parciciis. 29. Sept. 1612.

51. Paulus Drzevinius, Minister V. D. ordinatus A. 1592. 1632

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. A. 1592. Liprici in Moraviâ. Ecclesiæ Ostrorogens: Coadjutor. Mors. Anno Christi.

52. Joannes Jasonius; Lobsenensis.

1595 53. Johan. Petræssius, Medicinæ peritus; Cienini.

1597 54. Johan. Recordatus; Barcini, Skocis.

55. Simeon Leopolita; Chlevi apud D. Kozminium.

1600 56. Samuel Turnovius, Simeonis Theophili senioris Eccl. Maj. Pol. Filius, vir eruditus, Minister juvenis, obiit Ostrorogi. 1617 In Nov.

22. Sept. 1602 Gosmin. 57. Joh. Musonius Simonides. Simeonis Filius: triduo ante mortem, 15. Maj, quasi in ecstasi, vidi Dominum Jesum, & animas electorum quiescentes, adeò ut exclamârit: *O beatas animulas*. Et cum verba ejus adstantes interupissent, ægrè tulit, contestatus, jam se fuisse in viâ ad Dominum Jesum, jam secæpisse salutationem cum electis Dei, &c. Ipso die obitus, universis domesticis suis admonitionem prolixam instituit, & multas historias S. Scripturę eis commemoravit, de fatis Ecclesiæ hortando, ut Christo fidem servent nec hostes metuant. Ante ipsum extremum vitæ halitum, longam orationem precatus est, pro populo Christiano, & pro Ecclesia Christi. Cum quâ precatione commendans animam suam, in manus Domini Jesu, placidè exspiravit, Quileciiubi S. Ministerio functus est. 1604. 15 Maj. 1621.

58. Andreas Vitalis, Niszcziciis. 1614

24. Oct. 1604 in Syn. Legieunic. 59. Paulus Schmidius sive Fabricius Lasoticiis, apoplexiâ in campo correptus, obiit. 6. Sept. 1635.

1607 60. Jacobus Mollerus, Gregorii Filius, Vilcoviæ Germ. Ecclesiastes. âte Pascha. 1612.

61. Matthæus Cralicius; Posnaniæ, tùm in Nola Laszkoviensi.

62. Stanislaus Nieverscius; Posnanię, Thorunii.

63. Sebastianus Melissius, Chobenitiis. 1644

1609 in Syn. Ostrorog. 64. Thomas Goldmannus, Lipinis in Silesia, propè Bethaniam. 24 Aug 1626.

65. Ca-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 65. Caspar Speratus Grodiscensis, Academ. Francofurtens. Studiosus, Concionator Germano-Polon., Kottlaviæ in Silesia Ecclesiastes. Mors. Anno Christi. 1631

66. Ambrosius Halesius, honestis Parentibus 2. April. 1583. in pago Szale dicto, Calissiæ urbi Vicino, (à quo ille Saliensem se vocabat,) natus, prima fundamenta jecit Calissiæ in Collegio Jesuitarum, quæ quinqué annis & semisse ibidem continuavit. Post eorundem studiorum causâ contulit se Posnaniam, in disciplina Jesuitica perseveraturus, A. 1595. sub quod tempus Posnaniæ, Ecclesia Fratrum Unitat. Confess. Bohem. à studiosis Jesuiticis, eorumqué complicibus, primâ vice demolita fuit. Ibi res angusta, non totum annum versari ipsum permisit: ideoqué secessit Kawniciam ad Dominum Gorsevium, Euangelicæ Religioni addictum, Pædagogi munus obiturus: ubi quadriennium totum commoratus, Religionem Pontificiam deseruit, ac Euangelicis se adjunxit Ecclesiis. Paulo post, cum quibusdam Nobilium liberis Cosminecium commigravit A. 1600. æt. 17. ubi literis operam dedit, sub Rectore Mauricio Fidlero, duobus annis ibi exactis. Tum verò incidit, circâ Festum S. Michaëlis, Synodus Cosminecensis: in quâ, 1602. æt. 19. studiis Theologicis destinatus, & Acoluthis sivè Lectoribus annumeratus. Sic in Ecclesiæ usum segregatus, sui juris esse desiit: ideoqué decernentibus Senioribus, Barcinum moderaturus Scholam, cum Alberto Petrassio Barcinensi tum Ecclesiaste, Cosminecio profectus est, ac per biennium Scholastici pulveris tædia toleravit. Coactâ rursus Synodo in Lagiewniki, A. 1604. æt. 21. inter Diaconos Ecclesiæ cooptatus, suffragio Seniorum, Barcino valedixit, & Cosminecium se contulit: ubi Catechetæ in Ecclesia, Collegæ in Scholâ, operâ defunctus biennio. Post Ostrorogum commigravit, provinciam regendi Scholam ibidem subi-

vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. turus, 1607. æt. 24. Præfuit antem Scholæ huic, annos plus minus quinquè. Ministerio sacro, in Synodo Ostrorogensi, A. 1609. ætat. 26. initiatus. E Scholæ muniis A. 1611. æt. 29. ad Ecclesiastica promotus, Ecclesiæ Parcicensis Pastor. Ubi quoquè, functionem sacram peragens, non intermisit institutionem Adolescentiæ, in politiori literatura. Felix juventutis Magister. Concionator acceptus. Mors. Anno Christi. 25Mar. 1619. æt. 36.

67. Julianus Poniatovius, Ecclesiastes Generos. Dn. Fabiani Cemæ, Capitanei Sztumensis in Borussiâ: de quo superius Cap. X. 16Feb. 1628. Namesti Mozav.

4. Maj. 1611. 68. Nicolaus Wolfgangus Bohemus, Pastor Ecclesiæ Carolatensis in Silesia Polonicus: homo promptissimorum erga quoscunquè officiorum; ut jure meritoquè etiam appellari à nonnullis sueverit, Servus servorum. 1637

1616. in Syn. Lobsen. 69. Michaël Aschenbornerus Bethaniensis Silesius, Poëta Laureatus Cæsareus, Rector Scholæ Lesnensis, Pastor Ecclesiæ Germ. Nechloden., Jendrichoviens. ad Schovam sivè Fraustadium. 1637

70. Johan. Thomsonius, ob morbum Comitialem sæpius recurrentem, tantùm privatim Dembniciæ, sacra tractavit.

71. Johan. Seidelius, Torunii, ad D. Jacobi ædem Concionator Polonicus. 1544

14. Oct. 1618 in. Syn. Ostror. 72. Gregorius Laboreus Sgnilecius, natus, 1594. Poniciæ: Ecclesiæ primò Dresnensis, in finibus Marchiæ & Maj. Polon. deinde Vlodaviensis in finibus Litvaniæ & Min. Pol., tandem Elbingensis in Borussiâ, Germano-Polon. Ecclesiastes.

73. Tobias Supcovicius; Lutomirsci, Parciciis, Cienini, Zychlini.

74. Johan. Dzicovius, Concionator disertus Marszoviæ. 5. Oct. 1625.

4. Sept. 1610 in Syn. Ostrorog. 75. Melchior Schonæus Francofurtensis Marchicus,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. cus, Concionator Germano-Polon., Pastor Ecclesiæ in pago Marchiæ Gorki: ubi A. 1627. in phrenesin inciderat: quo malo liberatus, non nisi aliquot dies supervixit, Deo supplex factus. Mors. Anno Christi. 11. Jul. 1627.

76. Matthias speratus Moravus, Schonæi in officio successor. 8. Apr. 1646.

21 Sep. 1622. in Syn. Ostrorog. 77. Albertus Niclassius, Alberti Conrectoris Scholæ Lobsenens. Filius, natus die Paschat. 1593. studiorum elementis in patrio Ludo perceptis, continuavit ea, tùm in Gymnas. Torunens. Borussorum, sub Rectore Conrado Grafero, & Johan. Turnovio SS. Theol. Doctore ac Profess. tùm in Academiis Marpurg. & Heidelberg., peregrinatus in Belgio: interfuit Synodo Dordracenæ, 1618. Ecclesiastes in Borussiâ primò Jordanecens. deinde ad Ædem Petri-Pauli apud Dantiscanos, Polono-Germanicus.

78. Nicolaus Laureus, Gobseniæ.

79. Michaël Hesperus, Skocis. 13. Jun. 1643

1626. Lesnæ. Dom. IV. Advent. 80. Adamus Lischkius Silesius, in pago Rybitwii probè Bethaniam natus, in eadem ditione Concionator Polonicus. 1646

1627 81. David Vigilantius Lesnensis, Pastor Ecclesiæ Weszkow. Germano-Polon., in erectione ædificii, trabe allisus obiit. 12. Decemb. 1635.

2. Maj. 1632. in Syn. Lesnæ. 82. Matthias Ambroscius, Ostrorogi Parentibus Pontificiis natus. Studiosus Bethan. & Torunens., Græcæ linguæ probè gnarus; Ecclesiastes Zichlinens. deinde Parcicensis, phtisi extinctus, æt. anno 46. 14. aug. 1646. æt. 46.

83. Gregorius Sitcovius, Suierczyni.

84. Paulus Persicius Ostrorogensis, Quilecii.

18. Ap. 1633. in Syn. Ostrorog. 85. Johan. Kitelinus, Danielis M. V. D. August. Confess. Sbansini, Filius, 1609. natus. Ecclesiæ Gremboczinens., post Turunens. ad ędem D. Georgii Pastor.

3. July. Lesnæ. 86. Daniel Copecius Bohemus, Sztumæ Borussorum.

 87. Mar-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 87. Martinus Fabricius, Pauli, Lassotic. Filius, Concionator Germanicus. Mors. Anno Christi:

88. Johan. Episcopius Bohemus, Johannis Consen. U. F. in Bohem. Filius; Mariæburgi in Borussia.

2. Maj. 1634. Ostrorog

1636. Lesnæ. 89. Johannes Musonius, Johannis Filius, Simonis Nepos, Ecclesiæ Cracoviens. in Cassubia Minister.

20. Oct. 1638 Lesnę. 90. Johan. Arnoldus, Henrichoviens. Pastor.

91. Johan. Justinus Moravus, Laurentii Senioris U. F. Bohem. Filius; Dembniciæ, Parciciis.

92. Johan. Chodovecius, Matthæi Serenii Chodovecii Filius; Ostrorogi, post in Borussiâ.

21. Maj. 1639 Lesnæ. 93. Georgius Vechnerus SS. Theol. Doctor, Sacro Ministerio initiatus, à Martino Orminio Seniore Eccl. Maj. Pol., Lesnæ aliquot annos Exul. Concionator Germanicus: post Ecclesiastes & Superintendens Bregensis in Silesia, Gymnasiiqué Director ibidem: de quo superius Cap. XII. 24 Dec. 1647. æt. 58. Bregæ. Silesior.

8. Mart. 1640 94. Jacobus Gembicius, Jacobi Consenioris, Filius. 1645

Skocis. 95. Daniel Lochar, Venceslai Consen. U. F. B. Filius; Marszeviæ.

4. Nov. Lesnæ

27. Mart. 1643 96. Johan. Gleinig. Lesznensis, Orzeszkoviæ.

97. Martinus Plort Ostrorogensis; Ostrorogi, post Orzeszkoviæ.

98. Johan. Chodovecius, Matthæi Consen. ex Fratre Nepos, Skocis.

18. Oct. 1647 99. Paulus Erastus, Georgii Senioris U. F. B. Filius.

100. Daniel Epænetus, Venceslai Filius, Ecclesiæ Bucziens. Pastor.

101. Jacobus Epænetus, Frater Danielis, Siroslavię.

102. Andreas Fabricius, Pauli M. V. D. Lassociciis, Filius; Lassociciis.

103. Johan. Jacobides, Dembniciæ.

104. Samuel Dzicovius, Johannis V. D. M. Filius. Regiomonti. S. Minist. initiatus, Thorunii ad Æd. D. Jacobi, Ecclesiastes.

105. Ni-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 105. Nicolaus Gertichius, Martini Senioris Eccl. Maj. Pol. ex Fratre Nepos; ejusdem in Sacro Ministerio Collaborator, Lesnæ, &c. &c. Mors. Anno Christi.

II. CONFESSIONIS AUGUSTANAE
Ecclesiarum Seniores sivè Superintendentes,
in Major. Polonia.

1560 1. Erasmus Gliczncrus, discipulus Valentini Trocendorfii in Schola Goltberg. vir doctus, pacisquè Ecclesiasticæ studiosus, Consensui Eccles. Polon. & Lituan. Euangelicarum subscripsit. Pastor. Ecclesiæ Grodiscei in Maj. Polon. tandem Brodnicię in Borussia. Extant Scripta ejus. Commentarius Polonicus in Epist. Pauli ad Philemonem, Grodisci 1572. Chronica vitæ, doctrinæ, & operum Jesu Christi, Polon. ex quatuor Euangelistis collecta, Ibidem 1579. Chronicon Regum Poloniæ latinum cujus pars ad Zemovislaum usquè reperitur, edita Torunii, 1597. Appellatio sivè Apologia Confœderationis Regni Polon. inter dissidentes de Religione, edita Polonicè Regiomonti, 1598. &c. 26. Jan. 1603. Brodniciæ.

2. Stanislaus Gronicius, Minister Ecclesiæ Zercoviens. 1606

3. Samuel Dambrovius, Petri Dresnensis M. V. D. Filius, natus 1577. A Patre institutioni Fratrum Confess. Bohem. initiò traditus. Pastor Ecclesiæ Posnaniensis, deinde Vilnensis in Lituania, 1615. Scripsit ac evulgavit Postillam Polonicam super Textus Euangeliorum Dominic. Festorum dierum, cum funebribus quibusdam Concionibus; excusam typis Torunii, 1621. Medicinam spiritualem hominis Christiani in morbo, &c 1611. 15. Jul. 1625. æt. 48. Vilnæ.

4. Caspar Diringius Posnaniensis, cœtus Posnaniensis & Suarencensis Ecclesiastes Germano-Polonus. 1641. Suarenci.

1644 5. Johannes Faustus Silesius, Smiglæ.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

CONSENIORES,

ejusdem Confess. August.

Mors. Anno Christi.

1. Nicolaus Gliznerus, Ecclesiæ Posnaniensis Minister.

2. Petrus Costenius, Miloslaviæ.

3. Simon, Minister Wilkoviæ.

1595 4. Petrus Dresnensis Pogorzeliæ.

5. Laurentinus Karsnicius Ustensis, Minister in Gnin.

1644 6. M. Johannes Holfeldius, Ecclesiæ Lesnensis Pastor.

RELIQUI

Pastores & Ministri.

1. Lucas Jaraczevianus, Minister Szamotuliensis.

2. Abraham Abdeel, Concionator Germ. Posnaniç.

3. Daniel Kitelinus, Sbansini.

4. Leonhardus Krantzheim, natus 16. Septemb. 1532. in Franconiæ Oppido Iphofen. Theologus & Chronologus clarissimus, olim Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, cujus in signe opus Chronologicum extat: deinde Franstadianæ sive Ulchovensis Ecclesiæ in Poloniâ Pastor. 12. Decemb. æt. 67. Fraustadii.

5. Valerius Herbergerus, Antistes Ecclesię Uoschvensis seu Transtadiensis in Poloniâ: Postil. super Euangel. Dominic.; Funebres & Connub. plurimas Conciones, & Magnalia Dei, &c. German. lingua edidit.

6. Johannes Tinæus Collega Ejus in Ministerio sacro, Poëta: cujus Anagramma & symbolum: Ante omnia Jesus.

7. M. Zacharias Herbergerus, Valerii Filius Ecclesiastes Transtadiensis: tædas Nuptiales, & Calendarium Christianum typis divulgavit.

8. M.

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. 8. M. Michael Ederus, Pastor Ecclesię Fraustadiensis; *Ita memoriam omnem perdidit* A. 1645. quodam casu: ut, cum reliquo corpore satis valeret, *Ne legere tamen vel lineolam amplius potuerit, etiam textus Germanici.* Vide, quantum thesaurum momento adimere Deus nobis potest: orandus tanto diligentius, ut servare dignetur, quod gratiosè contulit seu largitus est. Mors. Anno Christi. 12. July. 1648

9. M. Jacobus Hedericus alias Heidenreich, Jacobi Hederici SS. Theol. Doctoris Filius Pastor Ecclesiæ Suarencensis & Posnaniensis; in itinere propè Svarencium, à nefariis quibusdam trucidatus, post Festum Epiphan. 1632

10. Lucas Malovius, Bojunoviæ. &c.

III. CONFESSIONIS HELVETICAE, *in Distr. Maj. Pol. Cujaviensi, Ecclesiarum.*

Seniores sivè Superattendentes.

1560 1. Andreas Prasmovius, Pontificius olim Sacerdos, Posnaniæ ad D. Johannis ædem extrà urbem Ecclesiam ab erroribus Pontificiis sensim repurgare cæpit. Quem propterea Benedictus Isbinscius Episcopus Posnaniesis, illinc expulit in Cujaviam: ubi reformationem illam, majore cum fructu continuavit. Ecclesiæ Radziejoviens. Pastor. Extant scripta ejus. De Ministerio sacro Ecclesiastico Martini Buceri liber, ab Immanuele Tremellio Latinè ab eo verò Polonicè translatus, 1564 Catechesis Heidelbergensis Polon., Admonito de dissensionibus Eccles. eodem anno. Colloquium Polon. de Conjugio & Cælibatu Sacerdotum, & de Quæstione. Utrum Magistratrus Ecclesiasticus errare possit. 1581. De Ecclesia Dei, & notis ejus, Regiomonti, 13 Mart. 1591 Radziejoviæ.
1585. De Petri & Rom. Pontif. Principatu, XL. Quæsti-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ſtiones Latinè eodem Anno ibidem editæ. Ad calumnias Andreæ Pliſcii Nieſzev. Eccleſiæ Sacerdotis, Reſponſio Polonica. &c. Mors. Anno Christi.

1592 2. Petrus Tornovius, Dembniciæ Euangelium Chriſti, integris 32. annis docuit. 2. Juny 1597.

1607 3. Daniel. Micolajevius, poſteà in Unit. Fratr. Confeſſ. Bohem. adſcitus: de quo ſuperius. 8. Apr. 1633. æt. 73. Dembnicæ.

CONSENIOR, *poſt Petrum Tarnovium, & Danielem Micolajevium, fuit Iacobus Gembicius, Vnitati Fratrum inſertus: de quo ſuprà.*

RELIQUI MINISTRI *& Paſtores.*

1. Andreas Cruſvicenſis, Miniſter Liſſovienſis.

2. Paulus Procopius, Paſtor Eccleſiæ Parzyniecchii, deinde Dzialoſſini.

3. Valentinus Curio Halenſis, Miniſter Radziejov. & Rector ibidem Scholæ, annis plus 40. &c. 18 Junii 1613. æt. 84.

CAPUT. XV.

Theologi atque Paſtores Reformatarum ſpeciatim Eccleſiarum, per certos diſtrictus diſtinctarum, in MINORE POLONIA.

SENIORES ſivè SUPERATTENDENTES, plerumque è Conſenioribus ac ordinati.

I. In Claſſe ſivè Diſtrictu CRACOVIENSI.

1554 1. FElix Cruciger Scebreſino oriundus, Sacerdos olim Pontificius, puriorem Chriſti doctrinam annuntiare cæpit, 1546. in Eccleſia Niedzuiedenſi. Reformationem Eccleſiarum Min. Polon. ſtrenuè juvit: primus in Diſtrictu Cracovienſi Senior ſivè Superatten-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. attendens 1554. vir doctus & pius. In Epistolis Calvini extat ejus Epistola ad Calvinum Numero 311. & Calvini ad eum, 320. Ad gubernandam Ecclesiam Seceminensem vocatus à Patrono Stanislao Safranecio. Paralysi correptus, à Concione quam in Templo, primâ Paschæ Feriâ, in solenni Auditorum frequentiâ habuit, domum reversus, vitam clausit Sceemini. Mors. Anno Christi. 1563

1557 2. Johannes Lascus vel à Lasco, illustri apud Polonos natus familiâ, Anno 1499. Inter Majores ejus recensentur, Albertus Lasco Castellanus Lenciciensis, 1417. Stanislaus Alberti Filius Vexillifer Siradiensis. Johannes Archiepiscopus Gnesnensis 1510., patruus hujus Theologi Euangelici, mortuus 18. July. Fratres quoqué duo: Hieronymus (Jaroslaus) Palatinus Siradiens., vir excellentis ingenii, & Cæsaris Ferdinandi Primi, ad Turcarum Imp. Legatus, vel ex Sleidani Commentariis lib. 6. 13. & 14. sat notus. Et Stanislaus. Ex Hieronymo fratre Nepos, Albertus Palatinus Siradiensis. Fuit & Nicolaus Nepos ejus, Incisor Regni, Capitaneus Crasnostavensis. Hic autem JOHANNES LASCUS à puero ad humaniorum literarum studia adhibitus, domesticâ institutione non contentus, Italiæ, Galliæ, Germaniæqué celeberrimas quasqué Academias adiit. Latinas atqué Græcas literas, adeoqué disciplinas omnes, quæ liberalem animum decent, probè didicit. His artium virtutisqué ornamentis conspicuus, ad non postremos Ecclesiæ Romanæ honores evehitur, fitqué Præpositus Gnesnensis & Lenciciensis, nec non jam nominatus in Ungaria Episcopus Vesprimensis. Cum Erasmo Roterodamo magna ipsi intercessit familiaritas: quod indicant Erasmi ternæ ad eum literæ, Epist. lib. 18. p. 614. Basileâ A. 1526. lib. 19. p. 638. & 685. A. 1527. Sed cum Tiguro Helvetiorum, iter in Galliam haberet, per Huldricum Zuinglium Ecclesiæ illius Ministrum, ad S. Scripturæ

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. lectionem inductus, puramqué Euangelii Religionem edoctus fuit. Quapropter minimè sibi cunctandum ratus, seriò veritatis studio, animum applicuit. Cumqué à Sigismundo I. Rege Pol. Episcopus Cujaviensis designatus & nominatus esset, ipse Regem adiit, & cur id munus suscipere non posset, palam ostendit: quo Rex non modo non est offensus, sed & ultrò commendaticias literas ei ad omnes Principes concessit. Abiit igitur ex Patria 1540, quæ tum temporis nullum ferè veritati locum relinquebat, ad exteros, præsertim in Belgium, pietatis propagandæ causâ, sciente & permittente Rege: ac maluit vir pius, ut Moses vexari cum populo Dei, quam apud suos gratiâ & auctoritate florere. Hebr. 11. v. 25. 26. Ubi in Frisiam profectus, Embdam (sub finem anni 1542.) in Orientali Frisia sitam, est vocatus: ut Ecclesiæ illius curam ageret, quâ Verbi divini pabulo pascendo, quâ pedo disciplinę sacræ regendo: fuitqué Emdensis hujus Ecclesiæ, (unde & Frisię Occidentalis cum aliis Franckerana Ecclesia crevit,) instaurator ex præcipuis. Sequenti anno ab Anna Oldenburgica vidua Comitis Orientalis Frisiæ, adhibitus est ad Ecclesiarum Reformationem, etiam eo in loco curâ & operâ suâ profuit. Itaqué cum in Frisia totum ferè decennium exegisset: Anno 1549. propter Caroli V. minas & interimisticam tempestatem dimissus, hortatu Thomę Crammeri Archiepiscopi Cantuariensis, à Rege Eduardo in Angliam, fuit vocatus: ubi Ecclesiam peregrinorum, Regis beneficio Londini collectam & institutam rexit, ac legibus instruxit, Ejus Superattendens, cum quatuor Ministris Christi, Gualtero Delœno, Martino Micronio Flandro, Francisco Riverio, & Richardo Gallo, Regis ac senatus decreto, 24. Julii, 1548. constitutus. Ejusdem Ecclesiæ Senior gubernans fuit Johannes Utenhovius nobilis Gandavensis Flander, vir literatus, Scriptor Historiæ

Mors. Anno Christi.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

riæ de illa Ecclesiâ dispersâ. Trium aut quatuor Millium cura Lasco incubuit: quorum ut publicè saluti studebat, ita Singulorum privatim curam gerebat. Sic omnes velut in una familia constituti ab uno Patre regebantur: omnes eum in Domino Patrem colebant ac verebantur. Paulò verò post Anno 1553. Eduardo VI. summæ spei Principe, qui omnibus piis & doctis, Polonis Germanis, Gallis, Scotis, Italis, Hispanis, hospitium dederat & patrocinium, rebus humanis 6. Julii æt. 16. non absquè veneni Suspicione exempto; mutatâ sub Mariæ sororis ejus, Reginæ imperio, Religione; Lascus impetratâ à Reginâ veniâ, cum duabus regiis navibus, cum uxore ac liberis, & non parva suæ Ecclesiæ, virorum ac mulierum, parte, in Daniam Christierni Regis humanitate fretus, contendit: ut in asperrimis hyemis frigoribus isthic respiraret. Sed ibi parum amicè, ob diversam de Cœna Domini Sententiam, est exceptus: ne hybernandi quidem concessâ morâ. Maritimę quoquè Saxoniæ Urbes peregrinam Ecclesiam indigne repulerunt. Nam tametsi suæ doctrinę rationem publicè & privatim reddere parati essent: tamen passim rejecti sunt. Id verò non tam culpa Magistratus, quam concionatorum instinctu factum, vulgò creditum est. Tandem post longas oberrationes & varia pericula, apud Illustrem Principem & heroinam Annam Odenburgicam, Frisiæ Orientalis Comitem, dissipatæ illæ Ecclesiæ Sedes invenerunt: & ab Embdanis, omnibus humanitatis officiis excepti fuerunt. Lascus deinde, relictâ Frisia: Anno 1555. sub exitum Aprilis, Francofurtum ad Mœnum Imperii urbem concessit, ibiquè Ecclesiæ Peregrinorum maximè Belgarum, erigendæ potestatem à Senatu impetravit: cui Petrus Dathenus præfuit. Tandem Lascus in Patriam Poloniam, unde Viginti amplius annos adfuerat, literis minimùm quadragenis,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter, ac imprimis à Districtu Min. Polon. Cracoviensi, invitatus rediit, Comite Joh. Utenhovio, 3. Decemb. 1556. & comparuit primùm in Synodo Juanoviciis habitâ, Kal. Jan. 1557. Ex quo venit in Poloniam, Synodis Districtus Cracoviens. singulis ferè interfuit, ac cum Felice Crucigero præfuit, gloriamqué Dei strenuè promovit. Sed cum brevi tempore suos domi docuisset, triennio exacto à suo in Patriam reditu, è terreno exilio in Cælestem patriam tetendit, Pinczoviæ: ubi in Templo Parochiali 29. Januarii, in solenni frequentia, cum planctu omnium, sepultura ejus adornata est hoc ordine. Deducto in Templum corpore, primùm Concionem funebrem Polonicam, Jacobus Sylvius V. D. M. habuit: sequtæ Orationes, in quibus omnes pii actus vitæ ipsius, pro solatio Ecclesiæ, enarrati fuerunt. Latinæ Orationes duæ: priore Stanislaus Sarnicius Pastor cœtus Niedzuiedens. posteriore Petrus Statorius Rector Scholæ Pinczovianæ, defuncto parentârunt. Tertia Oratio Polonica Felicis Crucigeri, finem imposuit. His omnibus absolutis, honorificè Corpus sepulturæ commendatum est, cum gratiarum actionibus divinis. Scripta ejus extant varia. De Cæna Domini. Contrà Mennonem Anabaptistam. De recta Ecclesiarum instituendarum ratione Epistolæ tres. Forma ac ratio tota Ecclesiastici Ministerii, in peregrinorum, maximè Germanorum Ecclesia, instituta, Londini in Anglia, 1550. &c.

Mors, Anno Christi. 8. Jan. 1560. æt. 61.

1558 3. Stanislaus Lutomirscius, generosâ & Nobili natus stirpe, Sacerdos olim Pontificius, Koninensis Tussinensisqué Plebanus vulgò dictus, ab Archiepiscopo Gnesnensi de hæresi Lovicium citatus: verùm Sacris Bibliis, & magnâ Propinquorum catervâ stipatus cum venisset, ad Archiepiscopum non admissus. Quare domum reversus, Religionis suæ Confessionem scripto edidit, eamqué Regi, Archiepiscopo, ac compluribus

ribus

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ribus Regni Proceribus transmisit, ac post typis evulgavit. Senior sivè Superattendens Ecclesiarum, unâ cum Felice Crucigero, & Johanne à Lasco, in Synodo Ulodislaviana, 9. Maj, 155. tandem pertractus ab Italis quibusdam advenis, opiniones Arii sequentibus, in diversam, de Tribus in Una Dei essentia Personis, sententiam abiit. Mors. Anno Christi.

1563 4. Stanislaus Sarnicius, Nobili genere natus, Joannis Filius, Jacobi aulici Regii, & ad Scythas, quorum linguæ noticiam sibi comparaverat, Legati Nepos; Minister Verbi Dei in Ecclesia Niedzuiedensi. Arii, Servetiqué dogma de Deo introducentibus, 1562. fortiter sese opposuit: ab obitu Felicis Crucigeri 1563. Senior sivè Superattendens. Scripsit Annales, sivè de Origine & rebus gestis Polonorum & Litvanorum libros Octo, 1587, &c. ideoqué commendatus à Simone Starovolscio in Elogiis & Vitis Centum Poloniæ Scriptorum, p. 113.

1570 5. Jacobus Sylvius Smilovitanus, sacerdos olim Pontificius, Euangelium Christi prędicare cœpit Krzczenciciis, 1547. deinde Pastor Ecclesiæ Pincxoviensis, primus celebravit Pinczoviæ, abrogatâ Missâ, Cænam Dominicam, 25. Novemb. 1550. iterum Krczencicensis Ecclesiastes. Interfuit Synodis Generalibus Sendomiriensi, Senior Districtus Chencinensis, 1570. Petricoviensi, Senior Distr. Cracov. 1578. Ulodislav. 1583. miles emeritus. Acta Synodica Distr. Cracov. notavit ab Anno 1550. ad 1558.

19 Julii 1596. in Syn. Distric. Oxensi. 6. Martinus Janicius, eruditus Theologus, Pastor Ecclesiæ Seceminensis: edidit Polonicè Pericopen Disputationis Vilnensis, de Primatu Episcopi Romani, 1599. Biblia U. & N. T. Polonicè interpretatus est: sed illa in lucem typis non edita.

1599. Ib. 7. Franciscus Stancarus, Francisci Mantuani Itali, (de quo Lib. I. Cap. XIII. & XV. Hebraicè, Græcè, La-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Latinè docti, Scriptis in lucem editis clari, Medicinæ Mors. Anno Christi.
Doctoris Basileæ promoti, Theologi, à Sigismundo II. Augusto Rege Pol., indigenæ, civis, & Nobilis 1569. declarati & recepti, mortui Stobniciæ 12. Novemb. 1574. æt. 73.) Filius, 2. Octob. 1562. natus, Minister Christi in Oxensi Ecclesia. 28Mar. 1621. æt. 59. oxæ.

1624. in Syn. Provinc, Gliman. 8. Franciscus Plachta Seceminius, facundus & patheticus Concionator, Martini Kwiatkowskii Plachta appellati, viri doctrinâ & genere Nobilis, ex tractu Syradiensi oriundi, Italicæ, Germanicæ, aliarumqué exterarum linguarum periti, primùm Sereniss. Electoris Brandeburgici multis annis, pòst Illustris Dn. Stanislai Szafraniec Palatini Sendomiriens. Aulici, Filius; natus in Oppido Secemin, circà A. 1556. Utroqué Parente, puer adhuc, orbatus, ab eodem Szafranecio promotus, in variis Gymnasiis & Academiis, humanioribus ingenium excoluit artibus. Summam 1634. æt. 80.
deinde, & in adultiore ætate, Illustris hujus Patroni ac Evergetæ, expertus est benevolentiam, quem ad extremum ferè vitæ diem, subinde multis encomiis, ob singularem pietatem, Religionis zelum, literarum literatorumqué promotionem, gratâ mente deprædicare solebat. Studiorum curriculo confecto, redux in Patriam, primùm Pinczoviæ in Scholâ Euangelicorum tùm temporis celebri, munia Præceptoris obivit: post SS. Ministerio initiatus. Synodi autoritate Lukoviam A. 1592. hinc Sendziejoviam A. 1593. tandem Chmielnikum A. 1595, ad munia SS. Ministerii obeunda, sese contulit: tribus in his Parœciis sivè Templis simul ob vicinitatem locorum, (Catechistæ quandoqué operâ usus,) Ministri Verbi Dei ac Concionatoris obibat munus. Ad Synodum Generalem Torunens. deputatus, A. 1595. legati nomine ex Distr. Chencinens. Actis Synod. subscripsit. Dum verò Templum Sedziejoviens. per decretum Juris Tribunal. Pontificiis cessisset,

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. sisset, inde & ipsemet cedere coactus; Ecclesiæ Oxensi A. 1622. deniqué Ecclesiæ Gorensi A. 1630. sententiâ & Consensu Synodi est præpositus. Vitæ laborumqué satur, omnibus gratus & acceptus, ætat. suæ circiter 80. Anno 1634. die F. Stephani Proto-martyris, placidè obdormivit, in solenni Nobilium Auditorum suorum frequentiâ, ad sacra F. Nativitatis Christi confluentium. Post varias singulorum, ad pietatem & in Religione Euangelicâ constantiam, exhortationes: cum morbus, morsqué jam jam imminens, vocis usum adimeret, rogatus ab Auditoribus adstantibus lugentibusqué, cum linguâ non posset, cretâ scribendo in tabellâ, hæc extrema illis, piæ perpetuæqué recordationis ergò, reliquit monita, è sacro Codice petita. *Fidem Dei habete; in Charitate ambulate; Deum timete: quia judicium Domini propè est.* Ibidem 5. Febr. A. 1635. in frequenti Nobilium Auditorum, ad Exequias comparentium concursu, qui summo amore & honore superstitem prosequuti fuerant, honorificè sepultus. Mors. Anno Christi. Marc. 11.21. Eph. 5. 2. 2. 1. Pet. 2.17. Iac. 5.8.9.

1635 9. Johannes Milicius, Petri Milicii Silesii, Landschutensis Filius Gregorii Consenioris Distr. Lublinens. Frater. Pastor. Ecclesię Oxensis, apolexia extinctus. 1639. æt. 66.

30 Sep. 1640. in Syn. Provincial. Chmielnicensi 10. Daniel Clementinus, Danielis Bohemi Civis Cosminecensis in Maj. Polon. Filius; Lucæ Andronici Bohemi, Ministri V. D. & Consenioris Eccles. Maj. Pol. Confess. Bohem. ex fratre Germano Nepos; Lucæ Cosminii Pastoris Ecclesię Sidrensis in M. Duc. Lituaniæ, germanus Frater. Ecclesiastes Gorensis, post Jodlow. Wiatonic: tandem Chmielnicens. Scripsit Antilogias & Absurda Socinianorum A. 1623. Antapologiam contra refutationem Scripti sui, A. 1630. Obiit Chmielnici, 22. April. 1644 22. Apr. 1644

27 Sep. 1643. in Syn. Prov. Oxensi 11. Albertus Wengerscius, Vencеslai Filius; Alberti, cujus fit mentio Lib. 1. Cap. 14. Nepos; Seniorum

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. orum Fratrum, Matthiæ, Thomæ, Johannis, Andreæ, Verbi Divini Ministrorum, quintus & ultimus germanus Frater, natus 2. Mart. A. 1604. Studiorum cursu confecto, A. 1626. 7. Febr. Rector Scholę Ostrorogiens., ibidemque in Synodo Diaconus sivè Catechista Ecclesiæ Dei, A. 1627. In informanda juventute quatuor consumptis annis: in Min. Pol. ad munia obeunda Ecclesiastica, in Aulâ Opoliensi Illustr. Dominæ Barbaræ de Leschon, Slupeciæ Castellanæ Lublinens. 13. Oct. 1629. designatus. Minister verbi Dei ordinatus 27. Sept. 1631. in Synodo Min. Pol. Provinc. Glinianensi. Anno 1637. die antecedente Festum Ascension. Christi, ex Districtu Lublinensi, autoritate Synodi Provinc. in Districtum Cracoviensem ablegatur, ibidemque Ecclesiæ Wielkanocensi & Cracoviensi præficitur. Notarius synodicus Distr. Cracov. 1639. Consenior, 30. Sept. 1640. Senior ejusdem Distr., 27. Sept. 1643. in Synodo Provinc. Oxensi. scripsit Antidotum sivè Medicinam Spiritualem contrà Apostasiam à fide & Veritatis cognitione, Polonicè; typis evulgatam 1646. Mors. Anno Christi.

II. In Districtu OSUIECIMENSI & SATORIENSI.

1. Paulus Gilovius, de quo inferius, inter seniores Districtus Russię.

1614 2. Jacobus Beutnerus, Præco justitię Christi in Ecclesia Gorlicensi.

3. Bartholomæus Bythnerus, ultimus in hoc Districtu Senior. Nam ob Ecclesiarum in eo paucitatem, post annumeratus fuit Cracoviensi. De hoc Seniore vide inferius inter Seniores Districtus Sendomir.

III. In Districtu SENDOMIRIENSI.

1582 1. Nicolaus Socolovius, Pastor Ecclesiæ Ivanicensis.

2. Ja-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 2. Jacobus Pabianovius, Antistes cœtus Olesnicensis. Mors. Anno Christi.

3. Joannes Domicius, Cuttenus.

4. Paulus Domicius, Joannis Domicii Cutteni Filius, Ecclesiastes Malicensis. 1628

1624. in Syn. Pr. Glemian. 1628 5. Bartholomæus Bythnerus Silesius, anteà Ecclesiæ Glambovicenæ, deinde Malicensis Minister, Senior primùm Distr. Osviecim. & Satoriens. ultimus, deinde Sendomiriensis, Christi, pro nomine multa perpessus. Extant Scripta ejus Latina, Fraterna & modesta ad omnes, per universam Europam Reform. Ecclesias, pro unanimi in toto Relig. Euangelicæ negotio, consensu inter se constituendo, Exhortatio, nomine Fratrum Euangelicæ Professionis, in Regno Polon. existentium, Excusa 1612. recusa Francofurti, ad Mœnum 1618. Item Tractat. de Invocatione Sanctorum, Enchiridion Consolatorium pro iis, qui hoc tempore persequtiones gravissimas, Euangelicæ veritatis causa patiuntur, 1624. Latinè. idiomate Bohemico, 1631. Polonico 1635. translatum. &c. 28. Mar. 1629. æt. 70. Maliciis.

1629. in Syn. Prov. Oxensi 6. Thomas Wengerscius, Venceslai Filius Alberti Nepos, à Fratre germano Matthiâ secundus, natus 6. Decemb. A. 1587. Prima studiorum fundamenta Ostrorogi jacta, in schola Bethaniensi Silesiorum, 1604. post in Gymnasio Torunens. Borussornm, 1609. continuavit. Diaconus sivè Catechista Ecclesiæ Dei 1611. in Synodo Ostrorogensi Concionator in Aula Raphaëlis Comitis de Leschno, Castellani Visliceens. post Calissiens. 17. Maj. 1612. per biennium. studiorum pertexendorum causâ, in Academiam Heidelbergensem A. 1614. concessit, usus illic SS. Theol. Doctoribus ac Profess. Barthol. Coppenio, Davide Pareo, Henrico Alting, Abrahamo Sculteto. &c. Inde lustratis præcipuis in Helvetia, Sabaudia, & Germaniâ Euangelicorum Ecclesiis atque Scholis, in Patriam re-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. versus, 1617. A Sacris Concionibus, in Aula Illust. Dominæ Annæ ab Ostrorog Orzechoviæ, Krupæ in Min. Polon. Minister Christi plenè ac legitimè ordinatus est 14. Oct. 1618. in Synodo Maj. Pol. Ostrorogensi. Pastor Ecclesiæ Barcinens., sub Illustri Domino & in Familiâ suâ ultimo hærede, Andreâ de Krotoszyn Krotoscio Palatinida Inovlodisl. Castell. Calissiensi, in Maj. Pol. 1619. ultimus: Vlodaviensis in finibus Litvaniæ sub Illust. Domino Raphaële Comite de Leschno Palatino Belsensi, 1622. primus: tandem Baranoviensis in Distr. Min. Pol. Sendomir. A. 1626. sub eodem Patrono, & illo defuncto, sub Filio ejus Andreâ Comite de Leschno Palatino Derpatensi. Senior Eccles. Districtus Sendormir., simulquè primus in ordine reliquorum Min. Polon. Seniorum Superattendens, sivè Præses Synodi Provinc. electione præviâ confirmatus, A. 1629. in Synodo Provin. Oxensi. Extant Scripta ejus in lucem edita, præter nonnulla quædam, Asymbolum Socinianorum, præcipuis fidei Apostolicæ articulis non credentium, ex ipsorum Autoribus concinnatum, 1630. Conciones De Pænitentia: De solatiis Parentum in obitu liberorum, 1624. De morte repentina, 1636. &c. Mors. Anno Christi.

IV. *In Districtu* LUBLINENSI, *&* CHELMENSI.

1560 1. Stanislaus Vartensius, Pastor Ecclesiæ Bichaviensis, sub Patrono Illust. Domino Andrea Myszkovio.

1569 2. Georgius Pontanus, Minister Labunensis, interfuit Synodo Generali Cracov. 1573.

1581. in Syn. Distr. Turobinensi. 3. Franciscus Jezierscius, Ecclesiastes Curoviensis, interfuit Synodo Gener. Thorunens. 1595. de Ecclesia Dei benè meritus.

1613. 11. July. in Syn. Distr. Lublin. 4. Johannes Grzybovius, natus. 1571. Ex Papatu ad Euangelium Christi, in tenerâ ætate conversus, litera-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. terarum studia tùm in Scholis Patriis, Turobinensi sub Rectore Stanislao Petricio, Levartoviensi sub Rectore Alberto Calissio, tum in Gymn. Torunensi, sub Rect. Casparo Frisio; tùm in Academ. Altorfinâ, continuavit. In Ministerium Verbi Divini, 7. Junii, 1600. ordinatus. Ecclesiastes olim Lublinensis, Cockoviensis, tandem Bilgorajensis. Obiit ætatis suæ Anno 70. Mors. Anno Christi. 10. Julii. 1641

29. Sep. 1641. in Syn. Prov. Belzicensi. 5. Johannes Zurovius, Andreæ Ministri cœtus Belzycensis, Filius, natus mense Novemb. 1582. studia literarum in Acad. Altorfina continuavit. Pastor Ecclesiæ Belzycensis, per 20. ferè annos; tùm Curoviens., deniqué Kockoviens. Senior electus in Synodo Distr. Kotscoviens. 1641. ordinatus 29. Sept. in Synodo Prov. Belzycensi. 9. Oct. 1643. æt. 61.

17. Jul. 1644. in Syn. Prov. Chmieln. 6. Andreas Wengerscius, Venceslai Filius, Alberti Nepos, majorum natu Fratrum, Matthiæ, Thomæ, Johannis, quartus germanus Frater, natus 16. Novemb. 1600. Primis literarum rudimentis Ostrorogi sub Rect. Ambrosio Halesio, imbutus: Leschnæ in finibus Maj. Pol. & Silesiæ, 1613 sub Rect. Michaële Aschenbornero M. V. D. & Poëta Laureato. Bethaniæ Siles. 1614. porrò institutus. Inde 28. Febr. 1620. egressus, Barcini in Maj. Pol., 13. Martii substitit: ubi manuductione germani sui Thomę, in sacris tirocinia posuit Concionibus. Post in Gymnasio Torunensi Boruss. 3. Nov. 1621. informatus. Diaconus sivè Catecheta Christi Ecclesiæ, 24. Sept. 1622. in Synodo Ostrorogensi. Scholæ Quilecens. Moderator, & in sacris Ecclesiæ adjutor, 9. Febr. 1624. Concionator Opoliæ Min. Pol. in Aulâ Ill. Dominę Barbarę de Leschno Slupeciæ Castell. Lublinens. 7. Decemb. 1625. studia sua continuavit ac pertexuit in exteris Belgii Confæderati Academiis, Lugduni Batavorum, 19. Oct. 1627. Franekeræ Frisiorum; Groningæ, 14. Mart. 1629. In Patriam 18. Maj. reversus, Minister V. D., legitimè

 ordi-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Mors. Anno Christi.

ordinatus, 8. Julii in Synodo Leschnensi, Pastor Ecclesiæ Polonicæ Lesnensis, & Gymnasii ibidem Rector, 19. Julii. Hinc intrà quadriennium & trimestre spatium, ab Illustri Patrono Raphaële Comite de Leschno Palatino Belsensi, vocatus, & impetrato per eundem à Senioribus Ecclesiarum Maj. Polon. consensu, assumptus 5. Nov. 1633. Vlodaviam venit, ibidemqué Ecclesiæ Euangelicæ gubernacula suscepit, eaqué gessit sub tribus Raphaëlibus Patronis. Raphaële Comite de Leschno Palatino Belzensi; Raphaële Filio hujus, Palatinida Belzensi; Raphaële de Buczacz Buczacio. Notarius Synodicus Eccl. Min. Polon. Distr. Lublin. 1636. Consenior 1643. Senior Distr. Lublin. solenniter ordinatus in Synodo Provinc. Chmielnici 17. Julii, A. 1644. Dum verò propter tumultus & irruptiones Cosacorum & Scytharum, wlodaviâ sese cum Conjuge ac liberis, nec non cum Gen. Dn. Buczaczki Patrono suo, in oppidum Skoki Maj. Pol. subduxisset: ab iisdem Cosacis, igne & gladio obvia quæqué depopulantibus, Templo & ædibus Paroch: wlodaviæ flammis absumptis, Bibliothecæ quam instructam habebat recularumqué suarum direptionem passus: ipsemet brevi post, Orzeszkoviæ quo ad exequias Nobilis cujusdam evocatus erat, Catarrho suffocativo correptus ac absumptus, ad cælestem commigravit Patriam, 11. Jan. 1649. sepultus Skokis 7. Febr. eodem Anno Extant Scripta ejus typis impressa, Polonica. Januæ linguarum Joh. Amos Comenii, ejusdemqué Vestibuli Versio. Ecclesiastes Privatus, Domesticus, & sacri cætus, hoc est, ratio cultus divini privati, domestici, Ecclesiastici, tàm præsente quàm absente Pastore, 1646. Versio Confess. Latinæ in Conventu Torunensi 1645. exhibitæ, typis evulgata 1647.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

V. *In Districtu* RUSSIAE *& Podoliæ.*

Mors. Anno Christi.

1. Stanislaus Chrzanstovius, Pastor Jaslovieccensis Ecclesiæ, 1560.

2. Albertus Biskupscius.

3. Paulus Gilovius, primus in Districtu Olvieci-mensi & Satoriensi Senior; deinde in Russia. Ecclesiastes Landshutensis. Scripta ejus in lucem edita Polonica. Postilla sivè Homiliæ super Epist. Dominic., & super Festa. Catechetica articulorum fidei explanatio. Apologia Catecheseos hujus, contrà calumnias Martini Czechovicii &c. Latina. Antiquæ fidei Christianę descriptio, sivè, de Origine veræ & falsæ Religionis: cui præfixa est præfatiuncula Johannis à Lasco, excusa Magdeburgi, Anno 1558. 8. April.1595

4. Johannes Chocimovius, è Pontificio Euangelicus, Vir insignis, genere Nobilis, & de Ecclesia Dei benè meritus. Post obitum, inter ejus supellectilia, repertæ sunt Regis Polon. literæ, quibus ei Episcopatus in Romanâ Ecclesia offerebatur. Extant ejusdem Precationes, Diario precum Crainscii additæ, 1603.

5. Jacobus Bochnicius, Pontificiis honestis Parentibus natus; Baccalaureus Philosophiæ in Academia Cracoviensi, sub Rectore Jacobo Gorscio: ad Religionem Euangelicam, operâ potissimum Pauli Gilovii Senioris conversus. Minister Verbi Dei in Districtu Russiæ Landshuti ordinatus. Pastor Ecclesiæ primò Czudecensis, deinde Buczacii, tum Pomorzanensis, sub Patrocinio Christophori Sienenii Palatinidæ Podoliens., inde Drohojoviensis: ubi, in Synodo Districtuali Senior Districtus Russiæ electus, & ordinatus: tandem Novotaneccensis, ubi, aliquot annis officio Ecclesiæ defunctus, velut emeritus, rude donatus, obiit Medio-Villæ, ætatis circiter 80. In Dec. 1639

1640. in syn. Prov. Chmieln. 6. Paulus Bochnicius, Jacobi cujus modò vitæ

 cur-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

curriculum delineatum est Senioris, Filius, natus die S. Stephani, 26. Decemb. 1604. In Patriâ Crasnobrodi, sub Rectore M. Jacobo Mylio Bipontino Palatino institutus: hinc in Academiam Heidelbergensem, 1619. promotus, ex quâ, 1623. inter maximas turbas, in ipsâ ejus desolatione, ad lares patrios rediit. Minister Verbi Dei, à Patre Seniore ordinatus: Pastor Ecclesiæ primò Siennoviensis, postmodum Medio Villanę.

Mors. Anno Christi.

VI. In Districtu BELSENSI, *Koliniens. & Kijoviensi.*

1585 1. Petrus Artomius, natus Grodisci in Maj. Pol. 26. Julii, 1552. in Patria Schola & vicinis, pietati & literis initiatus, eos in studiis progressus fecit: ut Johanni & Nicolao Comitibus ab Ostrorog. instituendis præficeretur, 1573. Post Vitebergam se contulit 1576. ubi exacto biennio, ad Ministerium Euangelii Varszaviam Masoviæ vocatus maximis cum Adversariorum odiis ac periculis, singularem Dei favorem & assistentiam expertus est. Inde, Anno post tertio Criloviam in Min. Pol. ex consilio ac voluntate Patronorum suorum transit senior primus Districtui Belsensi à Districtu Lublinensi 1585. datus. Mox sequente anno 1586. Torunium Borussorum ad functionem Ecclesiasticam legitimè vocatus, eoqué cum literis commendaticiis à Distr. Lublinensi missus, mense septemb. migravit. Isthic 23. annos in officio Ecclesiastico defunctus, cum Dominica VII. Trinit. quæ erat 2. Aug. post horam sextam matutinam, domo suâ egressus, ad sacram Beatæ Virginis dictam ædem, tenderet, ibidem concionem habiturus, lipothymiam persentiscens, domumqué reductus, per subitæ quidem, sed beatæ mortis januam, non improviso ab ipsomet, mortem sedulo serioqué dum viveret meditante, Apoplexiæ 2. Aug. 1609. æt. 57.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. lexiæ turbine abreptus, intrá adytum vitæ immortalis Mors. Anno Christi.
subducitur, horâ ejusdem diei antemerid. XI. Reliquit
scripta Polonica. Thanatomachiam 1600. Cantiones
Polonicas cum Præcationibus. Conciones aliquot, inter quas est Concio ejus, habita in Synodo General.
Torunens. 1595. Festo Barthol. ex textu Lucæ 22.
de contentione Apostolorum, & moderatione ejus per
Christum factâ, &c.

7. Octob. 1599. 2. Gregorius Jancovius, primò Pastor. Ecclesiæ
Lublinens. deinde Senior Distr. Belsensis; post Ecclesiastes Secimini in Distr. Cracov. Ad Pontificios, à quibus olim Monachus exierat, Cracoviam reversus, initio mensis Maj. 1616. Uxorem suam, ab eo, cui nam Religioni adhærere suaderet, inquirentem, seriò monuit:
ne ab Euangelicâ discederet, nec suo exemplo quicquam moveretur. In hâc apostasiâ, conscientiæ morsibus cruciatus, non diu supervixit.

9. Jan. 1600. 3. Christophorus Serpentinus, Alberti Pastoris Ecclesiæ Lobsenens. in Maj. Pol. Filius.

1603 4. Christophorus Crainscius, Ecclesiastes Lublinensis, Opoliensis, tandem Laszcoviensis, Vir multæ lectionis, Concionator fervidus, singularis Alumnorum
Ecclesiæ promotor ac educator. Extant Polonica Scrita ejus. Postilla sivè Homiliæ super Euangelia Domi- 21. Jan. 1618.
nicalia, Festorum Textus, & Epistolas Dominicales.
Catechesis, cum Hymnis Ecclesiasticis. Precationes.
Ritualis liber sivè Forma Ministerii & Ordinis Ecclesiastici. &c.

5. Thomas Petricius, Stanislai M.V.D. Filius, Ec- 18. Sept.
clesiastes Kozinens., post Holubecensis. Concionator 1641. æt. 59.
facundus ac disertus.

18 Jan. 1634. 6. Adamus Jarzyna Vieruszoviæ in Maj. Polon.
1579. natus, literis primum in patrio ludo, deinde Cosmineci, sub Rectore Mauritio Fidlero, informatus.
In Ministerium, 1605. Lagiewniciis Maj. Pol., ordinatus

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

natus. Pastor Ecclesiæ Berestecensis in Voliniâ.

Mors. Anno Christi.

NB. NB.

,, *Quoniam à primâ Ecclesiarum in Minor. Polon. Provin-*
,, *cia Reformatione, usu & consuetudine receptum est:*
,, *ut è Senioribus hisce omnium Districtuum, quorum*
,, *nomina Numero* XXXVI. *recensuimus; Unus Prima-*
,, *rius sive in ordine Primus, qui vulgò Superintendens*
,, *Ecclesiarum Minoris Poloniæ vocatur, Synodisqué*
,, *Provincialibus præsidet: totius Synodi Provincialis*
,, *autoritate, consensu, ac suffragiis eligatur; ac, non*
,, *quidem per impositionem manuum, (propter evitan-*
,, *dam Primatus alicujus suspitionem, aut juris ac po-*
,, *testatis alicujus in cæteros Seniores speciem;) bene-*
,, *dictione tantùm, fraternâ apprecatione, Officiorum*
,, *quæ hocce concernunt munus prælectione, piisqué to-*
,, *tius Synodi precibus; Regiminis duntaxat & Ordinis*
,, *boni in Ecclesiâ Dei causâ, inauguratur ac declara-*
,, *tur: operæ pretium duximus; Nomina Primariorum*
,, *horum Seniorum sivè Minor. Polon. Ecclesiarum Su-*
,, *perintendentum, à primâ origine, sibi certâ ac con-*
,, *tinuatâ serie succedentium, recensere & adiicere.*

1. Felix Cruciger.
2. Joannes à Lasco.
3. Stanislaus Parnicius.
4. Paulus Gilovius.
5. Franciscus Jezierscius.

21. Sept 1598 6. Christophorus Crainscius, Minister Ecclesiæ Opoliensis in Distr. Lublinensi: nondum Senior nequé Consenior, Præses Synodi Provinc: seu Superint. Eccl. Min. Pol. fuit electus O Zaroviæ in Synod. Provinc. 21. Sept. 1598.

29. Sep. 1600 1608. in Syn. Prov. ozaroviensi. 7. Franciscus Jezierscius denuo.
8. Franciscus Stancarus.
1624. in Syn. Prov. Chmian 9. Johannes Grzybovius.

10. Tho-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 1619. in Syn. oxensi. Prov. — Mors. Anno Christi.

10. Thomas Wengerscius, in Synodo Provinc. Oxensi, A. 1626, 27. Septemb. Senior Distr. Sendom, electus & ordinatus., moxqué sequenti die 28. Septemb. Superintendens Ecclesiarum Minor. Polon. omnium suffragiis, electus ac declaratus fuit.

CONSENIORES,

Seniorum in Districtu suo Collegæ in Seniorum loca & ordinem non provecti.

I. In Districtu Cracoviensi.

1500 M. Gregorius Pauli Bresinensis, Pastor Ecclesiæ Cracoviensis: in Arianorum de Deo sententiam delapsus.

2. Martinus Crovicius, Nobli genere natus, Romani olim Chrismatis Sacerdos, post Ecclesiæ Vlodislaviensis in Distr. Crac. Pastor. Scripsit Apologiam doctrinæ veræ & fidei antiquæ Christianæ. Tandem Arii de Deo Sententiam sequutus, Minister cœtus Vengroviensis in Masoviæ & Podlachiæ finibus, tum Piaselensis in Distr. Lublinensi. In Decemb. 1573.

3. Valentinus Brozovius, ex Cantionibus Bohemicis Unitatis Fratrum, Polonicas formavit: quæ ab aliis revisæ typis excusę sunt Regiomonti Borussorum, Anno 1554 in Folio.

1622 4. Andreas Hermannus, Minister Eccles. Cracov. Germano-Polônicus, primo Alexandroviciis, deinde Vielconoci per 20 annos. 15.Oct.1630 æt. 49.

1643 5. Johannes Malcolmus Barcini in Maj. Polon. Patre Scoto, Matre Polonâ, Filiâ Andreæ Reguli V. D. M. natus: Pastor Ecclesiæ Carminens. in Maj. Pol. deinde Gorensis, tandem Jodloviens. in Distr. Cracov. Concionator disertus felicisque memoriæ: igne sacro, morbo sic dicto, correptus, cui ne serperet ulterius occurrendo, manum sibi per chirurgum intrepidus 23.Nov.1646 æt. 44.

 abscindi

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. abscindi curavit, moxque vitam, inter preces & vota, finiit. Mors. Anno Christi.

6. Thomas Petroselinus Moravus, Jacobi Pastoris
1647 olim Trebicensis in Moravia, Filius: Thomæ Pastoris Jevicensis in ditione Comit. à Hradek Nepos, Pastor Ecclesiæ Oxensis, deinde Gorensis in Distr. Cracov.

II. In Districtu SENDOMIRIENSI.

1. Jacobus Minister Racoviensis.

2. Andreas Straznicius Moravus, Minister Voycensis. 13 Nov 1635.

1636 3. Johannes Plachta, Francisci Senioris Dist. Crac. Filius. 1. Febr. 1641.

1641 4. Paulus Hermannus, Andreæ Consenioris Distr. Cracov. Filius, Pastor Ecclesiæ Woycensis Obijt Anno 1650. æt. 42. 1. Maj. 1650.

III. In Districtu LUBLINENSI.

1581 1. Jacobus Bitinius Crasnostavensis, Minister Levartoviensis. Obijt Crasnostavi in patria, sepultus ibidem, 14. Octob. 1582. in horto suo hæreditario. 5. Oct. 1582.

1594 2. Gregorius Jancovius, de quo superius inter Senior. Dist. Belsensis.

1600 3. Christophorus Crainscius Pastor Ecclesiæ Opoliensis, Anno superiore 1598. Præses Synodi Provinc. de quo superius, inter Senior. Dist. Belzens.

ult. Maj. 1603 in Syn. Lublin 4. Albertus Mislovicius.

Cal Jul. 1606 in Syn. Belsicensi. 5. Gregorius Milicii Petri Milicii Silesii, Ministri Ecclesiæ Landshutanæ Filius, Johannis Senioris Distr. Cracoviens. Frater.

23. Junii. 1609. in Syn. Lublin. 6. Albertus Mislouius, Artium Baccalaureus. Ejus liber, cum hac inscriptione extat: Oliva pacifera, missa ad Magnif. & Generos. Virum Dn. Adamum Goraiski à Goray à quodam A. M. I. C. I. C. M. A. D. 1597.

7. Jo-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. 7. Joannes Cluentius Baczovius. Vierufzoviæ natus: Notarius Synodicus D. L. â 17. Junii, 1596. ad 1613. Paſtor Eccleſiæ Curov. tandem Bonczanenſis. Mors. Anno Christi. 14. Martii. 1636.

8. Laurentius Dominicus Czudecenſis, 1582. natus, Eccleſiaſtes Bonczanenſ. Lublinenſ. Radzienenſis.

11. Jul. 1613. in Syn. Lublin. 29. Sep 1641. in Syn. Prov. Belſ. 17. Jul. 1644. in Syn. Prov. Chmieln. 9. Georgius Lætus Moravus, Patre Georgio Læto Miniſtro Roſcicenſi in Moraviâ; Matre Zuſanna Georgii Vetteri Conſen. Unit. Frat. Bohem. viri ante centum annos in Eccleſiis Bohem. optime meriti Filia, natus 16. Octob, A. 1604. Cœpta feliciter Boleſlav. Bohem. ſtudia, in celebri primùm Gymnaſ. Bethan. Sileſ.; poſt Ephorum agens Generoſ. Dn. Minkicciorum per biennium, Generoſ. Dn. Oſſowſciorum Polonorum per ſexennium, in Belgii Confæderati, Angliæ, Galliæ Academiis, continuavit. Miniſterii gradum in Convocat. Leſchnen. Maj. Pol. A. 1640. ſuſcepit. Eccleſiaſtes aulicus Illi Dn. Sieniutę in Diſtr. Lublin., poſt Belſenſi. Conſenior Diſtr. Lublini in Min. Pol., A. 1644. Ob incurſionem Coſaccorum & Scytharum ſubitaneam, ipſo die Pentecoſt. locum mutare coactus, Kockoviam ſe contulit, Bibliothecę, quam apud Exteros ſat magno comparaverat pretio, paſſus direptionem. Brevi poſt Kockovię, aliquot Septimanarum ſpatio prius decedente ipſius Collega Andrea Wengerſcio Seniore Diſtr. Lublin., & ipſemet 27. Mart. 1649. è vivis exceſſit. Scripta ejus Latina. Pauli Apoſtoli Peregrinatio Cęſareâ Romam, ſivè, Hypotypoſis Concionum Practicarum in Cap. Act. 27. & 28. Anno 1639. Item, In Converſionem Pauli Apoſtoli Commentarius Practicus: Et, De Ratione Concionandi Tractatus, ad Methodum Anglicam conformatus, 1641. &c. Scripſit pręterea Commentar: in Epiſtol. Divi Pauli ad Epheſios, à Synod. Provinc. Min. Pol. reviſum ac approbatum, nondum in lucem Typis editum. 1642. 27 Mar.

10. Samuel Keſchnerus. De quo paulo inferius in ordine miniſtrorum.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors, Anno Christi.

IV. *In Districtu* RUSSIÆ.

1. Bartholomæus Falconius Vratislav. Silesius, Minister Verbi Dei Krzemienic.

2. Andræas Dobrzanius, M. V. D. in Ecclesiâ Sylvæ-Buczaz sivè Gajev. de quo vide inferiùs, inter Seniores Eccles. Litvan. 1640

3. Johannes Gilovius, Ecclesiastes Suidnicensis.

4. Laurentius Campianus.

5. M. Jacobus Mylius Bipontinus Palatinus, natus A. 1594. de quo infrà, inter Ministros Eccles. Litvan.

26. July. 1644 in Syn. Distr. medio-Vilensi. 6. Samuel Plachta, Francisci Senioris Distr. Cracov. Filius, natus A. 1614. 13. Mart. Literis tinctus in Patria Oxæ, Belsiciis; extrà Patriam, Torunii, Regiomonti in Borussia, Franckeræ Frisiorum, Lugduni Batavorum, Angliam, Galliam lustravit. Pastor Ecclesiæ Drohojoviens., deinde Cassicensis.

V. *In Districtu* BELSENSI.

1585 1. Johannes Losius, Ecclesiastes Beresteccensis.

2. Thomas Gorzkovius, genere satus Nobili, Lucoviæ.

3. Albertus Mislovius, de quo inter Consen. D. Lubl.

4. Martinus Gratianus Gertichius, posteà Senior Ecclesiarum Maj. Polon., de quo superius Cap. XIV.

5. Petrus Gilovius, Pauli Senioris Distr. Russiæ, Filius, Pastor Ecclesiæ Crasnobrod.

18. Jun. 1637 6. Nicolaus Orlicius, Pauli M. V. D. in Maj. Pol. Filius; Samuëlis Consenioris Maj. Polon. Frater, Minister Kozinens., Lescinens., tandem Holubensis. 12 Nov 1640. æt. 66.

1641 7. Stanislaus Zajanczkovius, Johannis Rectoris Scholæ Vieruszov. Filius, 8. Maj. 1594, natus. Rector Scholæ Crasnobrod., Pastor Ecclesiæ ejusdem, deinde Lescinens. in terrâ Kijoviensi, ob tumultus Cosacorum per biennium exul. RE-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

RELIQUI PASTORES *sivè* MINISTRI *omnium Districtuum Provinciæ Minoris* POLONIÆ.

1540 1. Joannes Cosminius, à Concionibus Sigismundo Augusto Regi Polon., A. 1542. de quo superiùs Cap. XIII.

2. Laurentius Prasnisius, Discordia vocatus, Concionator Sigismundi II. August. Regis Polon., 1544. de quo suprà ibidem.

3. Daniel Bielenscius Cracoviens. Polonicus & Germanicus Concionator. In Mar. 1591. Vilnæ.

4. Stanislaus Ecclesius, Wolborzii, Lublini. 1567

5. Petrus Lunscius, ex Tractu Petricov.

6. Alexander Vitrelinus Bithomiensis, Pastor Ecclesiæ Pinczov., tùm Gosliceņs.

1570 7. Matthias Rakow. Minister. Criloviens.

8. Stanislaus Marcianus Ducis Visnovecii Legatus ad Synodum General. Sendomir., Minister Ecclesiæ Dzievoltensis.

9. Nicolaus Zytno, Sustojevii.

1580 10. Johannes Losius, in Lipie.

11. Stanislaus à Zywiec, Pastor Siaseceņs.

12. Johan. Siekerzynius, in Juanowice.

13. Tiburcius Borisovius, in Hoczew.

14. Jacobus Megalius, Kazimiriæ.

15. Martinus Taurinus, Polecii.

16. Stanislaus Czaslavius, Minister Coritniceņs. in tractu Chencin.

17. Melchior Philippovius, Kossoviæ.

18. Martinus Lublinius, Vlodislaviæ.

19. Stanislaus Visniovius, Cracoviæ, Vieliciæ.

20. Albertus Uscianus, Kossoviæ.

21. Petrus Fridericus, Sczekocini.

22. Johan. Chencinianus, Rogoviæ.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

23. Albertus Laſſinius, Juanoviciis.

24. Jacobus Lublinius, Bibliorum Pol. Breſtenſ., cum aliis interpres.

25. Johannes Lancuchoviæ.

26. Jacobus Szadurſcius de Szadurki pago tractus Lublin., M. V. D. tùm in Oppido Wyſokie, tùm Rejovecii, ſub Patrono Nicolao de Naglawice Reii, primo Oppidi hujus Fundatore.

27. Johan. Czaplinius, Miſtoviæ.

28. Gregorius Zarnovecius, Miniſter Vloſzczov. eruditus, facundus, Theologus Scriptis celebris: inter quæ extant, Poſtilla Polonica, ſivè Conciones ſuper Textus Euangeliorum Dominic. & Feſtorum. Eas, in linguam Germanicam tranſlatas, commendat Keckermannus in Rhetor. Eccleſ. lib. 2, p. 136. Apologia Euangelicæ doctrinæ, & de Antichriſto tres Conciones. Apocataſtaſis Polonica, hoc eſt, defenſio Articuli de Satisfactione per Chriſtum Dominum, pro peccatis noſtris, juſtitiæ Dei præſtitâ, contrà Socini Diſput. de Servatore, à Cunrado Nubero V. D. apud Dantiſcanos Miniſtro, Latinè facta, & recuſa Franckeræ Friſiorum, 1618. Clypeus Veritatis, de æterni-
1601 tate Filii Dei. Apomaxis, ſivè, abſterſio Objectionum Licinii contrà Clypeum illum. Clypeus veritatis, de ſpiritu ſancto, &c.

29. Laurentius Simlerus, V. D. M. Vieruſzoviæ.

30. Gregorius Camocius, Rybitwi.

31. Johannes Simlerus, Laurentii Filius, Germ. & Polon. Concionator Cracov., tum Coſis, cis & intrà fines Sileſiæ.

32. Staniſlaus Biernacius, Miniſter in Zolkiew, Notarius Synodicus Diſt. Lublin. 1581.

33. Johannes Petricius, Eccleſiæ Vlodiſlav. Paſtor; ſcripſit libellum, cui titulus. Speculum Unitatis Dei, Patris, Filii, & Spiritus S. Cracoviæ, 1609.

34. Al-

Vita & Ordinatio, Anno Christi circiter. Mors. Anno Christi.

24. Albertus Turſcius, Paſtor Eccleſiæ Miedznenſis: qui Petro Zborovio Palatino Sendomir: in Turciam Legato, adfuiſſe, & Conſtantinopoli Sacram Cœnam publicè adminiſtraſſe, dicitur: de quo ſuperiùs Libro I. Cap. XIII. in recenſione Eccleſ.

35. Johannes Staſſovius, Eccleſiaſtes Baranov. in Diſtr. Sendom., interfuit Synodo General. Torunenſ.

36. Bartholomæus Sokol, Eccleſiaſtes Gzyzovien. Scripſit Precationes Polonicas, Epuſum Spitituale, vocatas, recuſas Baranoviæ, 1639.

37. Joannes Bzicius, genere Nobilis, Miniſter Eccleſiæ Belſicenſis.

38. Staniſlaus Orlovius, Labuni.

39. Balthaſar Cavaturſcius, Craſnobrodi.

40. Petrus Milicius Sileſius, Miniſter Palatini Ravenſis, Viliciis, tum Landſhut. Eccleſiæ.

41. Andreas Zurovius, Eccleſiaſtes Belſicenſis. 29. Jan. 1645. æt. 74.

42. Staniſlaus Czarnota, Kotſcoviæ.

43. Adamus Sendomirius, Lublini 1598.

44. Andreas Simlerus, Laurentii Filius, Johannis Frater, Paſtor Eccleſiæ Jodlovienſ.

45. Johan. Biſkupſcius, Alberti Senioris Diſt. Ruſſ. Filius, Opoliæ.

46. Albertus Paulovius, Dorohoſtay.

47. Paulus Kovalevius, Sopkoviciis.

48. Venceſlaus Simonides Chrapkovius, Paſtor Eccleſiæ Dublanenſis propè Leopolim, à Scythis captus, & cum eos per ætatem decrepitam ſequi non poſſet, capite truncatus.

49. Paulus Obrebius, Laſzczoviæ.

50. Johannes Radziſovius, Radziencini.

51. Sebaſtianus Carapha, M. V. D. in tractu Vinnicenſi, Scythis Oczakovienſ. & Precopenſ. pervio.

52. Staniſlaus Ranizovius, V. D. in cœtu Zolyniano, ditionis Staniſlai Stadnicii Comitis de Zmigrod,

Mi-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Minister. Scripsit Polonicè librum, de Religione Orthodoxâ, cum hâc epigraphe: Catholicus contrà Euangelicum Stanislai Grodzicii, Theol. D. Societat. Jesu, 1606. Mors. Anno Christi.

53. Jacobus Vlostovius, Matthiæ Theodori M. V. D. in Maj. Pol. Frater; Pastor Eccles. Baranov. in D. Send.

14. Jun. 1599 54. Stanislaus Patricius Vieruszoviensis, Rector Scholarum, Turobin. Levartov., Kotscovien., 1595. Extant Catonis Disticha Moralia, ejus operâ exornata, 1593. Pastor Ecclesiæ Kotscovien. assignatus, 1599. 1599. æt. 46.

55. Bartholomæus Brozdovicius.

1901 56. Juan, sivè Johannes Dobrzanius, olim Græco-Ruthenicus Sacerdos.

57. Sebastianus Crupscius, Vieruszoviæ natus, Ecclesiastes Lublinensis & Radziencinensis.

59. Andreas Sudrovius Seciminensis, Vloszchoviç post Luznæ. 1639. æt. 70. circ.

1602 60. Jacobus Zaborovius, Secemini natus, Minister Ecclesiç Kotscovien. Theologus eximius, Extant Scripta ejus Latina. Ad Nodum Gordium, seu Disputationem de Vocatione Ministrorum, à Martino Smiglecio Jesuita Theol. Doct. editam, Responsio, 1615. De Missione sacerdotum, in Ecclesia Romanâ, contrà Martinum Smiglecium, Dissertatio, Anno eodem. Vindicatio Dissertationis de Missione Sacerdotum in Ecclesia Rom. 1616. De Lublin. Disput. 1615, à Jesuitis institutâ, Epistolaris Relatio. Polonica. Ignis cum Aqua, id est, Tractatus de Unione, cur illa cum Arianis sivè Socinianis iniri nequeat, 1619. &c. 1621

61. Gregorius Gutovius.

62. Laurentius Kuklinius, Jasionoviæ.

63. Johan. Dobrostenius, Kobylani.

64. Michael Costovicius, Novotanecci.

65. Johan. Lescavius senior, Vitcoviciis.

66. Ja-

Vita & Ordinatio Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

66. Jacobus Augustinus Phylaxenus, Ecclesiæ Marciporembianæ Minister.

67. Andreas Vartensius, in Distr. Osuiecim.

68. Johannes Lescavius junior, Vilamoviciis.

69. Matthias Rymius, Ecclesiastes in cætu Pobiedrano.

70. Nicolaus Dasippus Cracoviensis, V. D. in cætu Cussinicensi, Minister.

71. Thomas Pandlovius, Pastor Eccles. Dorohostajens. ultimus; de cujus periculo superius Lib. 2. Cap. XV. 4. Martii 1643.

72. Matthias Dambscius Cotscoviensis, Jedlinsci.

73. Simon Sapscius, 4. Oct. 1566. natus, V. D. M. Kliczkov., Virzchov., Rejoviec., Bonczanens.

74. Samuel Pabianovius, Jacobi Senioris D. S. Filius.

75. Johannes Crocius, Ecclesiastes Cosensis.

76. Johan. Dambscius, Matthiæ Frater; Urusci, Bilgoray.

1609 77. Matthias Wengerscius, Venceslai Filius, Alberti Nepos; Thomæ, Johannis, Andreæ, & Alberti, Ministrorum Christi, primus Frater, natus A. 1581. Prima studiorum rudimenta Ostrorogi posita, in celebri olim Freistadiensi Silesiorum Gymnasio, A. 1599. deinde in Academ. Francofurtana ad Viadrum, 1605. continuavit. Rector Scholæ Ostrorog., 1607. Concionator primùm in Aulâ Generosi Christophori Mycielski, Borzenciciis, 1608. per sesquiannum. Minister Ecclesiæ Christi, plenè ac legitimè consecratus in Synodo Ostrorog. Major. Polon, 1609. A Sacris Concionibus in Aulâ Illustris Raphaëlis Comitis de Leschno, postea Palatini Belzensis. 24. Decemb. eodem anno. Postmodum in Aulâ Illustris Mariannæ de Leschno Principis Zaslavien. Palatinæ Volyniens, 19. Mart. 1611. per Annorum 27. decursum, ad ex-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. tremum vitæ halitum. Vir simplici & recto corde, gratus omnibus, gravis nemini. Peractâ, Festo D. Martini Concione sacrâ, ac explicato Lucæ 12. v. 35. 41. Textu, de præparatione ad mortem & judicium, finitâ more solito precatione, apoplexiâ correptus, in statione suâ, ceu bonus Imperator, animam Deo tradidit, Kijanis. Sepultus Zdenisiæ in Volynia. Mors. Anno Christi. 11 Nov. 1638. æt. 57.

78. Jacobus Radziejovita, ex Pontificio Euangelicus, Ostrow., post Lapczensf. Ecclesiastes.

79. Stanislaus Taxus, Dzialoszyni.

80. Nicolaus Dobrzanius, Johannis Filius, Andreæ & Lucæ Ministrorum Christi, Frater, Jablonoviæ.

8. Jun. 1616. 81. Martinus Crocinus, Bilgoray.

14. Jun. 1611 82. Andreas Jezierscius, Francisci Senioris Distrikt. Lubl. Filius; Curoviæ.

83. Michaël Sarlay Ungarus, Chmielnici.

84. Johan. Horatius, Cesarovicenf. in tractu Kijoviensi Minister. 19 Mar. 1640. æt. 50.

85. Sigismundus Rzepecius, Glinianis, Lusnæ. in Feb. 1646.

86. Johan. Bochnicius, Jacobi Senioris Dist. Russiæ Filius, Pauli Frater. Literis in Patria Criloviæ, sub Balthasare Pancratio Palatino informatus: extrà Patriam, Gedani Borussorum, florente tùm Gymnasio, sub Rectore Bartholomæo Keckermanno. Minister Verbi Dei in Ecclesia Crilovienf., tùm Dulibensi. 29 Mar. 1640. æt. 50.

87. Joh. Cicada Vendrensis; Niecrassoviæ, Sieczkoviæ in Distr. Sendom. 1647

88. Lucas Vartensius, Andreæ Frater in Dist. Osuiecim.

89. Jacobus Vartensius alter Frater, Medio-Villæ in D. R.

90. Johannes Vartensius, tertius Frater, Naglovi-ciis, 1628. Vielconoci, Jodloviæ. 1637

91. Daniel Zaborovius, Jacobi Frater; Rudnæ, Cotscoviæ. 8. Mar. 1642.

92. Jo-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 92. Johannes: Joram, Tovaczoviensis Bohemus, 11. Maj. 1589. natus: Concionator ante in Patria Bohemicus; postea Germanicus apud Hollandos Slavaticenses, in finibus Litvaniç & Min. Polon. Polonicus in aliquot longè dissitis Litvaniæ locis: hinc Cotscoviç in Min. Pol. Mors. Anno Christi.

93. Joh. Iphtinius, ex Pontificio Euangelicus, Academ. Cracov. Baccalaureus; Wylok. in Dist. Sendom.

14. Oct. 1618. 94. Johannes Wengerscius, Venceslai Filius, Alberti Nepos, Matthiæ, Thomæ tertius Frater germanus, natus 1591. Festo Ascens. Christi. Prima fundamenta literarum Ostrorogi jecit, eadem in Gymnas. Bethanien. Siles., 1604. tùm in Gymn. Thorun. 1610. continuavit. Rector Scholæ Lobsenensis in Cujav. 1614. Diaconus sivè Catechista Eccles. Christi, 1615. Posnaniensis Orthodoxi cætus Concionator designatus, singulis Septimanis eò commeavit Ostrorogo, ad sacra diei Dominicæ: ultimam illic, intra muros Ædis dirutos Concionem Domin. Sexagesimæ, 1617. habuit. Minister Ecclesiæ Christi, plenè ac legitimè ordinatus, in Synodo Ostrorog. Maj. Pol. 14. Oct. 1618. Ecclesiastes Opoliens. in Min. Pol. Distr. Lubl. Illustris Dn. Barbaræ de Leschno Slupeciæ Castellanæ Lublin. per octennium. Posteà Lituinovicens. in Podlachia, A. 1625. Tandem Vengroviensis in Masovia, 1630. Principum Radziviliorum sæpè in Comitiis Regni Concionator: vir pius, sincerus, modestus, in officio sedulus; subinde ingeminans verba illa: *Miserere mei peccatoris, Domine.* piè & placidè obdormivit Levartoviæ in Dist. Lubl., quo se valetudinem curaturus ad Medicum contulerat: sepultus Vengroviæ. Cal. Oct. 1636 et. 46.

95. Christophorus Rosanovicius, Academ. Francofurt: & Basileëns. Studiosus. Pastor Ecclesiæ Wiatowicens., post Gorensis in Distr. Cracov. 24. Dec. 1639 æt. 44.

vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

96. Adamus Maternus, Pastor Eccl. Dzialoszyn. post Chmielnicens. in Dist. Cracov.

97. Valentinus Gratianus Crainscius; Suligostoviæ in Masov.

98. Lucas Dobrzanius, Johannis Filius, Andreæ & Nicolai Frater; Cosaroviciis in Dist. Kijoviens.

99. Bartholomæus Bythnerus, Bartholomæi Senioris Distr. Sendomir. Filius, Johannis Senioris Eccles. Maj. Polon Frater; Maliciis in Distr. Sendom. post Luznæ in Distr. Cracov.

100. Christophorus Musonius, Christophori Consenioris Maj. Pol. Filius, natus 1594. Andreæ Senioris sive Superintend. in M. D. Litvaniæ Distr. Novogrod., Frater: Ecclesiastes Novosioleciis, Suligostoviæ, Lysobycis, Curoviæ. 7. Febr. 1646. æt. 52.

101. Jacobus Gaulovius, Lescini in Distr. Kioviens.

102. Matthæus Americus Moravus: studia literarum in solo patrio cæpta, continuavit primùm in Gymn. Bethan. Siles., deinde in Acad. Lugduno-Batavâ. Minister V. D. 9. Oct. 1632. in Synod. Leschnen. ordinatus: Pastor Eccles. Jablonov. in Podolia. 1639. æt 48.

103. Albertus Cossovita, Ecclesiastes Laszczoviens. in Distr. Belzens.

104. Daniel Levinius Bohemus, Minister 9. Oct. 1632. in Synodo Lesch. inauguratus, Pastor Ecclesiæ Marszovien. in Maj. Pol., deinde Cosensis in Min. Pol. District. Cracov. Germanno-Polonicus Concionator. Vir pius, simplex, prudens, sedulus in functione sacrâ. 1647

105. Daniel Stephanus Bohemus, Venceslai Pastoris olim & Archidecani Cuttenberg. in Bohem. Filius, 9. Sept. 1602. natus. Ecclesiastes Sielecens. in Dist. Send.

106. Adamus Preusius Silesius; Jablonoviæ in Podol. Illustris Principis Janusii Radzivilii Campiducto-

ris

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. ris M. D. Litvanię, in castris contrà rebelles Cosacos A. 1648. 1649., à Concionibus. Mors. Anno Christi.

107. Johannes Lætus Moravus, Georgii M. V. D. in Moraviâ Filius, 1609. natus, Georgii Consen. Dist. Lubl. Frater; studia domi cæpta pertexuit, tum in Gymnas. Torunens. Borussorum, tùm in exteris Belgii confæderati Academiis, Pastor Ecclesiæ Oxensis in Distr. Cracov. Scripta ejus Latina. Compendium Historiæ Universalis Civilis & Ecclesiasticæ, ab Augusto Imp. ad A. 1640. Lugd. Batav. 1643. Speculum Mysterii Iniquitatis, 1642. Apologia pro Christo, contrà antiquos & novos Pharisæos, 1643.

108. Christophorus Pandlovius, Thomæ Filius. Pastor Ecclesiæ Lasczzouien. post Kozinens. in Distr. Belsens. Edidit Columbam Oliviferam, sivè Tractatum de Tranquill. Conscientiæ, Polon. 1646.

109. Saniflaus Vierussovius; Nebescanis, in D. Russ.

110. Georgius Polomius; Jasionovię, in Dist. Russ.

111. Petrus Risnerus; Novotaneci, in Dist. Russię.

112. Samuel Keschnerus Lesnæ 1613. natus: primùm Aulicus Concionator Illſ. Dn. Andreæ Comitis de Leschno Palatini Derpatensis; tum Ill: Dn. Mariannæ de Leschno Ducis. Zaslav. Palatinidæ Volynen. Deinde Pastor Ecclesiæ Czernieov., tùm Piascens., in Dist. Lubl.

113. Daniel Rabonius, Bilgoray Ecclesiastes, redux Thorunio, quo propter incursiones Cosacorum secesserat, in itinere morte præventus, obiit. A. 1649.

114. Joh. Gilovius, Petri Consen. Dist. Bels. Filius, Pauli Distr. Russiæ Senioris, Nepos, Pastor in Distr. Belsen., ob rebelles ac tumultuantes Cosacos exul, obiit Chmielnici 1649. in Dist. Crac.

115. Christophorus Gutnerus Silesius, Suligostoviæ in Masov: Pastor.

116. Daniel Simlerus, Johannis Filius, Laurentii

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. avi sui Nepos, Andreæ Patrui ex Fratre Nepos, Pastor Eccles. Sieczkov. in Dist. Sendom. Mors. Anno Christi.

117. Adamus Ziemerscius, Holubus in Dist. Belii.

118. Daniel Plachta, Francisci Senioris Dist. Cracov: Filius, Johannis & Samuelis Conseniorum Frater, 1613. natus, Ecclesiastes Viatoviciis, Jodloviæ. In A. 1649. 20 Feb.

119. Arnolphus Jarzyna, Adami Senioris Distr. Belsens. Filius, Studiosus Gymn: Torunens., Dantisc., & Acad. Franeker.; Pastor Slavaticiis.

1637 120. Daniel Regulus Barcini in Maj. Pol. Patre Andreâ V. D. M., Matre Annâ Wengersciâ 1612. natus. Pastor Ecclesiæ Curoviens., tùm Crasnobrod.

121. Joh. Nerlichius Lesnensis: studiorum cursum in Patrio Gymnas: Leschnensi cœptum, pertexuit in Gymnasiis Borussicis, Torunii & Dantisc:, deinde in Acad. Franeker:.

1644 122. Petrus Milius, Jacobi Filius, literas continuavit Torunii, post Albæ Juliæ in Transylvania. Ecclesiastes Czernieov. in Dist. Lublin.

123. Johan. Procopius Bohemus, in Dist. Sendom.

Eod. 124. Venceslaus Jarzyna, Adami Senioris Dist. Belsens. Filius, Arnulphi Frater, Rejovieci Ecclesiastes.

125. Augustinus Claudianus Bohemus, Johannis M. V. D. in Boh: Filius, Belsiciis in Dist. Lubl.

1646 126. Georgius Hofmannus Lesnensis. Studiosus Gymnas: Leschnens., Torunens., Dantisc., & Acad: Franeker. Curoviæ Ecclesiastes.

127. Martinus Czupalinius Torun: Borussus, Studiosus Gymnasii Patrii, peregrinatus in Belgio, Anglia, Gallia. Latinæ, Græcæ, Hebraicæ Linguæ peritus. Rector Scholæ Kotscoviens., tandem Ecclesiastes in Distr: Belsen. à rebellibus Cosacis, dum fugâ saluti suæ consulere non posset, trucidatus. In 1648

1644 128. Venceslaus Carpentinus Bohemus, Dzialossyn: post Lapezyn: in Dist: Crac: Pastor.

129. Pau-

Vita & Ordinatio. 129. Paulus Krokoczynius Moravus, Matthæi Filius, Dublanis in Podol. Mors. Anno Christi.

Anno Christi circiter. 130. Samuel Prusicius, Thomæ Diaconi sive Catechetæ Filius: Romanoviæ Ditione Ill: Andreæ Comitis de Leschno Palatini Derpatens., Ecclesiastes.

Eod. 131. Georgius Pancratius, Balthasaris Rectoris aliquot Scholarum, Filius.

1646
1647 132. Johan: Pandlovius, Thomæ Filius, Christophori Frater. In Castris Sbaraviens: à rebellibus Cosacis & Scythis obsessis, Ill: Dn: Andreæ Firley Palatini Sendomir: Supremi tunc temporis Exercit: Regn. Polon: Ducis, à Concionibus, 1649.

133. Sigismundus Seidlicius, Jodlov. Ecclesiæ Pastor.

CAPUT XVI.

Theologi atque Pastores Reformatarum, speciatim Ecclesiarum, in Magno Ducatu LITUANIÆ.

SENIORES sive SUPERATTENDENTES, in singulis Districtibus, è Ministris V. D., ut in Minori Poloniâ, electi & ordinati.

I. In Classe sive Districtu VILNENSI.

1550 I. SImon Zacius Prossevicius, optimè de Ecclesiis Lituanicis meritus. Scripsit Polonicè Confessionem fidei Ecclesiæ Vilnensis, contra exurgentes Anabaptistas, impressam Brestæ Lituan:, 1559.

2. Stanislaus Sudrovius Ostrolencensis, cujus singularia ac divina dona, magnumque pro Christi gloria zelum, Volanus miratur: *Ita*, inquit, *Scripturas explicat sanctas, ut nemo sit, qui non magno cœlestium rerum amore*

more

Mors. Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

tus in Litvaniam secessit, illicque Ecclesiis insignem navavit operam: Scripta ejus Polonica: Diatribe, sivè comparatio fidei Catholicæ, in Oriente & Occidente, olim & nunc, in Ecclesia Euangelica, impressa Panioviciis, 1608. Epichrema, sivè Demonstratio legitimæ Missionis Ministrorum Euangelicorum, ibid. 1609. Tobias, sivè Doctrinę Oeconomicæ piæ meditationes, preces & cantiones, 1609. Papopompe, sivè, Missio Papæ, cum Responso ad Missionem Lutheri & 1624. æt. 50.
Zuinglii, Panioviciis, 1611. Catholicus Reformatus &c.

7. Matthias Bancovius.

8. Andreas Dobrzanius, Johan: Filius, Nicolai & 1640
Lucæ Frater; olim Consen: Dist: Russię in Min: Pol., vir pius, doctus, gravis, zelosus.

1639 9. Balthasar Labenscius Borussus. Exul in Borussia 1645
Ducali, dé quo Lib. II.

1640 10. Thomas Chocisevius, natus 24. Dec. 1586. genere Nobilis.

II. *In Districtu* NOVOGRODENSI.

1595 1. Matthias Bancovius.

2. Andreas Wysocius. 1608

3. Franciscus Rassius Polonus, Studiosus Acad. Cracov.

4. Joan. Zygrovius. 1624

5. Andreas Dobrzanius. 1640

1641 6. Andreas Musonius, Christophori Consen: Eccles: Maj: Pol: Filius, 1595. natus, M. Johannis Cons. Maj: Pol: & Christophori V. D. M. in Min: Pol: Dist. Lubl., Frater. Studiosus extra Patriam, Gymnasii Bethan: Siles:, deinde Academ: Francofurtanæ. Rector Scholæ Lobsenens. in Maj. Pol:, Slucensis in M. D. Litv. Pastor Ecclesiæ Novogrod:, tùm Slucensis.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. | Mors. Anno Christi.

III. In Districtu TRANSVILIENSI.

1. Johan: Lucinius Paplonius.
2. Stanislaus Minvid.
3. Balthasar Crosnievicius Vilnensis Litvanus, SS. Theol: Doctor creatus, in Acad: Basiliensi, ab Amando Polano à Polansdorff, SS. Theol. Doct. & Profess., 1601. Rector Scholæ Crilov. in Min: Polon: , In Ministerium Christi ordinatus ult: Maj:, 1603. in Dist: Min: Pol: Lublin.
4. Paulus Lucinius, Johan: Frater.
5. Johannes Minvid, Stanislai Filius. 1638
1638 6. Samuel Minvid, natus 1602.

IV. In Districtu PODLACHIENSI.

1. Simon Zacius.
2. Nicolaus Trzcinius, Pastor Ecclesiæ Brestensis, 1614 pro nomine Christi multa passus.
3. Andreas Wysocius, Selecii.
4. Matthias Bancovius.
5. Nicolaus Wysocius, Andreæ Filius 21. Aug: 1595. natus: Studiorum telam in Patria cœptam, pertexuit in Gymnasio Dantiscano, deinde in Acad. Heidelberg. Pastor Selecensis.

V. In Districtu SAMOGITIÆ.

1. Caspar Goiscius.
2. Nicolaus Minvid.
3. Paulus Lucinius, Johannis Frater.
4. Adamus Rassius, Francisci Filius, Discipulus Keckermanni. Scripsit Vindicias Logicæ Keckermanni, contrà Jacobum Martinium. Parentationem Andreæ Volano, &c.
5. Samuel Lenartovicius.
6. Petrus Lasarovicius, Vieruszoviensis. 1637
1638 7. Samuel Thomas Sævius.

VI. In

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

VI. In Districtu ALBÆ RUSSIÆ.

Mors. Anno Christi.

1. Philippus Bochvicius Cracoviensis, Minister Ecclesię Koidanov.

2. Joannes Thomas Sevicius.

3. Martinus Tertullianus Bielanius Bohemus, in Unit. Fratr. in Bohem: educatus, Vir literatus.

4. Theodorus Sdanovicius, Ruthenus.

5. Phineas Goiscius, Casparis Filius.

6. Joannes Ranisovius, Holowczini Pastor.

NB. NB.

„ *Ex his omnium Districtuum M. D. Litvan. Senio-*
„ *ribus, Primi in ordine Superintendentes, non eligun-*
„ *tur (uti in Ecclesiis Minor. Polon.,) nec ordinantur:*
„ *sed plerumque Senior sive Superattendens Districtus*
„ VILNENSIS, *primum occupat locum, & in Sy-*
„ *nodo Provinciali semper præsidet.*

CONSENIORES *hactenus in usu non fuerunt: non ità pridem verò, in diversis Districtibus, electi ac ordinati.*

I. In Districtu VILNENSI.

1. Joannes Jurscius Borussus: Collega Ecclesiæ Vilnensis, exul in Prussia Ducali.

2. Hieronymus Slavinius.

II. In Districtu NOVOGRODENSI.

Jacobus Biskupscius, Alberti Senioris Dist. Russ. in Min. Polon. Filius. Scripsit Rationem Summarii seu Compendii veritatis Catholicæ, à Slupscio Archidiacono Vladisl. editi, Excusam Laszczoviæ 1610. recusam 1638. Pastor Ecclesiæ Jedlinsci, in Min. Pol., deinde Petuchoviæ, &c. in Litvania.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

III. In Districtu TRANSUILIENSI.

Mors. Anno Christi.

Stephanus Cluentinus Baczcovius, Joannis Conſenioris Diſt. Lubl. in Min. Pol. Filius.

IV. In Districtu PODLACHIENSI.

1. Jacobus Biſkupſcius.

2. Joannes Oſtrovius ab Oſtrow. 10. Jan. 1611. Parciciis, Patre Martino Camerario Graniciali Terræ Vielunenſ., Matre Eliſabethâ Kochleviâ, natus. Primis tyrociniis literarum in Patriâ, ſub Ambroſio Haleſio Paſtore cætus Parciçenſis jactis; Biciniam Oppidum Sileſiæ, clade Maximiliani Auſtriaci celebre, ad quartum à prædio paterno diſtans lapidem, ablegatur; ibi in diſciplinam Eliæ Herbinio Scholæ Rectori, traditus, Grammatices & Dialectices fundamenta jecit. Uberioris ingenii culturę cauſâ, Bregam non ignobilem Sileſię urbem, Ducaliqué ſede illuſtrem, à Parentibus mittitur: ubi procurante Caſpare Dornavio Phil. & Med. Doct., in noticiam Principum Lygio-Bregenſium pervenit, & Duci Georgio, in audiendis ex ore Dornavii Oratoriis lectionibus, adhibitus eſt. Inde, 1627. domum reverſus, ad Tribunal Regni Polon. unâ cum Patre profectus. Januſſio Duci de Oſtrog. in Zaſlaw. Palatino Volyn. Capitaneo Periaſlav. ad ſervitia traditur. Defuncto Palatino, ſtudiorum repetendorum avidus, contrà voluntatem Paternam, in Collegium Jeſuiticum Lublinenſe inſcribi ſe curat, & à Religione Euangelicâ deficit; ſed poſt rediit ad eam, publicè actâ pænitentiâ, 1630. Suaſu Avunculi ſui Petri Kochlevii, Deo clementer diſponente, Miniſterio Eccleſię ſeipſum conſecravit. Diaconus ſivè Catecheta, juxtà Eccleſ. Reformatarum morem, in Eccleſia Kieidanenſi ſuſceptus. Ex conſilio ejuſdem Avunculi ſui, Seleciam ad Nicolaum Wyſocium Seniorem Diſtr. Pod-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Podlachiæ, concessit, 1632. Tandem 1634. in Belgium se contulit Lugdun-Batav. in Britanniam 1635. transfretavit, & ibi in Theologia practicâ, partim Londini, partim alibi in Acad. sese exercuit. In Patriam reversus, post novennalem absentiam, Parentes & Consanguineos incolumes reperit. Vilnę in Litvania, 1637. tempore Synodi, sacrum Ministrium suscepit. Collega deinde Ecclesiæ Kieidanensis, simulque in Scholâ Professor Theologiæ. Hinc, voluntate Illustris Principis Radzivilii, 4. Febr. 1640. ad Aulam Illust. Ducis Radziviliæ Catharinæ, Illustri Georgio Carolo Chlebovicio elocatæ, evocatur: in quâ vocatione totum exegit annum. A. 1641. à Synodo Provinc. Vilnensi, Ecclesiæ Vengroviensi præficitur. Consenior Ecclesiarum Districtus Podlachiæ, 1642. electus ac ordinatus est. Intra biennium, morbo epidemico extinguitur Vengroviæ. Vir pius, eruditus, modestus, glorię divinæ strenuus promotor. Mors. Anno Christi. 15. Mar. 1544 æt. 34.

3. David Smelius, Ostrorogi in Maj. Pol. honestis & probis Parentibus, natione Scotis, natus 1601. literis tùm in Patria Scholâ, tùm in Bethan. Siles., in Gymn. Vallis Joach. in Marchiâ, Torunensi in Borussia, operam dedit. Pastor Ecclesiæ Novoselecensis in Min. Pol., deinde Sidrensis in Litvaniâ.

V. *In Districtu* SAMOGITIÆ.

1. Melchior Monkievicius.
2. Joh. Litomirscius, Johannis V. D. M. Filius.

VI. *In Districtu* ALBÆ RUSSIÆ.

Paulus Gdovius.

RELIQUI *Pastores sivè Ministri, in M. Duc.* LITVANIÆ.

1. Theodosius, olim Monachus Græci ritus, ex Moscoviâ, Vitepsciam Albæ Russiæ appulit.

 2. Ar-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

2. Artemius, alter ejus Comes, in Aulâ Georgii Ducis Plucensis & Copylensis vixit. Mors. Anno Christi.

3. Thomas, tertius Comes, ad Ministerium Euangelii promotus, Polociæ in ipsâ expugnatione Urbis, à Joh. Basilide, Magno Moscorum Duce, in flumine 1563 Submersus. De his tribus Monachis Græci ritus Moscoviticis Superiùs Lib. II. Cap. XVI.

4. Jacobus Sopovius.

5. Stanislaus Martianus.

6. Gregorius Strunovius, Polociæ Urbe Regiâ, sub incursionem Moscoviticam, interemptus.

7. Joachimus Wentlandt, German. Concionator Vilnensis.

8. Laurentius Piotrovius, Pastor Eccl. Vilnensis.

9. Laurentius Krzyzkovius seu Criscovius, Minister Ecclesiæ Niesuiesensis: dum in Maj. Pol. viveret, transtulit Librum quendam Bohem. in Polonicum idioma, nempè, De vero ac fundamentali usu certæ salutis, in pacatâ conscientiâ hominis, Dialogum quatuor Fratrum Legis Christi; cumqué cum consensu ac revisione Georgii Israëlis Senioris Maj. Pol., typis evulgavit Szamotuliis, 1558. Posteà in Litvaniam digressus, in diversam Arianorum de Deo sententiam abiit.

10. Johan. Dominicus, Lubecæ ad Chronum.

11. Albertus Wartensius.

12. Simon Paricius.

13. Johannes Drzewicius.

14. Joh. Litomirscius.

15. Hieronymus Eusebius.

16. Martinus Brzezovicius.

17. David Berguilius.

18. Gabriel Hasler.

19. Martinus Bucinius.

20. Stephanus Tomides.

21. A-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. — Mors. Anno Christi.

21. Abrahamus Sabinius.
22. Johannes Cosacovicius.
23. Simeon Servatius.
24. Johannes Gierduilovicius.
25. Georgius Lachnicius.
26. Lucas Bednarscius.
27. Moyses Rostcovius.
28. Franciscus Gorscius.
29. Jacobus Richlicius.
30. Ambrosius Dambrovius.
31. Christophorus Dambrovius.
32. Simon Cosminius.
33. Paulus Pogorzelius.
34. Albertus Powlovius.*
35. Christophorus Zagorscius.
36. Caspar Janovicius.
37. Samuel Pabianovius, Jacobi Senioris in Min. Pol. Dist. Sendom., Filius.
38. Balthasar Gucevius.
39. Andreas Velsius, Germ. Concionator Vilnensis.
40. Matthias Tilonius.
41. Andreas Baranovius.
42. Johannes Crosnievicius.
43. Caspar Lachnicius.
44. Gregor. Bancovius.
45. Stanislaus Cosuchovius.
46. Martinus Mierzejevius.
47. Alexander Camenecius.
49. Laurentius Horn.
50. Johan. Orechovius.
51. Gregorius Orechovius.
52. Thomas Jastrzembscius.
53. Johan. Romanovius, Studiosus Acad. Heidelberg.
54. Lucas Clementinus Cosminecensis, Danielis Seni-

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. Senioris in Min. Pol. Dist. Cracov. Frater; Sidræ. Mors, Anno Christi.

55. Johan. Volinius.

56. Martinus Niewierscius, Stanislai Ministri olim Eccles. Posnaniens. in Maj. Pol. Frater, Minister Verbi Dei ordinatus Ostrorogi in Synodo Anno 1618. Concionator in Aulâ Raphaëlis Comitis de Leschno, Palat. Belzens. Post Pastor Ecclesiæ Lublinen., Bonczanensis in Min. Polon., tandem Supranen., Copysens. in Litvaniâ.

57. Andreas Crivinius.

58. Sebastianus Smolscius.

59. Johan. Piotrovius.

60. Stanisl. Strasicius.

61. Matthias Baranovicius.

62. Stanislaus Gromadscius.

63. Daniel Bôssius.

64. Johan. Recinius.

65. Paulûs Demetrius, Rector olim Scholæ Vilnensis.

66. Adrianus Chylinius.

67. Samuel Bochnicius, Philippi Filius, Studiosus Academ. Heidelberg.

68. Johannes Przelaiscius, 1633. in Synodo Maj. Pol. Ostrorog. Ministerio sacro initiatus.

69. Petrus Lesnicius, genere Nobilis.

70. Johan. Grzybovius, Johannis Senioris in Min. Polon. Distr. Lublin., Filius.

71. Johan. Abramovius.

72. Johan. Slomka.

73. Andreas Adami Dantiscanus, Concionator Germanic. Vilnensis.

74. Reinoldus Adami, Frater ejus.

75. Johan. Bialcovius, natus 1597. Studiosus Academ. Franeker., Pastor Ecclesiæ Skocens. in Maj. Polon., deinde in Litvaniâ diversis locis.

76. M.

Vita & Ordinatio. Anno Christi circiter. 76. M. Jacobus Milius Bipontinus Palatinus, Mors. Anno Christi.
1594. natus. Poëta Laureat. Cæs., Rector Scholæ Crasnqbroden. in Min. Pol.; Consenior olim Distr. Russiæ in Min. Polon., Pastor Ecclesię Medio-Villanæ in Russia, tum Belsicensis in Distr. Lublin., post Lubecæ ad Chronum in Litvaniâ.

77. Sixtus Rubecola Bohemus, Nurecensis Pastor.

78. Damianus Grusevius, Nobili ortus genere, Pastor Ecclesiæ Sidrensis.

79. Martinus Bythnerus, Iohannis Senioris Eccl. Maj. Pol., Patruelis.

80. Sigismundus Piscis Cuttenbergensis Bohemus, dispensator mysteriorum Dei Nureci: cui ex 1636. æt. 40
phtisi defuncto, Patronus ejus Petrus Cohlevius, hoc scripsit Epitaphium.

Natalem Bohema mihi, sed Lechica asylum,
Hospitium & tumulum Litava terra dedit.
Non piget exilii: nam pro lare, Christe, caduco,
Parta mihi per te, non peritura domus.

81. Stanislaus Nececius.

82. Michaël Turovius.

83. Johan. Vitinius.

84. Johan. Gerduil.

85. Johan. Domagasius.

86. Georgius Reimerus.

87. Theodorus Russius.

88. Joannes Orlicius, Samuëlis Consen. Eccl. 1641. æt. 27.
Maj. Pol. Filius, 3. Sept. 1614. natus.

89. Jacobus Stulichius Borussus, Pastor Ecclesiæ Jamnensis, deinde Vengtrovin., tandem Orlensis: dum viveret Jamnæ & Brzescie Civitatem transiret, illic à Studiosis Jesuiticis miserè contusus, stigmata Domini Iesu in corpore suo portavit: de quo superiùs Lib. II. Cap. XVI. In ejus obitum hoc posuit Epitaphi- 24 Dec. 1647
um, Nicolaus Wysonius Senior Distr. Podlachiensis.

vita & Ordinatio. Anno Christi circiter.

Invida STULICHIUM *rapuerunt fata* JACOBUM. Mors. Anno Christi.
Qui sibi, quiquè aliis vivere dignus erat.
Martyr erat vivus, præco, Pastorquè fidelis,
Qui grege pro Christi, vulnera multa tulit.
Scilicet hæc merces, & præmia digna laborum,
Contingunt servis, Christe benigne, tuis.
Felix omnis homo, qui portat stigmata Christi:
Te vivente decus; Te moriente, manet.

90. Michael Matissevicius Rector Scholæ Kieydanensis: Pastor Ecclesiæ Polon. Vilnensis.

91. Joannes Halesius, Ambrosii V. D. M. in Maj. Pol. Filius, 1612. 17. Julii, Ostrorogi natus, Minister Verbi Dei, & Scholæ Kieydanens. Collega.

92. Matthias Apollos Stirinius, Bohemus. Operarius in vineâ Domini, primò Orlæ, deinde Vengroviæ. Illustiss. Princip. Radzivil. in Comitiis Regni à Concionibus. Disertus ac patheticus Concionator.

1644. in Syn. Vilnens. Provinciali.

93. Andreas Pascovius, Orzescoviæ in Maj. Pol. natus: cœpta Quilecii studia continuavit in Gymnas. Torunens. Borussorum, & Academ. Franekerana, Collega Ecclesiæ Polon. Vilnensis. &c. &c.

APPENDIX.

QUIDAM *ex Ordine* POLITICO, *in* POLONIA *&* LITUANIA, SCRIPTORES *Euangelici.*

1. IAcobus Prilusius, Orator & Poëta insignis, desertâ Religione Pontificiâ, transiit ad Euangelicam, Notarius Terræ Cracoviensis. Legum interpres, inter alia, insignem de Notis veræ Ecclesiæ sententiam inseruit libro suo Statutorum Polonic. Cap. 14. lib. 1. & lib. 1. cap. 4. Plura de eo, ejusque scriptis, refert Starovolscius in Elogiis Centum Pol. Scriptorum p. 143. 144.

2. An-

2. Andreas Fricius Modrevius, Sigismundo II. August. Regi Polon. à Secretis: cujus libri sunt quinque de Republ. emendanda, in lucem missi Basileæ, 1559. Libri tres, videlicet, De Peccato Originis, De Libero Arbitrio, De Providentiâ, & Prędestinatione Dei æternâ: Libri tres de Mediatore 1562. Sylvæ quatuor, de tribus Personis, & unâ Essentiâ Dei. De necessitate Conventus habendi, ad sedandas Religionis Controversias: De Jesu Christo, Filio Dei & hominis: De Homousio, 1590. &c. De eo Starovolscius p. 145.

3. Andreas Duditius, qui Episcopus Quinqueeccles. in Ungariâ Romanam Ecclesiam deseruit, Vir in Polonia notissimus, & quondam incola. Vitę ejus curriculum, in quo quædam occurrunt singularia, præsertim de primis ejus nuptiis, & de morte, admiratione dignissima, prolixè descripserunt Jacobus Thuanus Histor. Tomo 3. lib. 96. p. 314. &c. Quirinus Reuterus Theologus Palatinus, in Continuatione Johan. Sleidani de Statu Relig. & Reip., per Michaelem Casparum Lundorpium, Tomo 2. lib. 29. tandem defecit ad Photinianos.

4. Jacobus Niemoievius, qui disputare voluit cum Pontif. publicè Posnaniæ, & Liscoviæ in ditione suâ, Templum sibi adimi non est passus: varios evulgavit Tractatus Theologicos, idiomate Polonico: Responsum contra Benedict. Herbestum Canon. Posnan., Librum de Confess. Euang. 1569. nomine Eccles. Polon. Reformatarum, Sigismundo 2. August. Regi Pol. dedicatum. Epidromum contra Herbestum, de certitudine Scripturæ sacræ, 1571. Spongiam contra Hieron: Pouodovium Canonic. Posnaniens. de vero Verbo Dei, & sensu ejus, 1579. Replicam contrà Jesuitas Posnan. de Ecclesiâ Catholicâ Christi, 1581. &c.

5. Nicolaus Rey de Naglovice Scripta edidit Polonica: Catechesin instar Dialogi, pro junioribus. Postillam super Euangelia Dominic.; Psalmos Davidis, & Hymnos rhytmicè editos. Vitam & res gestas Josephi Patriarchæ. De Diluvio Noachi. Commentarium in Apocalypsin. Vitam Viri

 hone-

honesti, per tres ætates ejus, juvenilem, mediam, & senilem distinctam, &c. Plura videantur in Curriculo vitæ ejus, ab Andrea Tricesio descripto, & Libro Polonico, cui titulus Speculum Statuum humanorum, adjuncto. Obiit Anno 1569. id quod sequens testatur Chronostichon:

ReIVs CessIt In astra: saLes perIere IoCIqVe,
NeC taLeM IngenIo LaChIa forte feret.

6. Leonhardus Gorecius, Latinè descripsit bellum Ivoniæ Palatini Valachiæ, cum Selymo Turcarum Imper. gestum. Orationem funebrem super Obitu Jacobi Comitis Ostrorogi, Præsidis Maj. Pol. 1598. &c.

7. Joannes Raduanus, in Apologiam Postillæ Pol. Gregorii Zarnovecii scripsit Carmen. Extant ejusdem alia Carmina.

8. Andreas Tricesius, Joannis Hebr. Græc. & Latinæ linguæ periti, Erasmi Roterodami discipuli, Filius, in literatura non absimilis, egregia scripsit Poëmata. Commendat enim Starovolscius, pag. 146. 147.

9. Joannes Mancinius, publico dedit usui Lexicon Latino-Polonicum, Regiomonti, 1564. &c.

10. Joannes Lasicius, qui Ephorus Nobilium ac Generosorum discipulorum, peragravit Germaniam, Galliam, Italiam, aliasque celebres Regiones, & Parisiensi illi laniena inter fuit, scripsit Cladem Dantiscanam, 1577. Theologiam Moscoviticam, Spiræ Nemetum, editam 1582. Apologeticum pro puriore Religione, adversus Antonium Possevinum 1584. De origine & rebus gestis Fratrum Bohemicorum instinctu & curâ Simeonis Theophili Turnovii Senioris Eccles. Maj. Pol. Confess. Bohem. Libros octo, multâ varietate refertos, Carolo Zerotinio 1599. dicatos, sed typis non excusos, &c.

11. Andreas Volanus, cui Polonia Major ortum dedit, Magnus Ducatus Lituaniæ hospitium exhibuit, Illustris gens Radzivilia domum præbuit, Secretarius Regius, Ill. Ducum Radziviliorum Consiliarius, per Anagramma: Nova laus ardens.

ardens. Scripta ejus hæc extant præcipuè Latina : De libertate Politica sivè Civili ; Cracoviæ 1572. Defensio Cœnæ Domini contrà Scargam Jesuitam & Franciscum Turrianum, Losci 1579. Idololatriæ oppugnatio, & ad Objecta responsio, Vilnæ 1583. Libri quinque contrà septem Missæ, sacrificiique ejus columnas, Vilnæ 1584. Oratio Funebris in laudem Nicolai Radzivili, Ducis in Dubinhi ac Birze, Palatini Vilnensis, Vilnæ 1584. Anabaptismus, sivè, speculum fidei & pietatis Anabaptistarum, Polonicè editum in Quarto, Vilnæ 1586. Epistolæ aliquot adversus Samosaten : de divinâ Trinitate, Vilnæ 1592. Cæcitas ; & pœnâ Ecclesiæ, Hanov. 1608. &c. Vitæ dierumque satur, videndi & scribendi finem fecit leniter, in suo Biutiscano, 6. Eid. Jan. 1610. ætat. suæ 80. Conditus ibidem 14. Cal. Mart. eodem Anno.

12. Albertus Adauctus (Zbozii) Zakrzevius, scripsit Polonicè, Notas in Apocalyps. Johan. Manipulum sententiarum è sacrâ Scripturâ, & Doctoribus Ecclesiæ, potissimùm de precibus, patientia, & morte beatâ, 1604.

13. Henricus Girkius, Syndicus Posnaniensis, vertit in Polonicum idioma ex Latino, Librum Joh. Taffini, de Notis Filiorum Dei, Torunii, 1610.

14. Johannes Rybinius, Johannis Ministri V.D. in Maj. Pol. Frater. Poëta Reg. Laureatus, Secretarius Torunens. Scripsit eleganti versu Latina Poëmata, & Rhytmos Polonicos affabrè concinnatos.

15. Johannes Tyniecius de Tyniec, publicavit Assertiones Consensus Euangelici, ut in omnibus aliis articulis fidei Catholicę, ità etiam de Sacramento corporis & sanguinis Domini, 1613. Apologiam Concordiæ Euangelicæ, contrà cujusdam aculeos ; & simul Demonstrationem Dissensionis Catholico-Romanorum, in primo Articulo fidei Christianæ, de Scriptura sacra, 1618.

16. Petrus Sestrencius Lituanus. Scripsit Laudationem funebrem Georgii Radzivilii, Castellani Trocensis, eod.

17. Solomon Rysinius, publico exhibuit Psalmos Davidis ad veteres Melodias rhytmis Polon. editos, Lubecæ ad Chronum, 1614. Monumenta diversis Personis posita, Proverbia Polonica, &c. Obiit 14. Maj. Decemb. 1626.

18. Valerianus Otvinovius, Pocillator Terræ Sendom., Rhytmis Polonicis reddidit Pub. Virgilii Maronis Georgica, 1614. Ovidii Nasonis Metamorphosin, 1639. &c.

19. Petrus Cochlevius, Judex Terræ Brestensis Lituan., Scripsit varia Latina Poëmata & Anagrammata, Orationes, Epistolas, &c. Sed pauca typis excusa.

20. Matthias Gloscovius, Camerarius Terræ Calissiens., Poëta Latino-Polonicus. Oratione prosâ Latinè edidit Geometriam peregrinantem. Rhytmis Polonicis Horologium Passionis Christi: aliaque varia Latina & Polonica Poëmata.

His accenseri non immeritò possunt, & isti celebres in Polonia Scriptores, Pontificii an Euangelici? certè de Religione Euangelica non malè persuasi.

1. Martinus Bielscius, qui Chronica totius Mundi, Polonica lingua consignavit, recusa Cracoviæ, 1564. In libro de Turcis, eam fidei sententiam prodit, pag. 260. b. *Ubi Christus non est, mens humana inconstans: nam in varias cogitationes abripitur, fluctuans modò in hanc, modò in illam partem: quod etiam apud nostrates Christianos reperitur, qui alibi salutem quærere malunt, quàm apud solum Servatorem.*

Joannes Cochanovius, Secretarius Regius, Tribunus Sendomirien. Poeta Latino-Polonus. Inter cujus Opera præcipua est, Psalmorum Davidis Polonica Rhytmica Paraphrasis.

Obiit 22. Aug. 1584. ætat. 54. Sepultus in Templo Oppi-Zvolen, in Sacello Cochanoviorum: ubi, sub effigie ipsius in marmore sculptâ, appositum Epitaphium cernitur. &c.

Finis Libri tertii.

Deo soli æterna gloria.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SLAVONICARUM,

Quarundam

PROVINCIARUM,

LIBER QUARTUS,

DE

GRÆCO-RUTHENORUM in Min. Polonia, & M. D. Litvaniæ Ecclesiis.

AD ANNUM CHRISTI.

M. DC. L.

Coloß. III. V. 11.

Non Græcus, nec Judæus, Circumcisio & præputium; Barbarus & SCYTHA; servus & liber: sed OMNIA & in OMNIBUS est CHRISTUS.

Hieron. Epist. ad Theophil. contra errores Joh. Hierosol.

VOLUMUS & NOS PACEM, *sed Pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitiis, pacem in qua non sit bellum involutum, pacem, quæ non ut Adversarios subjiciat, sed ut* AMICOS JUNGAT.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

Præcipuè

SLAVONICARUM

Quarundam

PROVINCIARUM,

LIBER QVARTVS.

CAPUT I.

De Græcorum sivè Russorum, in Min. Pol. & M. D. Litvaniæ, Religione, doctrinâ, & Ecclesiis.



Ussi communiter olim dicti sunt, & illi qui in Provinciis Min. Pol. adjacentibus, M. qué D. Litvaniæ, habitant; & illi qui hodie Mosci, gens, seu potius progenies Russorum, vocantur. Russia dicitur etiam Ruthenia, Roxolania, Rosseia, quasi disseminatio, seu dispersio gentis.

Totius, ita descriptæ Russiæ, Princeps fuit primus VLODIMIRIUS, Stoslai, sivè Suentoslai filius. Ab hoc enim Vlodimirio omnes dein Russiæ Principes profectos esse, historiæ testantur.

Aliquantò antè, Russis, à Basilio Macedone Imp. Constantinopolitano, Episcopum missum esse, ejusqué operâ eos publicè religionem Christianam suscepisse, scribit Zonaras; sed mox ab ea rursum descivisse, indè patet, quod hujus Vlodimiri Avia Olga, sive, Helena, postea, Zemisse imperante profecta Constantinopolim facta esse Christiana, eò ipso, à Zonara Græcorum Annalium Scriptore, & ipsorum Russorum Annalibus memoratur.

Sequente igitur tempore, per eundem Vlodimirium, Christiana Religio, quæ Russis & Moschis, cum origine gentis & linguæ communis est, ad utrosqué propagata est, Anno Christi 990. Nam etsi prædicatio Apostolorum inter omnes gentes, eoqué & Andreæ Apostoli, qui per Pontum Euxinum, Kijoviam pervenisse dicitur, fructum suum attulerit, tamen non illico totæ gentes conversæ sunt; sed paulatim vel persequutionum acerbitate pressæ, vel hæresium diluvio abreptæ, inchoatam Euangelii lu[illegible] amiserunt: donec unaquæque gens, suo tempore ad amplectendam fidem Christi vocaretur, & postliminio quasi reduceretur.

Miech. Hist. Pol. l. 2. cap 3 Joh. Dlugossius Annal. Pol. M.S. tom. 1. l. 2. fol. 104.

De hac autem Russorum ad Christianam fidem, per Vlodimirium Principem, conversione, ita scribit Miechovita: *Conversus, inquit, iterum in Græciam, conquisivit insigne Castrum Græcorum CORSCHIN, & ex eo totam oram sibi vicinam subjecit. Cumque Religio ipsi Græca, per nuntios Constantinopoli redeuntes commendata, plurimum placeret, misit legatos ad Basilium & Constantinum Græcorum Imperatores, cupiens sororem eorum Annam, in conjugium, & promittens si tali conjugio potiretur, è Castro Corchin & regione subjectâ, extemplo excessurum.*

Crom. de reb. Pol. l. 3. p. 32.

Sarnicius. Annal. Pol. lib. 6. p. 217. Bielscius Senior. Hist. Pol lib. 8. p. 343.

Quare & ipse in Religionem Christianam (quæ unica conjugii conditio restabat implenda) baptizatus, A. 990. ab Episcopo Corschinensi, cum hac Anna nuptias celebravit. Restituto igitur Castro Corschinensi Impp. Orientis, lætus cum nova sponsâ in Russiam pervenit: idola & templa eorum confregit: simulacrum fulminis, quod præcipuè colebatur, ad caudam equi, alligatum, trahi, & in fluvium Dniepr (qui Latinis Borysthenes dicitur) mergi jussit. Promulgavit deinde edictum, ut omnes populi, sibi subjecti relictis idolis baptizarentur. Quod & factum est. Catervatim namqué Ruthenis Kijoviam confluentibus, baptizabantur in flumine Dniepr, per Episcopum Corsinensem. Magistros etiam Religionis Græcæ accepit: ac Metropoliten quidem Kijoviæ, Archiepiscopum verò Novogrodi; in aliis urbibus Episcopos, à Constantinopolitano Patriarcha, sacris initiatos colloca-

locavit. Itaqué Græcos ritus, ex eo tempore Russi observant.

Quæ & qualis sit Religio Græcorum, sive Russorum, in Polonia & Litvania (de Moschovitis enim, eorumque Ecclesiis, non agetur ex professo speciatim) exponit David Chytræus in Orat. de statu Ecclesiæ in Græcia &c. Simeon Theophilus Turnovius, in Concione Synodi Generalis Torunensis: Alexander Guagninus, de Religione Moschovitarum, omniumqué Ruthenorum: Neugebaverus in Commentario Moschov. cap. 12. &c. Johannes Lascius, in Theol. Moschovitica, ubi describit Colloquium de Religione, Joh. Rokitæ V. D. Ministri, ex Maj. Pol. cum Joh. Basilide, Duce Moscorum, institutum A. 1570. De quo etiam narrat Thuanus in sua Historia, Paulus Oderbornius, in Vita Joh. Basilidis. lib. 1. Lundorpius in Continuatione Sleidani, de statu Relig. ac Reip. Tom. 2. lib. 10. p. 48. Joh. Basilidis responsum M. S. Rokitæ datum.

Summa fidei ipsorum his præcipuis Religionis Christianæ articulis, in quibus idem cum Euangelicis sentiunt, continetur.

„ 1. *Vnanimi consensu fatentur, Scripturas Prophetarum &*
„ *Apostolorum fontem esse totius veritatis, & doctrinæ cælestis,*
„ *divinitùs traditum.*

„ 2. *Vnum esse Deum essentiâ, & eundem trinum in personis:*
„ *ac tres illas personas esse coæternas.*

„ 3. *Symbolum Apostolicum amplectendum esse, tanquam*
„ *compendium absolutissimum Christianæ Religionis.*

„ 4. *Christum esse verum Dei Patris ab æterno filium, ineffa-*
„ *bili modo, ex Patre genitum, & verum hominem ex Virgine*
„ *Maria, propter salutem nostram, natum.*

„ 5. *Eundem Christum, pro nobis in carne passum, satisfecisse*
„ *pro omnibus peccatis nostris.*

„ 6. *Deum non esse authorem peccati, sed Diabolum & vo-*
„ *luntatem ipsius hominis.*

„ 7. *Vere pænitentibus, gratiâ Dei, dari omnium peccato-*

 rum

„ *rum remissionem, propter Christum & in Christo.*

„ 8. *In peccato Originali concipi & nasci omnes homines.*

„ 9. *Fidelibus baptizatis bona opera prastanda esse, ad testandam novam vitam, & gratitudinem erga Deum.*

„ 10. *Christum Servatorem nostrum, unicum esse caput totius Ecclesia, visibilis & invisibilis.*

„ 11. *Ministerium Ecclesiasticum esse ad adificationem Ecclesia necessarium.*

„ 12. *Ministros Ecclesia propter officium, quod sustinent, esse in honore habendos; licet in ipsorum vita, humana aliquid reperiatur infirmitatis; si tamen falsa doceant, non audiendos.*

„ 13. *Ministris Ecclesia Matrimonio non esse interdicendum.*

„ 14. *Nemini concedendum esse, ut sine legitima vocatione, usurpet officium in Ecclesia docendi, aut sacramenta administrandi.*

„ 15. *Infantes baptizandos esse, non expectata atate adultiore.*

„ 16. *Canâ Domini, sub utraqué specie, secundum institutionem ejusdem, utendum.*

„ 17. *Purgatorium in quo post obitum hominum anima purganda sint, merum esse figmentum.*

„ 18. *Damnant eorum sententiam, qui opinantur, finem aliquando pænarum fore, impiis irrogandarum.*

Peritiores inter eos, enucleatius fidem suam explanant, propiusqué ad ipsam veritatem accedunt. De quo testatur confessio fidei Cyrilli Patriarchæ Constantinopolitani; scripta Constant. A. 1629. Ad calcem ejus, prout illa inde prodiit, leguntur sequentia; Descripta fuit hæc copia ex autographo, quod Patriarchæ Cyrilli propriâ manu, quam optimè cognosco, scriptum penes me manet, & per me factâ collatione, eam cum hoc ipso, de verbo ad verbum convenire attestor. Cornelius Haga, Confœderatarum Belgii Provinciarum, pro tempore, apud Portam Ottomanici Imperatoris Orator. Missa est hæc Confessio, à Legato prænominato, ad Regem Christianissimum, cum subscriptione & attestatione propriæ manus. Videatur ista Cyrilli Confessio,

fessio, cùm alibi, tum in Encyclopædia Joh. Henrici Alstedii, Tom. 5. Edit Herbor. in fol. A. 1630. Eadem Confessio, cultu & idiomate Græco, ab ipsomet Cyrillo adornata, Scripturæ authoritatibus munita, & auctario quæstiuncularum locupletata, denuò edita est Genevæ, A. 1633.

Ex hac Cyrilli Confessione apparet purior doctiorum quorundam apud Græcos de fide sententia. Vulgus enim ita rude est, quin & plerique Sacerdotes eorum, ut ferè quid credant, nec explicare queant. Tota religio eorum, non minùs quàm apud Pontificios in superstitionibus, in jejuniis crebris & diuturnis, seu potiùs delectuciborum, in cultu Mariæ Virginis & Sanctorum, præsertim Nicolai, imaginum, quas tantum pictas habent &c. consistit.

Libelli Catecheseos, summam doctrinæ ipsorum continentes, apud Ruthenicos Sacerdotes non visuntur, præter Liturgias, Biblia Slavonica Utriusque Testamenti (edita charactere Ruthenico, sumptu Constantini Ducis Ostrogensis, Palatini Kijoviensis, A. 1581. de quo præfatiuncula affixa Græco-Slavonica) Psalterium Davidis, Homilias Chrysostomi, Basilii, Gregorii Nazianzeni, ex Græco conversas, &c.

Extat verò Enchiridion Græco-Latinum Hymnorum, Cantionum & precationum dulcissimarum, quas ex Horologio quod vocant, Christiani Græci inter barbaros hodie recitant, editum à Christophoro Pelargo, S.S. Theol. Doctore. Francofurti, A. 1594.

Politia Græcorum, Russorum, & Moschovitarum Ecclesiastica legi potest in Comment. Moschoviæ Salom. Neugebaveri, cap. 13.

Quomodo autem Ecclesiam & Religionem Græcorum, in partibus Orientis, Jesuitę ad suam conati sint convertere, videantur duæ Appendices ad mysteria Patrum Jesuitarum, ex ipsorum scriptis, cum fide eruta, & A. 1633. edita. Prima continet Epistolam Gregorii Hiero Monachi, & Exarchi Patriarchici ad Sophronium, Trapezunte, 6. Maj, A. 1626.

 scri-

scriptam, è Græco in Latinum translatam. Ubi refertur, non solum de Martyrio, ob religionem Christianam Cetabæ (quæ erat mater Teimurazis Principis Iberiæ) à Rege Persidis captæ, sed etiam de mirabili Jesuitarum quorundam imposturâ. Altera in qua habetur narratio Historica turbarum quas Constantinopoli moverunt Jesuitæ, adversus Cyrillum Patriarcham, A. 1627. & 1628. à viro, qui fuit αὐτόπτης, fideliter conscripta.

Cæterum certum est, Reverendissimum Patriarcham Constantinopolitanum Cyrillum, cum aliorum, ex eodem ordine consensu, confessionem suam, Ecclesiarum Orientalium nomine edidisse. Eam initio Pontificii, & alii quidam tanquam ab Euangelicis, in partibus Fœderati Belgii, confictam, calumniati sunt. Sed tandem veritatis evidentiâ convicti, ad calumnias adversus virum optimum conversi, ei etiam insidias sæpe struxerunt, & bis terve cum in capitis periculum adduxerunt; eo usque progressi, ut exilium ejus & exauctorationem magno pretio ab infidelibus redemerint. Anastasium vero Pattelarium Cretensem, Metropolitam beneficio Cyrilli Thessalonicensem, ei suffecerint in Patriarchatu. Sed post mensem ab exilio ex insula Tenedo Cyrillus Singulari Dei providentiâ revocatus: Anastasius autem in eandem relegatus fuit. Neque tamen ita Cyrillus ab insidiis Adversariorum Jesuitarum planè liberatur, quin ab eorum emissariis, Turcarum crudelitati exponeretur, & vitâ privaretur, ob confictam per malevolos calumniam. Quæ tamen pietati & fidei ejus minimè obfuit, nec oberit, Deo eam in caput duorum Pseudo patriarcharum Cyrilli Beroensis & Parthenii, ipsius successorum, rejiciente. Propriâ enim suâ confessione convicti fuerunt variorum criminum, & merito supplicio partim affecti, partim exauctorati fuerunt. Alius etiam PARTHENIUS, post obitum, illorum duorum Pseudo-Patriarcharum, thronum Constantinopolitanum conscendit, qui Cyrilli memoriam reverebatur, & adversus calumniatores asserebat. Verum Hugo Grotius

Jesuit. Vapul. And. Riv. c. xi. num. 11. 12.

tius, cujus operâ Jesuitę usi sunt, infenso fuit in eum animo; non aliam ob causam, quàm quia verum Christianismum asseruerat, & auctoritate suâ in Oriente propagaverat. Eo nomine, ipsum post fata infamavit, quantum potuit, eousque ut duorum qui insequuti sunt Pseudo-patriarcharum, fictas Synodos, & signaturas aliquot famelicorum Græcorum per vim extortas, curaverit excudi Amsterodami, cum Cyrilli confessione. Utriusque Pseu-dopatriarchæ exautorationem; & criminum Confessionem, cum Cyrilli Patriarchæ innocentiæ defensione, ex Authenticis dedit, Vir illustris, Dominus, Cornelius Haga, olim ad Portam Ottomanicam Belgii Fæderati legatus, tandem in Patria Supremi Senatus Juridici Præses. Qui cum domum Constantinopoli, A. 1639. repeteret, Lublinumque in Min. Pol. diverteret, quibusdam Patronis Euangelicis retulit, Cyrillum Patriarcham, à quodam Turcico Bassa, ad malevolorum instantias, A. 1638. nefariè strangulatum esse.

And Riv. Dialys. Grot. Discuss. sect. 7. num. 4.

CAPUT II.

De Unione quorundam Græcorum, seu Russorum, cum Ecclesia Romano-Catholica: atque adeò de dissidio ac distinctione Unitorum à Non-unitis.

GRæci ac proinde & Rutheni, scissi semel ac divisi ac Ecclesia Romana, nunquam ad eam redire voluerunt. Unionem quidem cum eis Pontificii sæpiùs quærebant; sed nunquàm coaluit sincera vel totalis, ab omnibus recepta & servata.

Duplex autem unio potissimùm cum Gręcis & Russis, celebratur à Pontificiis: una in Synodo Florentina, A. 1439. de qua vide Philip. Morneum in Mysterio Iniq. p. 1220. de altera Thuanus ita scribit:

A. 1595. celebratæ magnâ cum ceremoniarum pompâ, cum S. Sede Alexandrinæ Ecclesiæ, quæ Coptorum dicitur, & Ruthenæ in Polonia reconciliationes. Jam ante per Joh. Ba-

Baptistam, Gregorius XIII. & Sixtus V. cum Amba Johanne Patriarcha egerant; ut ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam, ipse & subjecti Episcopi redirent. Ei successit Gabriel XCIII. à Beato Marco, qui itidem ab Ambrosio Auriensi Episcopo, & Hieronimo Vetere Presbytero solicitatus, Abdelmessiam, & Jozephum, S. Macarii, in Ægypti desertis, Monachos, nec non Barsum Archidiaconum, Romam ablegaverat cum mandatis, exeunte A. XCIII. secundum Coptitarum calculum, anno à Martyrum mundorum captivitate, sive ab exordio Imperii Diocletiani cIↄ.cccx. datis: jiquè admissi hoc Anno 1595. ineunte, & 16. Cal. Febr. ad Pontificis pedes prostrati Confessionem fidei suę fecêre: quâ consentaneam Rom. Ecclesię doctrinam se amplecti professi sunt, ejurato de S. Sancti processione Græcorum errore, & assertis VII. Sacramentis, ac S. S. Conciliis, Nicæno I. Constantinopolitano I. Ephesino, Chalcedonensi, Constantinopolitano II. rejecta Synodo Ephesinâ II. imo potiùs latrocinio, quod, factione Dioscori Alexandrini, occiso B. Flaviano Episc. Constantinopolitano, Eutychianam hæresin confirmavit; Constantinopolitano III. item Concilio approbato, ac Nicæno II. atque ad extremum, Florentino ac Tridentino, ante XXXII. annos, ad finem perducto. Primariæ etiam sedis, ejusque Romani Episcopi, tanquam Petri, Principis Apostolorum, & veri Christi Vicarii, totiusquè Ecclesiæ Capitis, ac principatum in Universum orbem Christianum exercentis, autoritati ac censuris se subjecerunt.

Eodem anno exeunte, Antonio Possevino, è Jesuitico Sodalitio Sacerdote, suggerente, qui diuin Russia utrâque & apud Polonos, summâ negotia, Pontificum authoritate, magnâ solertiæ laude dedit effectui Rutheni admissi cum mandatis, super eorum S. R. Ecclesiæ Unione, Idib. Junii proximè datis, & in Constantiniana Vaticani Palatii aulâ auditi, Hypatius Pociey, Protothronius Vlodimiriensis & Brestensis, Episcopus in Russia. Cyrillus Terlecius, Exarchus Episcop. Luceorionsis & Ostroviensis, tanquam, Metropolitæ

literæ Kijoviensis Michaëlis Raboza, Hermohen, Archiepiscopi Polocensis & Vitepscicnsis, Michaëlis Kopistenski Præmisliensis, Gedeonis Balabani Leopoliensis, Dionisii Zbierofcii Chelmensis & Belsensis, Johannis denique Hoholii Pinscensis ac Turoviensis Vladicarum, sive Episcoporum, Procuratores. Postredditam Confessionem, quâ Conciliis Generalibus ac præcipuè Tridentino ultimò, assertisque, periter S. S. & P. R. potestati obedientiam detulerunt, rebus, solenni ritu, ex sacrorum Canonum præscripto, peractis, & in S. Inquisitionis monumenta, à publicis Ministris relatis, in gratiam à Clemente VIII. accepti sunt. Ea de re, acta statim publicata, ut per totum orbem Christianum volitarent: & Cæsar Baronius Cardinalis, præcipitato tempore, ut ea ad calcem VI. & VII. Tomi. Annal. Eccl. adderentur, sedulo curavit. Verum lætitia ex tantâ accessione concepta, paulo post evanuit: siquidem Ruthenos statim defecisse, renunciatum est. Legatio autem illa Alexandrini, à multis in dubium revocata est; quod non Amba Johannes, aut Gabriel, tunc Alexandrinæ Ecclesię præesset, sed Meletius Pegas dictus, Cretâ oriundus, qui Patavii literis operam feliciſſimè dedit puer, & linguam Latinam commodè didicit, ac posteà Monasticam professus, Sylvestro Patriarchę, in eo munere suffectus est. Evulgatæ ad rem evincendam, à Georgio Douza literæ, ad Janum Douzam patrem Nortovicium scriptę: quibus Meletius valdè se alienum ab ea fidei Confessione testatur: siquidem se, Pontificem Romanum, pro Pontifice Romano agnoscere, cæterum Christum solum, universalis Ecclesiæ Caput, cum Paulò prædicare. Cumquè literæ, quasi à Calvinianis confictæ, arguerentur, prolata alia testemonia: & certè Meletius Hebraicæ, Syriacæ, & Arabicæ linguæ peritiſſimus, qui postea Constantinopolim accitus est, ut veluti rerum, totius Orientalis Ecclesiæ moderator esset, sic in luce omnium vixit, totquè suæ sacræ dignitatis & eruditionis testes habuit, ut nomen ejus obscurum esse non potuerit. Hæc Thuanus de Unione illa Græ-

corum & Russorum, cum Romanis, Anno 1595. sancitâ.

Postquam autem suâ sponte & consilio, duo illi, Hypatius Pociey, & Cyrillus Terlecius Episcopi Ruthenici, primi Consilii istius authores, Romàm se contulerunt, Papæ obedientiam delaturi, suo & aliorum nomine; eodem tempore generalem Protestationem, in præsentia plurimorum insignium Virorum, intulit publicis tabulis Castri Vlodimiriensis, 1. Jul. A. 1595. Gedeon Balabanus, Episcopus Leopoliensis, conquestus, primos istos Apostatas, sine scitu & consensu omnium statuum utriusque Ordinis Ecclesiastici & Politici, Unionem hanc introducere ausos esse. In toto, inquit, fidem Romanam amplexi sunt, pro forma tantum relictis ritibus, ceremoniisque Græcorum, idquè cum hac annexâ appendice: quorum (scilicet rituum) ipsi tenacissimi sunt: &, ne contradicerent fidei Catholicæ. Nunquam se cum aliis literas de eo, tam ad Papam Romanum, quàm ad S. R. M. Scripsisse. Quod, si nunc scriptę sunt, & traditæ nomine omnium, subdolè id actum, & subscriptiones in membranis vacuis, non pro Unione, sed in causa alia, ex Synodo Brestensi, A. 1594. 24. Junii, quibusdam eorum concreditas fuisse. Reperitur hæc Protestatio, in tabulis Castri Vlodimiriensis. Constantino quoquè Duci Ostrogiæ, Palatino Kijoviensi, nunquam in mentem venisse, eam Unionem, imò eam penitùs illum improbasse, nec ullum assensum præbuisse, constat ex attestatione ejus typis evulgatâ, 25. Jul. A. 1595. Quod ipsum evincit Protestatio ejusdem Generalis, suo & aliorum nomine, libris Comitiorum A. 1596. Varszaviæ tradita & inserta. Videatur in supplemento Synops. privileg. Ruthen. fol. 1. 2.

In Synop. Privil. Ruthen.

In Supplem. Synop. privil. Ruth. fol. 3.

Meletii verò Patriarchę Alexandrini extant literę, ad Protothronium totius Russiæ, Hypatium Pociey A. 1599. ex Ægypto datę: in quibus conqueritur, crasso mendacio & imposturâ confictum & divulgatum esse typis, quasi per legatos, potestati sese Rom. Pont. subjecisset, & Orientalis Ecclesiæ cum Occidentalibus coaluissent. In eam rem, ejusdem Meletii Epistola hæc exstat.

Ant. adversus Unitos Græcos Gelasii Diplici Polon: A. 1632. lib. 5. cap. 5. p. 612.

Se-

Sereniſſimo atquè Invictiſſimo Regi Poloniæ atquè Sueciæ Ibib. lib. 5. c. 5. p. 598.

SIGISMUNDO TERTIO,

Domino atque Filio, in Domino dilectiſſimo.

MELETIUS, per miſericordiam Dei Papa, ac Patriarcha Sedis Alexandrinæ. SIGISM. III. Invictiſſimo Poloniæ Sueciæquè Regi Gratiam, miſericordiam, ac pacem, à Domino Deo, Salvatorequè noſtro JESU CHRISTO. Amen.

„ *ÆQuè nos humanitate atquè eruditione, exhilararunt Re- „ gia Tua Majeſtatis literæ, Rex Invictiſſime: illam exoſ- „ culati, hanc admirati ſumus. Illi ergo gratias agimus immor- „ tales, quòd ſcilicet (uti ſcribis) nunquam Orientalem Eccle- „ ſiam contemptui habitam, ſemper honore, ſemper amore digna- „ tus ſis, etiamſi propter nonnullas neſcio quas* ἀταξίας, *edicto Re- „ gio caviſti, ne cuivis temerè pateret, ad ditiones veſtras aditus. „ Quo prudentiſſimo edicto, eouſquè inhumane ſunt abuſi quidam „ (nempe, quorum intererat, quibuſquè fixum eſt, quà vi qua- „ vè injuriâ, id quod ſemel agreſſi ſunt, exſtruere), ut id quod „ fuerat improborum hominum cauſâ ſancitum (neque enim quies „ atque tranquillitas Rerumpublicarum interturbanda eſt) ad pro- „ batiſſimos homines convellendos, atqué ad eas literas intercipi- „ endas, diriivarent, quæ optime facerent, ad Eccleſiarum ſedan- „ das* τριχονοµίας. *Quæ res ad nos uſque delata, animos noſtros jure „ optimo exulceravit. Verum tamen humanitati tuæ gratias agi- „ mus, dabimuſque operam, ut, (quod ſemper fecimus) rebus „ Majeſtatis Tuæ, aut opere, aut precibus votiſque ipſis ad im- „ mortalem Deum, ſupremumque rerum omnium Arbitrum, Pa- „ trem noſtrum, faveamus. Eruditionis verò Tuæ pondus id ex- „ poſcere videbatur, ut ad ea reſponderemus, quæ aut imprecari „ nobis, aut nos docere dignatus es. Dares (certe ſcio) veniam, „ Rex invictiſſime, ſi Theologicis de rebus, & pluribus, & pa-*

 terno

„ terno animo tecum ageremus: quandoquidem ad hanc arenam „ Tua Majestas descenderit, nosque jam emeritos, ne emortuos „ dicam, curis angoribusque confectos, sexcentisque agitatos peri- „ culis, invitârit, ad contemplandas Regias cœlestis animi tui „ dotes. Quibus (ita Deo Opt. Max. visum est) huic etiam ex- „ timo nostro orbi testatum facis; Te non tantum cum Imperio „ Philosophiam, aut cum Philosophia Imperium conjunxisse; (id „ quod, nec abs re, quidam censuit, ad rerum εὐδαιμονίαν publica- „ rum apprime facere) sed cum totius Philosophiæ Principe The- „ ologia; quæ non hoc tantum ævo ærumnis calamitatibusque fæ- „ cundissimo homines conspicuos facit; sed quod maximi faciendum „ est, & æterno illo beat, quod est sempiternæ felicitatis destina- „ tum. Perspiceret Majestas Tua, Nos, cum Majoribus nostris, „ non ignorare (quem imprecaris ut agnoscamus) Romanum Pon- „ tificem, (id quod sese ipse autumat) Pontificem scilicet Roma- „ num, veluti & Constantinopolitanum Pontificem, Pontificem „ Constantinopolitanum, cæterosque Apostolicarum Sedium Pon- „ tifices, cæterarum certarumque sedium Apostolicarum Ponti- „ fices. Qui non unus omnium, sed inter omnes, & ipse unus, lega- „ tione D. N. Iesu Christi fungitur, dum D. N. Iesu Christi in- „ sistit vestigiis, Euangelioque. Non enim unus Divus Petrus (ut „ des, D. Petri Romanum Pontificem, unum esse successorem, „ cujus sedem se esse, & Antiochena vult sedes, nec immeritò,) „ non unus Divus Petrus fuit Apostolus; sed & D. Petrus, unus „ fuit Apostolus, etiamsi primus, etiamsi præcipuus, etiamsi, „ (quo illum encomio insignimus) Coryphæus fuerit Apostolorum: „ in ordine tamen, (ut cum D. Augustino loquar) in ordine e- „ odem & ipse fuerat cum cæteris Apostolis: frater fuit Aposto- „ lorum, non Pater; Apostolus non Dominus; condiscipulus, & „ (ut ipse scribit) Compresbyter, non Magister: qui unà cum cæ- „ teris Apostolis, ab ipso Domino claves acceperit cœlorum. Ac- „ cipite, (dicente) Spiritum Sanctum (cum eis insufflâsset) quo- „ rumcunque remiseritis peccata in terra, erunt remissa & in cœlo: „ quorumcunque retinueritis in terra, erunt retenta in cœlis. Quæ „ omnia æque ad omnes pertinere proculdubio apparet: nisi forsan

has

„ has non esse claves regni cœlorum quisquam audeat calumniari, „ quas ante passionem suam Dominus uni repromisit, dedit omni- „ bus post passionem : ut in unitate omnes, & in omnibus unitas, „ (id quod est Ecclesia) significaretur. Cerneres, Rex Serenissime, „ unum nos ovile suscipere, sub uno Pastore, qui de se dixit; Ego „ sum ὁ ποιμήν. Non enim Pastor simpliciter, sed Catholicus ille Pa- „ stor ὁ ποιμήν. Perspiceret Majestas Tua, nos profiteri unam Ec- „ clesiam, unam fidem, unum Baptisma, sub uno eodemque Spi- „ ritu Sancto; qui procedit ex Patre (ut Filius docet) à quo Pa- „ tre & ipse Filius natus est. Unius credere corporis Universalis „ (neque enim duas Ecclesias Catholicas in Symbolo Christi Ec- „ clesiam prædicat) unum Universale Caput : quod, si D. N. Iesus „ Christus est, alius esse non possit, nisi biceps aliquod sit corpus, „ aut potiùs monstrum corporis. Perspiceres, Rex Serenissime, (ut „ interim, de Concilio illo Florentino, veluti de re silentio digna, „ taceam) non Nos, è Patriam, tum Orientalium tum Occiden- „ talium dogmatibus, traditionibusque, quæ per septum Univer- „ salia Concilia Nobis consignârunt, atque obsignârunt, egressos. „ Illos egressos, qui novitatibus in dies, delectantur. Sed ne Re- „ gias Tues, Regnorum duorum gravissimas curas prægravarem, „ supersedendum mihi duxi; præsertim, cùm, sede rebus inter „ Orientales (id est, inter Primitivam Ecclesiam) atque Occi- „ dentales controversis, accuratiùs quid, quam legere, aut animus „ aut otium fuerunt Regna Tua Majestati, per nostras, ad Reve- „ rendum Protothronum literis, facere levi negotio possit Regia Tua „ Majestas. Quam felicem atque semper triumphantem à Deo „ Opt. Max. per Dominum Nostrum Iesum Christum peroptamus, „ summisque precibus poscimus. A Tua verò Clementia, hoc qui- „ dem tempore potimus, ut Reverendum Patrem Cyrillum Lucari, „ Exarchum hujus Apostolicæ Sedis, & Filium nostram, favore „ Regio dignetur, hominem & probitate & eruditione, Regio fa- „ vore dignissimum. Optime valeat Amplitudo Regia Tua Ma- „ jestatis. In Ægypto, Anno salutis M. DC.

Cum autem ex Italiâ; Româ rediiſſent duo illi legati Rutheni, Unionem Græcarum Eccleſiarum cum Romanâ offerentes

rentes & promoventes, mox ſequente A. 1596. ad diem 6. Octob. A. Vet. Synodus Breſtæ Lituanorum, à parte eorum convocatur, totius illius negotii publicandi & confirmandi cauſa. Conveniunt Michael Rahoza, Metropolita Kyovienſis & Halicienſis, totiuſque Ruſſiæ: Hypatius Pociey Protothronius Ruſſiæ, Vlodimirienſis & Breſtenſis; Cyrillus Terlecius exarchus Luceorienſis & Oſtrovienſis; Hermohen, Archiepiſcopus Polocienſis & Vitempſcienſis; Joh. Hohol Pinſcenſis & Turovienſis; Dionyſius Zbiroſcius, Chelmenſis & Belſenſis Vladicæ, ſive Epiſcopi ritus Græci: Aderant legati Clementes VIII. Pontificis Romani, Johannes Demetrius Socolovius, Archiepiſcopus Leopolienſis; Bernardus Maciejovius Luceorienſis; Staniſlaus Homelinius Chelmenſis, Epiſcopi, conſenſu & authoritate Sigiſm. III. Regis Pol. & Sueciæ, cum ſcitu & conſenſu Staniſlai Carnçovii Archiep. Gneſnenſis. Venerant eodem Legati S. R. M. Nicolaus Chriſtophorus Radzivilius Dux Olicenſis & Nieſvieſienſis Palatinus Trocenſis; Leo Sapieha Cancellarius, & Demetrius Halecius Theſaurarius M. D. Lituaniæ, Præfectus Preſtenſis. Legatis adjuncti fuerunt, Petrus Skarga Societ. Jeſu, Concionator Regius, & Collega ejus, Juſtus Rab.

Antequam vero Synodica negotia inchoarentur, Legati Regii cum Conſtantino, Duce Oſtrogenſi, Palatino Kijovienſi, expoſtulabant, eò nomine, quod tanta hominum militarium caterva, tantâ hæreticorum turba, tanta Sacerdotum multitudo, ad Synodum hanc confluxiſſent. Ad hæc Kijovienſis Palatinus reſpondit: nihil ſe moliturum ſeditioſi, ſed omnia pacatè, & tranquillè tranſacturum.

Paulo poſt legatio Græcorum ſeu Ruthenorum, ibidem Breſtæ ſeorſim congregatorum, & in eam cum Romanis Unionem minimè conſentientium (inter quos fuit & Cyrillus Lucari, tunc tanquam privatus Rector Scholæ Ruthenorum Oſtrogenſis, in qua Græcam linguam profitebatur, poſtea Exarchus, tandem Patriarcha Conſtantinopolitanus) ad Metropolitam directa, ex ſcripto recitata & audita eſt. In

qua

qua protestantur solenniter adversus Unionem & Synodum illam ab Unitis habitam. Metropolitæ vitio vertunt, quod cum Romanis coeat, quodquè insciis illis, Synodum hanc convocaverit, nec ad se eis aditum præbuerit. Nolle se hanc Synodum pro legitima agnoscere, obedientiam Metropolitæ detrectare, minarique excommunicationem & abdicationem sede Metropoliticâ. His cognitis Legati Regii adeunt Palatinum Kijoviensem, rogantquè: Num de hac legatione sciret, & quid ex scripto illic prælectum, ac Metropolitæ nunciatum esset? Fatetur ille, se sciente & consentiente fieri istæ omnio.

In hac parte & classe eorum, qui societatem cum Pontificiis non admittebant, duo Vladicæ seu Episcopi erant: Gedeon Balabanus Leopoliensis, & Michael Copistinius Præmisliensis. Cum his maxima pars Nobilium, Sacerdotum, plebis Ruthenicæ, ab antiqua Græca Religione, ritibus & regimine Patriarchæ Constantinopolitani, ne latum quidem unguem discedere voluerunt.

Nihilominus, factio altera Episcoporum Græci ritus, cum Latinis conspiravit, & in templo Græcorum S. Nicolai, habito solenni conventu, Hermohen, Archiepiscopus Polocensis, epistolam ex mutuo consensu subscriptam in membrana, & obsignatam, publicè & clarè legit, in eaquè Unionem Græcorum, cum Romana Ecclesia promulgavit 9. Octob. A. 1596. Brestę Litvanorum. Videri potest hæc Epistola Unionis, in Concionibus Miscellaneis Petri Skargæ, de Synodo Brestensi, pag. 387.

Refertur ibidem apud Skargam Epistola, Latinè 24. Jan. A. 1601. scripta, Leopoli, à Cyrillo Lucari, qui postea fuit Patriarcha Constantinopolitanus, in qua Confessionem fidei suæ Romanæ conformem edit. Sed hæc cum illa Meletii, Patriarchæ Alexandrini, ad Sigism. III. Regem Pol. epistolâ, è diametro pugnat. Quod diserte ostenditur, in Antapologia Polonica Gelasii Diplici, contra Unitos, in Russia, lib. 5. pag. 605. Pugnat eadem cum Confessione fidei Cyrilli,

rilli, A. 1629. scriptâ. Unde, cuiviscordato patet, hanc Epistolam, Cyrillum Lucari, aut non scripsisse, aut si scripsit, ad importunas eorum, quibus denegare cum periculo erat conjunctum, & apud quos tum Leopoli detinebatur, instantias id fecisse. Non est igitur putandum, scriptam esse ab eo, tanquam à Nuncio Patriarchæ, aut Legato Ecclesiæ Orientalis.

Exinde dissidium & distinctio inter Ruthenos, Græcæ Religioni addictos natum est, ut alii UNITI, nempe cum Ecclesiâ Romana, alii NON-UNITI dicantur.

UNITI, Papam, pro capite Ecclesię Universalis agnoscunt, & doctrinam Ecclesiæ Romanæ amplecti in toto, sensim jubentur: cæteroquin Conjugia Sacerdotum, & ritus usitati Ecclesiastici ipsis permittuntur.

NON-UNITI. Patriarchæ Constantinopolitano adhærent, antiquam Religionem Græcam, cum ritibus retinent, & in præcipuis fidei articulis, præsertim doctiores, ad Orthodoxam Euangelicam Religionem propiùs accedunt.

Hoc autem Dissidium & Schisma, in sola Russia, quæ Poloniæ Regno subjacet, atque in Lituania, exortum est, non in Valachiâ, Moldaviâ, Græciâ, Moscoviâ. &c.

Ab eo tempore, injurias ab Unitis sibi illatas, aliaque gravamina, NON-UNITI exponunt, in sua Synopsi Privilegiorum ac libertatis Ruthenicæ, in Supplemento ejusdem aliisque scriptis.

Anno 1628. Meletius Smotrisius, Archiepiscopus Polocensis, Episcopus Vitepsciensis & Mscislaviensis, Archimandrita Vilnensis & Dermaniensis, ad Unitos secessit, novasque turbas dedit, vir linguarum, artiumquè cognitione conspicuus.

Antequam descivisset, edidit Θρῆνον, sive Lamentum Orientalis Ecclesiæ, super defectione, quorundam ab antiquâ Religione Græcâ, & obsequio Patriachæ Constantinopolitani, cum explicatione fidei dogmatum, librum hactenus Græcum & Slavonicum, accurata & eleganti versione Po-

Polonicâ condecoratam, sub nomine Theophili Orthologi, Vilnæ A. 1610. Euangelicorum doctrinam ac Religionem suspicere ac suscipere videbatur. Ejusque instinctu ac consensu, promotione verò Raphaëlis Comitis de Leszno, Palatini Belsensis, factum, ut duo Alumni Ecclesiæ Græcæ, studiorum causâ, Bethaniam Silesiorum, ad Gymnasium Euangelicorum celebre, missi fuerint; nempè Eustachius Giselius (qui librum de Imitatione Christi Thomæ de kempis, in Græcum idioma, à se translatum, typis imprimi curavit, Francofurti ad Viadrum, A. 1626.) & Georgius Smotrisius. Thorunii verò studiis operam navavit, ætate jam provectior, Orientalis Ecclesię Minister, Johannes Gregorii Roxolanus, A. 1622. Hebraicę, Græcæ, & Latinę linguę peritus.

Postea factus Apostata, Meletius ille Smotrisius, in lucem emisit Apologiam, in qua cur ad Unitos transierit causas reddit, & dogmata NON-UNITORUM perstringit. Quem librum, scriptâ Revocatione, sponte suâ sine ullâ coactione, in Synodo kijoviensi, in templo D. Virginis Mariæ, Monasterii Peczariensis, 14. Aug. A. 1628. sub Liturgiam, prælecto Euangelio, publicè dilaceravit, & igni tradidit. Paulò post tamen rediit ad priorem Apostasiam, idque propter reditum, aliquot millium florenorum. Scripsit idem Meletius Smotrisius, in hac iteratâ defectione sua; ad Fraternitatem Vilnensem, Ecclesiæ S. Sancti, Paræncsin, 12. Decemb. A. 1628. inpressam Cracoviæ., A. 1629. in qua omnibus Ruthenis author est, ut sese Romanæ Ecclesiæ incorporent. Atque in ea, de suo illo Lamento, tale fert judicium. *Mea*, inquit, *scripta Lamenti, universim ferè redolent Lutheranismum & Calvinismum, passim in omnibus capitibus, & imprimis in Catechesi, pro Colophone additâ.* Ibidem: *Scriptum meum Lamenti totum fere Calvinizat.* In eadem Parænesi, Cyrillum Patriarcham, vocat Hæreticum. Testatur idem, ab eo concessam sibi fuisse, Constantinopoli, legendam explicationem Symboli Nicæno-Constantinopolitani; ad instar Dialogi scriptam: ubi sentiat & affirmet, Sacramenta esse

In Synop. privil. Ruthen. A. 1628

Ooo non

non nisi duo: preces pro defunctis, non esse necessarias, nec eis utiles, judicium particulare nullum esse, nullum purgatorium, &c. Scribit porrò Smotrisius, ex ore ipsius Cyrilli Patriarchæ se audivisse; *Confessionem privatam cum enumeratione singulorum peccatorum, in Ecclesiâ Orientali, esse intermittendam.* Differentiam verò, de processione Spiritus Sancti, inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, facile conciliari posse.

Contra Apologiam Smotrisii, Andreas Muzilovius, Protopopa Slucensis, & Kopylensis, A. 1629. evulgavit Antidotum; Antapologiam Gelasius Diplicus, A. 1632.

In eadem cum Unitis Controversiâ, scripta sunt, ac in vulgus emissi plures alii Tractatus, linguâ Polonicâ. Exstant inter alias libri, sub nomine Zizanii, Philalethi, Orthologi, Clerici Ostrogensis, &c.

Tandem A. 1634. in Comitiis Regni, munia quædam publica, & ditiones, seu reditus, Non-Unitis, restituti sunt: idquè præstitum, quod à multis annis promissum, totiesquè dilatum fuit. Unitis tamen solis cesserunt, perpetuis temporibus, unâ cum reditibus, tres Episcopales Diæceses, Pinscensis, Chelmensis, & Vlodimiriensis.

NB. Ad calcem hujus secundi capitis, tanquam ad pleniorem Unionis Ruthenorum cum Romanis explicationem, visum est nobis conveniens, ponere sequentem seriem, per modum figuræ collateralis constitutam.

SERIES

Quædam Perſonarum Eccleſiaſticarum, in regimine, apud Græcos Ruthenoſque jam diviſos, conſtitutarum, hoc ſequenti ordine ob oculos exponitur.

UNITORUM

Caput

PAPA

ROMANUS.

NON-UNITORUM

Sub unico ſoloque Capite Chriſto

PATRIARCHÆ.

1. Conſtantinopolitanus (qui dicitur Archiepiſcopus Conſtantinopoleos Novæ Romæ, Oecumenicus Patriarcha) hodie Parthenius, Metropolita olim Cæſareæ Palæſtinæ.
2. Alexandrinus Hieraſimus.
3. Antiochenus, Meletius.
4. Hieroſolimitanus, Theophanes, per annos 50. jam obiit.
5. Moſchoviticus, Joſephus; cujus ſedes eſt in Urbe Moſcha. Habet Metropolitas IV. Archiepiſcopos VIII. Epiſcopos IV.

METROPOLITÆ

VNITORVM.

Michael Rahoza
Josephus Velanim Rutscius
Raphael Korsack, Romæ, quo Non Unitos ad Calend. novum adacturus, abierat, exspiravit.
Antonius Sielava.

NON-VNITORVM.

Jobus Borecius.

Petrus Mohila Palatinides Moldaviensis.

ARCHIEPISCOPI.

VNITORVM.

Hermohen
Hypatius Pociey
Meletius Smotrisius
Archiep. Polocienses.
Antonius Sielava
Leo Kreusa
Archiep. Smolec.

NON-VNITORVM.

Jozephus Bobricovitius Polocensis.
Sylvester Cossovius
Mohilensis
Orsansis.
Msciflaviensis.

EPISCOPI

VNITORVM.

Pachomius Oranius Pinscensis.
Methodius Terlecius Chelmensis.
Josephus Mokosz, Bacoviecius Vlodimiriensis.
Jeremias Poczapovius Luceoriensis

NON-VNITORVM.

Alexander Athanasius Pusina, Luceoriensis & Ostrogensis unicus.
Silvester Hulevicius Vojutinseius, Premisliensis, & Samboriensis.
Jeremias, Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis,
Po-

Podoliæ unicus Athanasius Krupecius Premisliensis.

Tessarovius Arsenius Zeliborscius.

ARCHIMANDRITÆ

Tanquam Abbates Monasteriorum.

VNITORVM.

Oblocenius Zydicinensis prope Luceoriam.

Cassianus Sakovicius, Dubinensis, qui ex Non-Unito Unitus, tandem Pontificius Sacerdos factus, contra utrosque scripsit, cui iisdem rescripsere.

Meletius Smotrisius

Joh. Dubovicius Demanienses.

Zarovius, Drohobuzensis.

Alexius Dubovicius Vilnensis

EustachiusPieszcoviusGrodnensis.

Lossovius, Zuravicensis.

Theodosius Borovicius Novogrodensis.

NON-VNITORVM.

Petrus Mohila, Palatinides Moldaviensis, Archim. Peczariensis.

Verulamius Piukevicius Mohilensis.

Samuel Sicicovius Slucensis.

Josephus Czaplicius Mielecensis.

&c.

S E Q V V N T V R.

JHUMENI, Monachorum Seniores, tanquam ἡγούμενοι. PROTOPOPA, POPA, ARCHIDIACONUS concionatur, sed non absolvit Liturgiam. DIACONUS ejusdem officii, PEDIACUS, CLERICUS, sive ACOLUTUS. DIACUS, CANTOR, &c.

CAPUT III.

De Vnione Euangelicorum, in Polonia, & Lituania, cum Græcis seu Ruthenis, attentatâ; sed non nisi Politicâ obtentâ.

M. D.

QUam primùm Deus misericors, extremis mundi temporibus, in Septentrionali plaga, Euangelium suum, per Bohemos, renovare cœpit: Græci eo cognito, ad Euangelicos Bohemos, progeniem Hussi, Constantinopoli, scripserunt; & fraternam illis in Domino charitatem obtulerunt, Anno, 1451. In hàc Epistolâ, magno sibi esse solatio Græci testantur, quod Euangelici, abjectis commentis Pontificiis, fide suâ innitantur doctrinæ, à Filio Dei & Apostolis traditæ. Unionem cum Ecclesiâ Romanâ, in Concilio Florentino agitatam appellant Διαίρεσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, *diremptionem à veritate*. Tandem Euangelicos hortantur: ut eis se conjungant, in unitatem fidei, juxtà ipsum fundamentalem & immutabilem Canonem Veritatis, & quidem verissimum, id est, Scripturam Sanctam. Adjuncta est hæc Epistola Græco-Latina Orationi Davidis Chytræi, de Statu Ecclesiæ in Asia, Græcia, Bohemia, & ad calcem, Lituania, Edit. Francof. 1583.

Sed & sequenti seculo in Græcis, eadem lux Veritatis idemqué affectus in Confessores puri Euangelii, evidenter emicuit. Quod patet ex Epistola Jeremiæ Patriarchæ Constantinopolitani ad Metropolitam Russiæ, 1590. exarata. Ejusdem ad Euangelicos Vitembergenses literæ interceptæ fuerunt, teste Skarga, Leopoli à Stanislao Socolovio Concionatore Stephani Regis. Extant tamen ob eodem Patriarcha, & ab aliis scriptæ, ad Tubingenses Professores & quosdam alios Euangelicos, apud Davidem Chytræum in Oratione ejus, de statu Eccl. in Græciâ, Asiâ, Bohemia &c. In Turco-Græcia Martini Crusii. De eadem collatione Tubingensium Pastorum, cum Jeremiâ Patriarchâ Constantinopolit. videatur Thuanus Histor. Tom. 2. l. 73. p. 338.

Hanc

Hanc in Spiritu & fide propensionem Græcorum, ergà puriorem Euangelii doctrinam, ejusquè sequaces Ecclesias, probè perspectam exploratamquè habebant Euangelici, ut alibi, ità & in Poloniâ. Nam & ad Synodum Euangelic. General. Torunensem A. 1595. celebratam, Legationes duæ à Græcis, quoad Religionem, missæ erant. Una à Constantino Duce Ostrog. Palatino Kijoviensi, Græcæ Religioni addicto, officia amicitiæ Ecclesiis Euangelicis offerente, & cum iis, nomine suo ac suorum, Conjunctionem in verâ Religione, expetente, satis honorificè missa, & per Legatum præsentem Casparum Luszkovium expedita. Fuit is Constantinus Dux ab Ostrog Palatinus Kijoviensis, Parens duorum Filiorum, Janussii Castellani Cracoviensis, ad Pontificios transeuntis, cujus nunc amplissimas Ditiones, ex Filia Nepos possidet; & Alexandri Palatini Voliniensis, Græcæ Religionis placita constanter observantis. Altera Legatio fuit à Nobilitate Russiæ, Voliniæ, aliarumquè Provinciarum, quæ Græcam Religionem ac ritus, amplectuntur. Quapropter A. 1599. Euangelicorum Patroni, Andreas Comes de Leschno Palatinus Brestensis Cujaviensis, nec non Christophorus Radzivilius Dux Birzens. & Dubinecens. Palat. Vilnens., contulerunt invicem, cum Constantino Duce Ostrogensi, Palatino Kijoviensi, Græcam Religionem profitente, de Unione Euangelicorum cum Græcis. Dumquè spes ejus affulgeret, ac Palatinus Kijoviens., promitteret; se accersiturum Vilnam, præcipuos & doctiores Sacerdotes suos, ad diem 15. Maj; vocati quosquè eodem sunt, ad diem dictam, Ministri quidam Euangelici, ut suis se Patronis adjungerent. Quo nomine Andreas Leschczinius, mittit Ostrorogum ad Simeonem Theophilum Turnovium Superattendentem Eccles. Major. Polon. Is tùm æger, loco sui, destinat huic itineri & negotio duos Ministros, Matthiam Ribinium, & Martinum Gratianum, oblatâ eis instructione. Recuperatâ verò paululum valetudine, & pensitatis gravissimis obtestationibus, quibus ad hoc iter suscipiendum Palatinus Brestensis

ſis eum invitabat, ingreditur illud Oſtrorogi 30. April. In itinere Comites, laboriſqué futuri ſocios adſciſcit ſibi, Eraſmum Gliczncrum Superattend. Eccl. Maj. Pol. Confeſſ. Auguſtanæ, & Danielem Micolajevium, Eccleſiæ Radziejov. Paſtorem.

Vilnam in Litvaniâ perveniunt 14. Maj. poſtridiè compellantur à Chriſtophoro Paulovio & Martino Bronievio, ſalutanturqué nomine Ducis Oſtrogiæ Palat. Kijovienſ. humaniſſimè. Uterqué prolixis Orationibus ſignificant, non poſſe aliter violentam Eccleſiæ Dei oppreſſionem, in hoc Regno & M. D. Litvaniæ in hiberi, quàm conjunctione hominum Græcæ Religionis cum Euangelicis: quò Deus in flexerit animos, tùm Oſtrogenſis Ducis, tùm aliorum multorum ex aliâ parte. Propediem expectari adventum Palatini Vilnenſis, & Palatini Breſtenſis Cujav., Intereâ tempus ne otio tranſigatur: Conſignatas eſſe aliquot Quæſtiones, Sacerdotibus Græcis à Palatino Kijovienſi convocatis, proponendas, Homines eos eſſe ſimplices, idiotas, ſed præfractos & pertinaces, qui inviti diſcedant in Controverſiam de ſuâ fide, hæreticos nos indignos proclamando. Nihilominus ſæpiùs jam, cum iis ſermones habitos, & propoſitis Quæſtionibus, ad mutuum porro Colloquium alliciendos.

Annuente his omnibus Gliczncro, Simeon Theoph. Turnovius: ex hoc, inquit, colloquio, duo hic eſſe agenda, cum Græcis, animadverto.

Unum eſt: Confæderatio ſecularium ad mutuas defenſiones, contrà violentiam Pontificiorum.

Alterum, ex hâc occaſione conſenſus Spiritualium in doctrinâ, ſi Deus eo nos beare velit. Sanè, credebam ego firmiter, nos hûc invitatos eſſe, jacto jam à vobis certo hujus negotii fundamento, & Sacerdotes Græcos inclinare ad ſyncretiſmum hunc, qui nobis propriè incumbit, faciendum. Sed nunc audio contrarium, illos rudes & obſtinatos, noſtrum averſari Colloquium; ita, ut ſpes ſit exigua paciſcendæ cum eis, in fide præſertim, concordiæ. Prætereà, cum A-

ctus hic, etiam hujus loci Ministris Euangelicis, & quidem jure potiori quàm nobis, longo à Græcis intervallo locorum dissitis, competat; judico, nil esse auspicandum cum Græcis, quod fieret Quæstionum exhibitione: donec id Vilnensibus Senioribus Ecclesiasticis communicatum fuerit. Res enim non careret scandalo. Postremò, operæ me pretium facturum existimo: si vobis in eam rem ea, quæ domi adhuc deliberata in chartam conjeci, (submissurus pro informatione à me ad hoc iter negotiumqué deputatis,) prælegam,& ulteriùs trutinanda offeram.

Consignatio quorundam Articulorum, pro Collatione cum Græcis.

1. Quandoquidem nos Euangelici, Græcorum Religionem censemus esse veriorem & propiorem doctrinæ Apostolicæ, in plærisqué Articulis, quàm Romanam; eosqué ita pro Fratribus Christianis reputamus, ut cum eis conversari, in concordiâ & charitate vivere, in iis quæ faciunt ad commonstrandum viam salutis, juxtà & in temporalibus præstò adesse, injurias communi consilio & auxilio propulsare, & planè cum eis, tanquàm cum Fratribus dilectis uniri & fædus pangere, juxtà Canonem Scripturæ S. parati simus. Quærendum ex eis. 1. *Vtrum & illi, ejusdem sint in nos affectus,*
„ *talemqué συζυγίαν esse bonam, gloriæ Dei, incremento Ecclesiæ*
„ *ejus, communi solatio, ac paci adversus hostes inservire intelli-*
„ *gant? Et, Vtrum eam, æquè ac Nos, exoptent atqué cupiant.*
„ 2. *Si annuant, referendum porrò: Scire nos, quòd à Magi-*
„ *stratu suo, nempè Patriarcha Constantinopolitano, dependeant.*
„ *Quid igitur nobis de illo polliceri debeamus? Sitne impediturus*
„ *propositum hoc, an ex sententiâ ipsorum promoturus.*
„ 3. *Hinc nascetur duplex Quæstio & deliberatio. Si Patri-*
„ *archam putent Causæ isti esse favorabilem; quomodo requiren-*
„ *da ipsius consilia & suffragia? Illinc mittere eò debeant, vel nos*
„ *etiam scribere ac rogare, ut Legatum suum huc expediat, assi-*
„ *gnato certo tempore & loco, ex utrâque parte Conventus.*

 „ 4. *Quod*

,, 4. *Quod si suspicentur fore, ut Patriarcha huic se causæ non im-*
,, *misceat, propter quoscunqué respectus: mentem ei suam declarare,*
,, *æquissimaq; propositi sui argumenta exponere possent: ut eo consen-*
,, *tiente, aut saltem sine offensione ejus, cœptum opus agere queant.*
,, 5. *Si verò Patriarcha plane repugnet, cognoscendum ex eis:*
,, *utrum illi nihilominus, solum Deum, unicumqué vivum Caput*
,, *Ecclesiæ S. Christum Iesum, Verbum ejus, conscientiam & ne-*
,, *cessitates suas respectando, Communionem nobiscum fraternam*
,, *firmiter & constanter ambiant? Hoc fundamento, prout Deus*
,, *disposuerit jacto, superstruendum ei, quid & quomodo divini-*
,, *tus suggestum fuerit.*
,, 6. *Hic exhibeatur illis, primùm Epistola Patriarchæ Con-*
,, *stantinopolitani Nicomedis Macarii, scripta ad Bohemos Euan-*
,, *gelicos Majores nostros, de Vnione cum ipsis mutuâ, Anno* 1451.
,, 7. *Prælectâ hâc Epistolâ Græcè & Polonice, (prout Palati-*
,, *nus Kijoviensis habet translatum) sciscitandum ex eis: Num*
,, *eo pacto, quemadmodum in hâc Patriarchæ veteri Epistolâ con-*
,, *sulitur, inire velint nobiscum concordiam,* κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἀπα-
,, ράγραπτον κάνονα, ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς καὶ ἀσφαλῶς ἑνοῦσθαι δυνάμεθα, ἐν πᾶσι
,, τῆς ἱερᾶς μεσιτευούσης γραφῆς τοῦ ἀληθεστάτου κριτοῦ *Secundum inobli-*
,, *teratum & immutabilem veritatis canonem in quo solo verè ac*
,, *tutò uniri possumus, in omnibus mediante scripturâ S. verissimo*
,, *judice. Ad hocce fundamentum applicare velint, & illa antiqua*
,, *Concilia, præsertim Nicænum, & Scripta Patrum Doctorumqué*
,, *Veterum Græcorum. Hoc si promittant, de successu bono, meo ju-*
,, *dicio, dubitandum non erit. Nec forte jam nostris Theologis ul-*
,, *teriora tùm attingenda forent; nempe, si ea rationes circumstan-*
,, *tiarum temporis, & Patronorum paci ac tranquillitati consulen-*
,, *tium non ferant.*
,, 8. *Cæterùm, si detur occasio & tempus, & videatur cum*
,, *ædificatione in illo Conventu futurum, tradant Nostri Græcis*
,, *Confessionem Bohemicam, quam jam, tempore Nicomedis Pa-*
,, *triarchæ, Fratres nostri tenebant: aut illam pluribus verbis illu-*
,, *stratam, (quibusdam in locis nonnihil immutatam) & Polonice*
,, *editam, ac in Synodo Sendomiriensi comprobatam ac promulga-*
,, *tam; aut etiam Augustanam Confessionem.* ,,9. *Quod*

„ 9. *Quod si aliquam evolverint Confessionem, & disputare „ voluerint, de aliquo Articulo: fiat sane, sed quàm mitissime „ ac mollissime, in Spiritu lenitatis, velitatione quadam amicâ, „ magis ad intelligendum eorum argumenta, (quæ diligenter con-„ signanda, etiam minutissima,) quàm ad confundendum eos, ut „ omnes Christo lucrifacere queamus.*

„ 10. *In Articulo, de fide in Spiritum S., possumus acquiescere „ in eo, quod majores eorum confessi sunt. Spiritum Sanctum pro-„ cedere à Patre per Filium & tàm à Patre quàm à Filio mitti & „ dari; Scriptura S. id palàm asserente.*

„ 11. *Ceremoniæ & ritus, ipsis in Cæna Domini usitati, & „ Calendarium Vetus, ad ulteriorem cum ipsis in posterum disqui-„ sitionem, sine omni controversiâ, libere permittantur.*

Prælectis his Articulis & collaudatis, Micolajevius votum suum addit: agendum esse, primò cum Ministris hujus loci & Superintendentibus ac Senioribus Litvanicis in hâc causâ. Et si quid à nobis proponi debeat Græcis, ex his Articulis & Quæstionibus, à Politicis conscriptis, in unum corpus seligenda & congreganda esse ea, quæ maximè convenientia videantur.

Interrogata sivè Quæstiones.

„ 1. *Vtrum illi puro puto Verbo Dei, quod in V. Novoqne Te-„ stamento continetur, totaliter acquiescant? vel explicatiùs loquen-„ do. Vtrum id, quod Moses, Propheta, Euangelista, Apostoli „ scripserunt, recipiant & credant, Scripturam hanc esse divinitùs à „ Spiritu S. inspiratam, & utilem ad doctrinam, ad redargutionem, „ ad correctionem, ad disciplinam in justitiâ, ut perfectus sit homo „ Dei ad omne opus bonum perfectè instructus; & posse sapientem „ reddere ad salutem per fidem.*

„ 2. *Vtrum Doctoribus antiquis, etsi alicubi à Verbo Dei dis-„ crepent, ob eorum antiquitatem plenariam in omnibus fidem ad-„ hibeant?*

„ 3. *Vtrum, si in doctrinâ & Religione suâ, evincantur, ali-*

,, quid esse contrarium Verbo Dei & doctrinæ Apostolicæ, correctionem ex Verbo Dei amplecti, justum esse judicent?

,, 4. Vtrum eos, qui juxta purum Verbum Dei, Religionem suam & Vitæ actiones conformare volunt, & hostem Christi Verbique divini, pro Antichristo habent, pro veris cultoribus Dei & Fratribus suis agnoscant?

,, 5. Vtrum charitatem, ex Christi mandato, servare & ad commune consilium auxiliumq; in communi periculo, contrà Antichristum & servos ejus obstringi velint, cum eis, qui solum verbum Dei, pro Cynosurâ fidei omniumque Actionum suarum, habent; qui, Christum pro Pastore suo & Vnico Ecclesiæ Capite agnoscunt, Sacramenta secundum institutionem ejus administrant, prima Verbo Dei consentanea Oecumenica Concilia, præcipuè Symbolum Nicenum & Athanasii, in toto recipiant, pro doctrina Dei, ad ædificationem Ecclesiæ ejus, agnoscant?

Has Quæstiones privatim posteà, nomine suo tradiderunt Græcis Sacerdotibus, duo illi ex ordine Equestri, Pavlovius & Bronicevius. Similes ab Euangelicis quibusdam, etiam Politicis deliberationes, pro futuro Ministrorum cum Græcis Colloquio, conscribebantur & communicabantur. Posito uno eodemque communi Nobis & Græcis, fundamento Fidei, ac judice Controversiarum S. Scripturâ: ordine procedendum esse ad omnes Articulos fidei & dogmatum, in quibus consentiamus; Consensum cum utrinque asserere, cum Speciali Articulorum recensione, contrà omnes heterodoxos, & potissimum contrà Pontificios, in doctrinâ; De Unico Capite Ecclesiæ Christo: de Cœnę Dominicæ sub utrâque specie participatione: de ratione & integritate in Eucharistia, rei cœlestis & terrenæ, signi & signati, nec non verbi contrà Transubstantiationem confictam: de Purgatorio: de Matrimonio Sacerdotum, &c. Quòd ut commodiore viâ fiat, requirendas ab eis Confessiones aliquas fidei Catecheticas, ex quibus potiùs, quàm ex communi opinione, Consensum procuranti, de Religione judicandum est. Sed quoniam fortè errata in eis reperiuntur, quæ si ventilentur,

tilentur, loco Compositionis, majus dissidium, non sine exacerbatione animorum accendi possent: ideò consultiùs videri, ut porrigatur eis nostra Confessio Sendomiriensis: quò refutent in eâ, si quid jure possint: si nequeant, ut eam comprobent eique subscribant. Quod in multis Articulis facturos esse, sperandum sit. Consensum eum stabiliendum esse pari ratione, atque cum hominibus Augustanæ Confessionis: quos, etsi in quibusdam discedant à nobis, toleramus, & pro Fratribus agnoscimus. Nihil magis vinculum hoc disrumpere, quàm Invocationem Sanctorum & Artolatriam. Ac ideò, ad convellendum eam, conquirenda esse maturè ex Græcis Patribus testimonia. Gestum tamen Artolatriæ, pro evitando Populi scandalo, ad tempus fore tolerandum, sed prævia Presbyterorum Græci ritus sufficienti, quid de illo gestu sentire, & quo animum intendere debeant, explicatione: qualis sit in quibusdam Euangelicorum cœtibus, ubi genibus flexis sacram Synaxin celebrant. Id saltem his & aliis, quoad fieri potest mediis enitendum: ut Sacris Græcorum, citrà scrupulum conscientiæ, vacare possit Euangelicus, & illi viceversâ à nostris non abhorreant.

Referebatur quoque Vilnæ à Nicolao Zienowicz Succamerario Osmianensi Euangelico, de Moscis, animos eorum ad Euangelium inclinare: Vitepsciæ, & in aliis conterminis Ecclesiis, centenis & ultrà, ad Conciones sacras confluere: Biblia Polonica Editionis Brestensis avidè coëmere & legere: Novi Testam. Exemplaria, quæ sumptu suo Vilnæ imprimi curavisset, aliquoties centum coempta in Moscoviam detulisse. Aperiri & illic copiosam Dei messem; modo Operarii non desint.

Commutatis ita ultrò citroquè inter se consiliis & sermonibus, tandem 24. Maj. (Actus enim ipse ob absentiam Magnatum quorundam, differebatur) invitati adeunt Constantinum Ducem, Glicznerus, Turnovius, Micolajevius. Comparent ibidem tres ejus Presbyteri Græci, Lucas Bielogradensis, aureo torq; coruscus, Isaac Jhumen, Cardinalis sivè

Prior Dubinensis, Gedeon Archidiaconus Dubinensis. Inter salutandum, Isaac porrectâ Ministris manu: Etsi, inquit, Scriptura prohibuerit hæreticis vel Ave dicere, nos tamen isthoc humanitatis officio Vos dignamur. Cui respondent modestè: mirum sibi esse, quod nunquàm visos, nedum semel atque iterum monitos, hæreticos judicaverit: Ne igitur ante tempus judicet, &c. Postquam consederunt, primò Dux Ostrorogensis venerandâ canitie senex, pius & zelosus
„ gloriæ Dei amator: *Testor*, inquit, *Deum & conscientiam*
„ *meam, nihil me diligentius à Deo precari, nullumque majus so-*
„ *latium in orbe agnoscere, quàm mutuam concordiam & chari-*
„ *tatem eorum, qui ab unico Ecclesiæ Capite Domino Iesu depen-*
„ *dent, & Verbum Euangeliumque ejus prædicant. Id enim Deo*
„ *placere, & ad propagationem gloriæ ejus, ædificationem Eccle-*
„ *siæ, conservationem pacis, & repressionem violentiæ servorum*
„ *Antichristi, tàm esse necessarium, quàm quòd maximè. Quod*
„ *si mihi adhuc, jam vitæ dierumque saturo contingat, hanc, Ec-*
„ *clesiæ nostræ Græcæ, cum Vestrâ Euangelicâ, harmoniam cerne-*
„ *re; vel postridie tanto perfusus solatio, libenter è vivis exceda-*
„ *rem.*

Hoc Ducis Constantini Proœmium, excepit Erasmus Glicznerus: amplas mereri gratias, tam pium affectum & zelum promovendæ gloriæ Dei: se vicissim, suo & Collegarum nomine, promptum ac sincerum animum, ad mutua cum Græcis Doctoribus consilia, & pacis Ecclesiasticæ studium, offerre.

Dicentem, interpellavit Lucas Metropolites, sermone Ruthenico: Frustra, inquit, speratis, nos a fide nostrâ ad Vos transituros, nisi fortè vos, abjectâ Religione vestrâ, nostram amplectamini.

Offensus his dictis Palatinus Kijoviensis, & conversus ad alios Sacerdotes suos, qui à sinistris ejus considebant, patheticâ admonitione & protestatione, concordiam eis inculcavit. Ministros autem Euangelicos his affatus est. Si Spirituales, ait, nostri Vobiscum sociari detrectent, valeant: nos absque

abſquè illis Conſenſum & dilectionem mutuam ſervabimus.

Proinde Simeon Th. Turnovius verba hæc protulit: *Illuſtriſſ. Dux Palat. Kijovienſ. Liceat mihi exemplo tuo, verbis loqui Apoſtolicis: Teſtis mihi Deus & conſcientia mea, ſolatio id mihi fuiſſe ſemper, quòd etſi puniente Deo mundum ob ingratitudinem veritatis, Eccleſia Romana tàm enormiter erravit, ut Antichriſto in medio ſui locum dederit, eumquè in rebus Verbo Dei repugnantibus audiat tanquàm Deum; Eccleſia tamen Græca conſervata ſit, juxtà promiſſionem illam Græcis in Spiritu S. factam. Perſuaſum habeo hoc ipſum, fore, ut qui incęperit in Vobis opus bonum, perficiat uſquè ad diem JESU CHRISTI. Videmus igitur magno cum gaudio, Eccleſiam Græcam, ut ut longinquitate temporis, & minus accuratâ in eâ prædicatione Euangelii, corrupta ſit quibuſdam dogmatibus Verbo Dei contrariis; nunquam tamen Antichriſto Romano collum ſubmiſiſſe, locumquè ei præbuiſſe: ſed ſemper profiteri ſolum & unicum Eccleſiæ Caput Chriſtum Dominum, ac in plæriſquè Articulis, idem Nobiſcum ſentire & profiteri, ſecundum Scripturam & Euangelium Dei doctrinamquè Apoſtolicam. Deinde illud quoquè ardens in pectore meo deſiderium, & amorem Eccleſiæ Græcæ fovebat: quòd Majores noſtros in Bohemia Euangelicos, poſt Johannem Huſſum, à Pontifice Romano ſecedentes, Eccleſia Græca benignè compellaverit. Scripſit enim Patriarcha Conſtantinopolitanus cum Collegis ſuis, biennio ante captam à Turcis Conſtantinopolim Epiſtolam ad noſtros, amoris pleniſſimam: in quâ, tum laudat eos, quod cum Antichriſto ejuſquè commentis divortium fecerint: tùm ad mutuum in Religione concentum leniter & graviter deducit. *Non talem*, inquit, *qualis Florentiæ cum Romanis occœpit, qui potiùs dicendus* διαίρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας *diremptio à* veritate: *ſed ut conjungamur*, ἐν πᾶσι μεσιτευούσης τῆς ἱερᾶς γραφῆς τοῦ ἀληθεστάτου κριτοῦ *in omnibus mediante Scriptura S. veriſſimo Iudice*. Talem cum Eccleſia Græcâ coalitionem nullo

non

non tempore animitùs exoptavi, cum tesserâ fraternæ charitatis, quam Salvator ipse nobis præcepit, dicens: Ex hoc omnes cognoscent, vos esse Discipulos meos, si charitatem habueritis alii in alios. Quò ipse Deus nos, hactenus utrinqué incurios, excitat & adigit, communi ab hostibus periculo: ut, coacti providere pacem Ecclesiæ externam, de internâ simus solliciti, & studeamus conservare unitatem Spiritus, per connexum pacis. Felicem igitur diem hanc existimo, quâ Dei beneficio, in hoc illustri Consessu, datur nobis cum hominibus Græcæ Religionis facultas differendi de iis, quæ faciunt ad compactionem Sanctorum, ad ædificationem Corporis Christi. Respondeo igitur, nomine meo & Fratrum meorum, ad Epistolam illam veterem Nicomædis Patriarchæ & Græcæ Ecclesiæ ad nos scriptam: promptos nos ac paratos esse ad talem conjunctionem vobiscum, nempè cum Græcis, non tantùm in Regno hoc & Provinciis ejus, verùm etiam in Moscovia & in ipsa Græcia degentibus: ut mediante S. Scripturâ à Prophetis & Apostolis in V. & N. Testamento comprehensâ, deliberemus & conferamus invicem, de omnibus fidei Articulis, ritibusq; Ecclesiasticis. Si quid vos in doctrinâ nostrâ ostenderitis, cum Verbo Dei minus congruere, non morabimur, quin id rejiciamus. Perinde Vos animatos esse censemus: ut si quid in Religione vestrâ, à Verbo Dei dissonum vel ipsi contrarium nos evicerimus, id etiam Vos sitis exterminaturi, & veritati nobiscum manus porrecturi. Unicum fortassis impediet, hoc est, respectus vester ad Patriarcham Constantinopolitanum: quò minus causa hæc finaliter decidatur & concludatur. Primus tamen hic gradus, & fundamentum Scriptura, hujus Unionis hic poni poterit, juvante Domino. Quid vos sentiatis, & quomodo studium hoc nostrum verè fraternum accipatis, Vos præsertim spirituales, ex ore vestro cupimus cognoscere. Hactenus verba Turnovii.

Micolajevius, in eundem sensum sermonem habet, & specificè recenset aliquot Articulos, in quibus errant Pontificii;

ficii; Græci contrà, juxtrà Scripturam, benè credunt, Nobisqué consentiunt.

Ex alterâ parte, Kijoviensis Palatinus, gloriâ Deo tributâ, gratias Ministris Euangelicis agit, pro eo animo & propensione fraternâ ergà Græcam Ecclesiam, & Unionem cum eâ conciliandam. Patronum suum subsequuntur, Isaac Jhumen Dublinens., & Gedeon Archidiaconus Dubinens. uterqué verbis suis deprædicans summam Dei gratiam, quâ concedatur occasio stabiliendi utrinqué charitatem, ex quâ Christus doceat, agnoscendos suos Discupulos. Isaac Jhumen prolixè ostendit, Ecclesiam Græcam cum Euangelicis convenire in eo, quod habeant unicum duntaxat Caput Ecclesię JESUM CHRISTUM:& unicum fundamentum fidei, Scripturam Propheticam & Apostolicam. Hoc,inquit, fundamentum Prophetæ & Apostoli & Successores eorum,discipuli eorum,quos etiam veneramur,habuerunt,& Proximi ab his Sancti, quorum labores & afflictiones in Ecclesiâ celebrantur. Recipimus quoqué VII. Concilia Oecumenica. In Unitatis hujus & concordiæ mutuæ conclusione, certum est spectari à Nobis Præpositos nostros, Patriarcham Constantinopolitanum & Alexandrinum: quos isti negotio favere novimus. Gedeon Archidiaconus ad Simeon. Th. Turnovium oratione directâ: gratissimam sibi esse significat contestationem charitatis fraternæ in ipsos, & Ecclesiam ipsorum Græcam: pollicitus, candore id amoris pensaturum se suosqué Symmistas, & secundum Epistolam Nicomedis Patriarchæ illius Constantinopolitani ad Bohemos scriptam, ad unanimem cum eis concordiam accessuros.

Tandem fine Orationibus imposito, consurgunt omnes, & iterum, melius jam de se ipsis invicem persuasi, in symbolum cœpti inter eos amoris fraterni, alii aliis dexteras porrigunt; etiam Metropolita ille, qui silentio suo dictis annuere & consentire videbatur. Interim, cum quidam eorum, Euangelicis Ministris diceret: Deo volente, ordinis boni causâ, subjicietis vos Regimini Patriarcharum nostrorum.

Respondit nomine eorum Dux Ostrogensis: Qui Papæ cujus potestas est eminentior, jugum excusserunt, an illi Patriarchę inferioris aliud subirent? fieri id posse non puto. Ipsi vero Ministri ad hæc: sub unico Ecclesiæ Capite CHRISTO, nos Patriarchis dextras fraternitatis & societatis sanctæ dabimus, sicut Paulus dedit Primariis Apostolis, qui existimabantur esse columnæ: ubi, Deo juvante, cum eis in Articulis fidei & Religionis, ad normam & censuram Scripturæ sacræ contulerimus & coaluerimus.

Interea 27. Maj. emenso satis grandi itinere, & in summa annonæ caritate, quæ tùm maximè Litvaniam premebat, obviâ plebe, è penu suo liberaliter sustentatâ, Palatinus Brestensis Cujaviens. cum aliquot Ministris Verbi, Gregorio Zarnovicio, Martino Janicio, & Martino Gratiano, venit. Cui, quid hactenus egerint, circa Consensum cum Græcis incundum, aperiunt.

Altero die 28. Maji, denuò conveninut universi in Aulâ Palatini Kijoviensis. Ex Patronis aderant: Constantinus Dux Ostrogiæ Palatinus Kijoviensis Græcæ Religionis sectator; Christophorus Radzivilius Dux Birzen. & Dubinicens. Palatinus Vilnensis; Andreas Comes de Leschno Palatinus Bresten: Cujaviensis; Johannes Abrahamowicz Palatinus Smolenscensis; Christophorus Zienowicz Palatinus Bresten. Lithvan.; Georgius Dux Radzivilius Palatinides Novogrodensis; Christophorus Paulovius; & Martinus Bronievius. Ex Ministris, Glicznerus, Turnovius, Micolajevius, Zarnovicius, Janicius, Gratianus; Laurentius Piotrovius, & Andr[illegible] Chrzanstovius Ministri Litvani. Ex Sacerdotibus Græcis [illegible]ant circiter Decem.

In hoc Consessu, inter alia, prælecta fuit Formula Confœderationis Euangelicorum cum Græcis: à quâ non excludebantur Pontificii illi, qui Confœderationem cum Euangelicis servant, & pacem publicam ac tranquillitatem tuentur. Atque ita Unio Euangelicorum cum Græcis Politica, rata firmaqué fuit.

De

De Spirituali seu Ecclesiasticâ, porrò actum. Ipse Palatinus Kjoviensis suos Sacerdotes monuit, ad Consensum cum Euangelicis sanciendum. Lecti ibidem publicè Articuli fidei, ex Græcorum libris conscripti; in quibus cum Euangelicis conveniunt, & à Pontificiis in quibusdam dissentiunt. Articulos hos conscripserunt numero XVIII. Fuerunt iidem linguâ Polonicâ impressi & divulgati. His omnibus Articulis, assensum, ut videbatur, Græci ritus Mystæ præbuerunt.

Cęterùm facto hoc Unionis initio, ulterior de ea consultatio, in aliud tempus dilata fuit, & suspensa ad responsum & sententiam Patriarcharum, Constantinopolitani præsertim & Alexandrini. Hoc enim erat consilium Ducis Ostrogensis: ut Ministri, qui jam bonum jecissent fundamentum Colloquio suo cum Græcis, futuræ cum eis Unionis, literas scriberent ad ipsum Patriarcham, quas ille diligenter curaturus sit Constantinopolim deferendas, & responsum ab eo, illis transmissurus. Quapropter unanimi consensu adornant literas has Vilnæ, quarum exempla hic ponuntur.

E P I S T O L A

Ad

PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

Gratiam & Pacem à Deo Patre per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, cum communicatione donorum Spiritus Sancti, Reverendissimæ Paternitati Vestræ, ex animo precamur.

„ *MEmores mandati Domini & Servatoris nostri Iesu Christi, quo ille injungit nobis, ut nos mutuò diligamus, &*
„ *fraternâ istâ charitate, ab extraneis oves suas discernere sciamus: cum in Patriâ nostrâ hactenus in id omnibus viribus incu-*

,, *cubuimus, ut militantes in castris Domini* IESU, *qui solus est*
,, *unicum ac perfectissimum Ecclesiæ suæ Caput, mutuam eamqué*
,, *stabilem concordiam foveremus, & unico sanæ doctrinæ funda-*
,, *mento Scripturæ S. innitentes,* ϗ μηδὲν ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονοῦντες
,, *cætus Nobis à Deo commissos administraremus: Tum etiam id*
,, *Nobis cumprimis in votis est, ut cum iis quoqué coalescamus,*
,, *qui à Nobis remotiores, Pontifici Romano jam dudum nuntio*
,, *remisso, puriori doctrinæ favent; Et licet locis disjuncti, pietatis*
,, *professione & Religione ad nos propiùs accedunt. Qualem qui-*
,, *dem semper putavimus esse Ecclesiam Orientalem in Græcia, &*
,, *inter ejusdem nobiscum linguæ homines in Moscoviâ, in Russia*
,, *& Litvania, cui non sine insigni laude R. P. V. tempestate*
,, *nostrâ præesse scimus. Quamobrem etiam hoc summoperè expe-*
,, *timus, ut datâ occasione, cum R. P. V. de Religionis negotio*
,, *agamus, & rationem, quâ cætus Nostri Orthodoxi, Vestris*
,, *Ecclesiis, per sanctam in* JESU CHRISTI *consensionem uni-*
,, *ri, & arctiore quodam Charitatis vinculo, in posterum conglu-*
,, *tinari possent, collatis sententiis ineamus. Vnde etiam, cum ad*
,, *Nos, crebris nuntiis rumor is delatus esset, quosdam harum Re-*
,, *gionum Antistites Vestrates, qui anteà soliti sunt in omnibus*
,, *suffragiis R. P. V. accedere, eiqué obedire; observantiæ jugo*
,, *excusso, Pontifici Romano, itinere ad ipsum sat longinquo sus-*
,, *cepto, obedientiam, fidelitatem, & subjectionem omnem, idqué*
,, *nomine omnium Ecclesiarum Græcarum Religionem in* PO-
,, LONIÆ *Regno profitentium, (sed falsò, utpotè insciis pleris-*
,, *qué, multis contradicentibus & invitis) promisisse, sequé ei ad-*
,, *dixisse: doluimus sanè, pro eo, ac debuimus: ipsos à puriori do-*
,, *ctrinâ, ad pessimos errores, & jugum Antichristi desciviſſe.*
,, *Quia verò, tùm professio nostra Christiana, tùm pericula undi-*
,, *qué imminentia Nobis suadent: ut cum Vestris Ecclesiis Græcis,*
,, *quarum non exiguum numerum Ora Litvanica & Ruthenica*
,, *continent, pacem foveamus & concordiam colamus. De eo*
,, *imprimis R. P. V. cum Reverendissimo Patriarcha Alexan-*
,, *driæ compellandam, & ab eâ, consilium piamqué operam peten-*
,, *dam existimavimus: ut si quâ ratione fieri possit, sublatis omni-*
,, *bus,*

„ *bus, quæ ab Evangelicâ veritate abhorrere videantur, Deo Uni* „ *& Trino, sub uno Capite Christo, in fidei Unitate & synceгâ* „ *fraternâ charitate serviamus. Id autem cum sine autoritate, con-* „ *silio & assensu R. P. V. fieri nequeat, hanc animi nostri pro-* „ *pensionem hisci literis testari, & nos ad concordiam ineundam,* „ *ad quam etiam multi Viri Religiosi, Vestris Ecclesiis addicti,* „ *imprimis verò Illustrissimus Princeps ac D. D. Constantinus* „ *Dux Ostrogensis Palatinus Kijoviensis, &c. ultrò nos invita-* „ *runt; proclives & paratos esse significare volumus. Habemus* „ *enim, per Dei gratiam multa communia, & unanimiter à ple-* „ *risque Rom. Ecclesiæ erroribus abhorremus. Quod ut meliùs* „ *appareat, visum Nobis fuit, præcipuos Articulos Religionis* „ *Christianæ, de quibus inter nos optimè convenit, subjicere.*

1. Vnanimi consensu fatemur, &c. &c. Vide Cap. 1. Libri hujus.

„ *De his Articulis, quantum etiam ex recentioribus Ecclesiarum* „ *Vestrarum Scriptoribus colligere potuimus, optimè inter Nos,* „ *(ut interim alios brevitatis ergò taceamus) convenit. De Cere-* „ *moniis verò & externis ritibus, in præsentia non laboramus;* „ *multa enim tempori & longæ consuetudini quandoquè indulgen-* „ *da novimus. Vt igitur aliquando R. P. V. vel per suos delega-* „ *tos, Nobiscum certo in loco, designato etiam ad id tempore com-* „ *modo, de his omnibus, candide & fraternè conferre, imò &* „ *transigere possit, optamus: & nos ad hoc tàm pium opus, prom-* „ *ptos & alacres fore promittimus. Id verò audacius facimus, quòd* „ *R. P. V. insigni pietate, acri judicio, eruditione eximia, & re-* „ *liquis dotibus ornatam intelleximus, eamquè ab hac tractatione* „ *& collatione, nolle abhorrere, persuasum habemus. Præsertim* „ *cum etiam Prædecessor R. P. V. Nicomedes nomine, paulò ante* „ *captam Constantinopolim, ad Fratres Bohemos, Pragam us-* „ *què literas dare non dubitarit. Et annis superioribus Ecclesia* „ *Vestra, cum Germanis Doctoribus, literis aliquoties ultrò ci-* „ *troquè missis, de negotio Religionis, & iis quæ ad pietatem per-* „ *tinent, diligenter egerit. Confidimus igitur nostram quoquè* „ *hanc, licet brevem compellationem R. P. V. in meliorem par-* „ *tem interpretaturam, & nostrum hoc fraternæ charitatis studi-*

 „ *um,*

,, um, boni consulturam. Dominus Deus Pater Cælestis, R. P. V. ,, una cum tota isthic Ecclesia, diu conservet incolumem, ad nominis sui gloriam & Ecclesiæ incrementum. Optimè valeat. ,, R. P. V. & Nos sibi commendatos habeat. Nos istis diebus, ,, longa terrarum spatia emensi, Vilnæ, cum Patronis Euangelicæ ,, pariter ac Græcæ Religionis conveneramus: præsertim cum Illu- ,, striss. Duce Ostrogiæ Dno Constantino Palatino Kijoviensi, ,, cujus singulari pietate, ad conjunctionem Vestrarum Nostrarumque Ecclesiarum propensione, & sancto Zelo plurimùm ex- ,, hilarati sumus. Data Vilnæ, 6. Iuny, novo stylo, Anno Do- ,, mini JESU CHRISTI, 1599.

Reverendissimę P. V^æ, Fratres addictissimi & observantissimi in Domino.

ERASMUS GLICZNERUS, Christi Domini Servus, Ecclesiarum Augustanæ Confess. in Poloniâ Superintendens, &c.

SIMEON THEOPHILUS TURNOVIUS, Ἐπίσκοπος Orthodox: in Maj. Pol. Confess. Bohem Ecclesiarum, Præpositus Ostrorogensis, &c.

DANIEL MICOLAIEVIUS Ecclesf. Radziejovien. in Cujaviâ Minister, & ibidem Senior. &c.

GREGORIUS ZARNOVICIUS Ecclesf. Dei Wloszcovien. Minister, &c.

MARTINUS JANICIUS, Euangelii JESU CHRISTI Minister, in Ecclesia Secemınensi, Cracoviensis Chencinensisquè Distr. Senior, &c.

LAURENTIUS PIOTROVIUS, Pastor Ecclesf. Vilnensis. &c.

Alia

Alia ad eundem EPISTOLA.

Reverendissimo inChristo Patri, Domino MILETIO, misericordiâ Dei Archiepiscopo Constantinopolis Novæ-Romæ, & Oecumenico Patriarchæ, Domino in CHRISTO JESU plurimùm observando.

„ *PRater eas, quas communes cum cæteris Symmystis ad R. P. V. dedi literas, judicavi operæ precium hoc adjicere: cum ante annos 148. Antecessor R. P. V. Nicomedes Patriarcha, ad Antecessores Majoresque meos, qui in Bohemia, jugo Antichristi excusso, soli Dom:* JESU *& Euangelio ejus addicti erant, Epistolam dedissent, Sanctam Unionem eorum, cum Græcis Ecclesiis soli Christo Capiti adhærentibus, & priorem doctrinam retinentibus expetens, ac modum ejus, secundum Canonem S. Literarum piè præscribens, nihil tùm, atque per id seculum Nostrates, (quantum ego sciam) responderunt. Nec forsan tutò, ob captam & possessam Constantinopolim à Turcis, respondere potuerunt. Atque ego non dubito, jam in Domino requiescentem Nicomedem Patriarcham Antecessorem R. P. V. zelo Spiritus S. commotum fuisse, ad offerendam charitatem & conjunctionis studium Antecessoribus nostris. Proinde literas ipsius, à Majoribus nostris sedulò asservatas, semper magni fecimus. Hoc autem nostro ultimo seculo; quo Euangelium (ut Filius Dei prædixit) per totum Orbem prædicatur in testimonium, dat nobis tales occasiones DEus, ut, quod inter Majores nostros cœperat, Spiritus Domini in nobis perficiat, & ad felicem finem perducat: si mòdò ad sanctum negotium, prompta voluntas R. P. V. unà cum Reverendiss. Dn: Patriarcha Alexandrino, & aliis quorum interest, accesserit. Eâ spe ducti, ab Illustribus Patronis Nostris, vocati Nos, ex remotioribus Regni Polon: oris, Vilnam convenimus, & contulimus cum aliquot Sacerdotibus Vestris, quibus promptum & alacrem animum nostrum, ad vinculum fraternæ charitatis obtulimus: & vicissim eorum pium*

„ *hac*

„ hâc in re propositum cum gaudio percepimus. Sed quia hi omnes
„ gubernationi legitimæ R. P. V. subjecti, nihil sine autoritate e-
„ jus, in re tanti momenti, agere & concludere possunt: proinde
„ ut illi, sic & nos, debitum honorem R. P. V. exhibentes, ad i-
„ psum negotium hoc differimus. Non dubitantes, eam Opus Do-
„ mini, ad gloriam Nominis Dei, & illustrationem veritatis, at-
„ que propagationem Ecclesiæ illius pertinens, alacriter & strenuè
„ Nobiscum suscepturam & acturam. Mitto R.P.V. Exemplar E-
„ pistolæ Nicomedis Sanctæ memoriæ, Græcè & Latinè typis editũ.
„ In quâ Epistolâ nos cum gaudio & assensu legimus ista verba:
„ Κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἀπαράγγελτον κανόνα, ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς τε καὶ ἀσφα-
„ λῶς ἱστοῦσαι δυνάμεθα, ἐν πᾶσι τῆς ἱερᾶς μεσιτευούσης γραφῆς τοῦ ἀληθεστά[illegible]-
„ κελτοῦ. *Idem omninò de Vobis posteris ejus speramus. Mitto &*
„ Confessionem eorum, ad quos tùm ille R. P. V. Antecessor scri-
„ pserat, quam hucusque Nos Posteri ipsorum in Bohemiâ, Mora-
„ viâ, & Polonia retinemus. In hac si quid R. P. V. invenerit,
„ sacræ Scripturæ incongruum, parati erimus corrigere: si Vobis et-
„ iam est hoc seculo aliquod simile doctrinæ Ecclesiarum Vestra-
„ rum compendium libentissime acciperemus & legeremus. Atque
„ confidimus de Vobis, Nostras etiam fraternas, secundum Cano-
„ nem S. Scripturarum, de Fide & Religione commonefactiones,
„ apud Vos locum habituras, ut ita in fraternâ charitate Christi co-
„ alescamus, & unum in Domino & veritate ejus fiamus. Quod
„ faxit operatione sui Spiritus unicum Caput Ecclesiæ Dominus
„ Noster JESUS CHRISTUS. *Hujus gratiæ & tutelæ R.P.V.*
„ commendo, studiaque & officia mea favori R. P. V. offero; at-
„ que R.P.V. diu feliciter, ad consolationem Ecclesiæ, & gloriam
„ Dei vivere ac valere opto. Data τάχιστα Vilnæ Lituanorum,
„ 4. *Iunii, Anno χριστογονίας,* 1599.

R. P. V.

Deditissimus Servus JESU CHRISTI,
SIMEON THEOPHILUS TURNOVIUS,
Ἐπίσκοπος Orthodox: in Maj. Pol. Confess. Bohem.
Eccles. Præpositus Ostrorogensis.

Rc-

Rebus sic in Conventu illo, quoad fieri potuit, confectis, 5. Junii Vilnâ discedunt Ministri Euangelici. De Responso autem à Patriarcha Constantinopolitano, ad Ministros Euangelicos, ita scribit Cyrillus tùm Archimandrita, postea Patriarcha Constantinopolitanus in Epistolâ suâ relictâ apud Archiepisc. Leopoliensem, quam in Concionibus Skargæ Miscellan. descriptam, supra diximus. Superiori, inquit, Anno (nempe 1599.) quidam Euangelici Ministri, ad meum Patriarcham Beatum Meletium, Vilnâ scripserunt. Eis responsum ab eodem B. Meletio retuleram. Quod tamen, cum intellexissem minus gratum fore, tum S. R. M., tùm Catholicis omnibus, neque reddidi, neque publicavi; & non solum hoc feci: sed etiam nullos cum illis publicè, nisi cum uno vel altero in Volinia, idque ad ædificationem, sermones habui. Hæc igitur causa est, cur Responsum hoc ad Ministros Euangelicos, in communi datum, hactenus quod sciam non reperiatur. Binæ tamen literæ extant Meletii Patriarchæ, privatim scriptæ ad quosdam Euangelicos. Priores ad Turnovium, quas accepit Ostrorogi, 20. April. 1601. ita habent:

MELETIUS *per misericordiam Dei Papa ac Patriarcha Alexandriæ Sedis, &c.*

SIMEONI THEOPHILO TURNOVIO Antistiti in Maj. Pol. Conf. Bohem. Ecclesiarum, in Domino dilectissimo.

Gratiam, Misericordiam, ac Pacem, à Domino Deo, Salvatoreque nostro Jesu Christo.

„ *UT ad Humanitatem tuam privatim, has daremus literas, literæ tuæ, quas ad Nos privatim dederas, in causâ sunt. Ac de re quidem universâ, quid sit aut agendum, aut sperandum, cum litteris significavimus nostris, quas ad Vestrates exaravimus, tum nostro Exarcho allegavimus in mandatis. In Epistola verò illa Ecclesiæ Constantinopolitanæ est, quod corrigatis. Sed hac quoque de re, ipse commonefaciet noster Exarchus, quem Humanitati quoque tuæ commendamus. Optime valeas. In Ægypto, 9. Cal. Decembris, Anno salutis* M. D. C.

Posteriores ad Magnificum Dominum,

MARTINUM BRONIEVIUM.

MELETIUS *per misericordiam Dei, Papa ac Patriarcha Sedis Alexandrinæ, &c.*

Magnifico ac Eruditissimo Viro BRONIEVIO, in Domino dilectissimo.

Gratiam, Misericordiam ac Pacem, à Domino Deo, Salvatoreque nostro Jesu Christo.

„ *Res est amor non cœca, quemadmodum fingunt homines, queis „ quidlibet audendi semper fuit aqua potestas: sed res est amor „ ὀξυδερκέστατος. Prospicit enim eminus nunquam, & abditiora pene- „ trat. Id autem quod scribimus, experti sumus. Dum enim de pru- „ dentia, humanitate atque eruditione tuâ, dilectus Filius Cyrillus, „ Archimandrita atque Exarchus noster, ingenti cum laude verba fa- „ ceret, eum Nobis in illustrissimas animi tui dotes amorem excitavit, „ ut ex his corusco sole torridis zonis, ad illas Vestras rigidiores, ad „ animi tui ornamenta, non intus latentia, sed veluti exposita, sub „ dio contemplanda, raperemur. Dolemus pro eo ac debemus, nos esse, „ non tantum tot terrarum tractibus dissitos, quam iis etiam in rebus, „ ubi ὁμοψύχους esse par erat, quicunque Christo Deo ac Salvatori no- „ stro nomen dedimus. Sed speramus quandoque fore, ut iis quoque det „ finem summus ille rerum arbiter ac Pater, qui holocausto Filii sui „ nos sibi redemit. Interea amorem atque mutuam confovendam censeo „ charitatem. Quam si, & amoris nostri ergò, in Cyrillum nostrum, „ quem & antea dilexeras, copiosiorem explicabis, gratiori animo tui „ animi candidos mores, non diligemus tantùm, sed & amabimus. „ Optime valeas. In Ægypto, 8. Cal. Decemb. Anno salutis, M. D. C.*

Sic igitur cœpta Concordiæ Euangelicorum cum Græcis tela abrupta fuit, neque postea continuata vel absoluta. Politica tamen Societas, etiam tùm Vilnæ obtenta, hodieque conservatur. Hinc in Oppressionibus suis, vel Privilegiorum ac libertatis immunitione, ut aliorum, ita præcipuè Euangelicorum Procerum intercessione ac operâ in Regni Comitiis, utuntur.

PRI-

APPENDIX

Variorum monumentorum ad Res Ecclesiasticas Slavoniæ pertinentium.

PRIMO

Ad pag. 458. ubi agitur de Russorum ad Christianam fidem, per Vlodimirum principem, conversione, pertinent sequentia, petita ex Sandii Appendice Nuclei Hist. Eccles. à pag. 61. ad 65.



Eperimus in scriniis Annalium Russiæ (quorum tamen potiora iniquitas temporis nobis invidit) de Volodimiro præpotenti Kioviæ Regulo: Is enim cùm nondum luce Euangelii collustratus (quod demum circa annum 983 ducta in uxorem Basilii & Constantini Imperatorum Orientis sorore, factum est) in tenebris impietatis gentilis plusquam illis Cimmeriis vulgo notis, ditioni suæ vicinis, ageret, circa annum 980 miserat Constantinopolin Ioannem Smeram Polovecium, Medicum, doctum & probum virum ad explorandas ecclesiarum Christianarum in Græcia res. Hicce ad Principem literas Alexandria dedit, eumque certiorem reddidit de multis cultoribus veritatis, & sectatoribus religionis ab idololatria repurgatæ, qui & receptis vulgò erroribus ac corruptelis se opposuerint, & multa acerba à Græcis passi fuerint, nobis per omnia conformes: ubi & prædictiones de ruina Græcorum, idololatriæ, hypocrisi, superbiæ, discordiæ, crudelitati in conscientias humanas ob cœlibatum & ciborum delectum Romano more sævienti, & aliis vitiis deditorum: de conjunctione cum illis confessoribus veritatis novissimæ gentis Slavonicæ, id est nostræ Ecclesiæ, & cum hac reliquiarum populi Judaici ad verum Messiam Dei Isräelis conversi, continentur. Hæc scribit Stanislaus Lubieniecius in MSa Historia ecclesiastica Socinianorum.

Sequitur ipsum Apographum epistolæ quam scripsit explorator seu nuncius Vlodimiri, supremi Russorum Principis, Alexandriâ Ægyptiacâ, circa annum 990. tempore, quo Russia nondum baptismum susceperat: quæ translata est ex scriptis antiquæ doctrinæ Russorum, per Andream Kolodynsky à Witepsko, in hodiernum scriptum, è lingua Bulgarica, è tabulis æreis inventis in Monasterio Salvatoris, terræ Præmisliensis, non procul à veteri Sambore, ubi celebris Dux Leo situs est, anno 1567. Postea verò idem Andreas transtulit eam è Bulgarico scripto in Polonicam linguam.

Quæ epiſtola fuit expreſſa in illis tabulis æreis characteribus talium literarum : . [illegible] &c.

Dictam epiſtolam ex MSo Codice Polonico J. Ryniovicii Trembecii à ſe verbotenus latinè redditam mecum communicavit Benedictus Wiſſowatius filius Andreæ Wiſſowatii, ut ſequitur.

Potentiſſime Rex Wlodimire, inclyte Heros, Domine mi care, hæreditarie Dominator regionum Slavonicarum, poſt ædificationem turris propagatarum è generatione Iapheth. Deus vivus omnipotens & ſolus ſapiens, regat te ſicut ipſe ſcit, in potentia & poteſtate præclara, ad multos annos.

Hodie ſcias à me Rex, fletus mihi ſemper oberitur cum ſuſpirio, quod me ablegaveris in regiones Græcas, à communione charitatis tuæ & terrarum Ruſſicarum, propter explorationem religionis ac morum: quas ob res hic ſæpenumero parum abfuit quin perirem: nulluſque mihi nunc hinc in terram tuam patet introitus. Quæ de re Magnificentia tua ſic intelligat. Tranſivi deſerta per cacumina cum moleſtia, Pannoniam itidem tranſivi, & Danubium trajeci cum magnâ ærumnâ. Poſtea Serbiam, Bulgariam, Myſiam, & magnum celebre Imperium Græcorum cum quinque regnis ejus, ſuique Antiochia, poſtea Hieroſolyma. Hieroſolymâ autem veni huc Alexandriam. Hic verè vidi ubique Synagogas ſumptuosè fabricatas, in quibus homines morum aſpidum & baſiliſcorum. Præterea verò vidi etiam non paucos Chriſtianorum conventus, apud quos jam nulla idola ſunt, tantùm menſa & ſcamna. Hi autem homines ſunt Theologi (in Polonico eſt *Bogomowcy*, i.e. *de Deo loquentes*,) *honeſti, ſuper omnia diligentes pacem, planè velut angeli Dei. Conveniunt autem ad doctrinas quotidie ex mandato Dei, & ad preces antelucano tempore, rurſus verò poſt occaſum Solis, aliquando autem tertia & nona hora diei. Hos autem hic homines ubique nominant, ſanctum Dei novum Iſraëliticum populum, ſeu Iſraëlem. Sequuntur autem hic hanc doctrinam & Reges aliqui cum ſuis Doctoribus, & ego ipſe ſemper eos doctrinæ cauſſa accedo: & jam ſum apud eos regenitus aqua & ſpiritu; in nomine Patris Dei Omnipotentis, & Filii ejus Jeſu Chriſti, & ſancti Spiritûs ex eodem Deo procedentis: quâ de re librum eorum cognominatum euangelia, cum doctrinis Apoſtolorum, tibi Rex mitto; ut percipias. Sed de hoc etiam ſciat Veſtra Poteſtas: vidi in Cæſaris ditione, quod illis probis, piis hominibus, injuria magna fiat: quoniam Græci exiſtentes ſermone callidi, & arrogantes, ex mendacio peſſunt facere rem juſtam, imitantes in hoc quaſdam doctrinas, & inſtituta Romana, attrahentes ſua aſtutia homines ſimplices ad ſuas ſynagogas & eccleſias. ----* (Hic deeſt vocula, quæ in Polonico exemplari legi nequit,) *ipſi dicunt eſſe Deum unicum, omnipotentem: Filium autem Dei unigenitum Jeſum Nazarenum, ejuſdem Spiritu ſancto poſt quædam tempora, è Davidis generatione, ſecundùm antiqua ejus promiſſa, in caſta virgine Maria conceptum, & natum, cujus ſolium durabit uſque in æternum, quoniam eſt jure vocatus Filius Dei,*

& Ser-

& Servator, Deus fortis, Pater futuri seculi, præterea verò ut Rex & Judex à Deo Israëlis est toti mundo manifestatus, sicut hoc mihi à magistro, dudum pro certo notum est. Ecce autem Græci deferentes Dei omnipotentis præceptum, & propriam suam explicationem, Cæsar ac Patriarcha cum cætero suo Senatu, nominari se etiam novum Israëlem mandant, jubent etiam illos fratres suos pauperes, ipsi existentes vividi invitos sibi servire, & censum dare. Præterea verò prohibent illis uxores ducere, victuque secundùm voluntatem suam cum benedictione frui, sic etiam & artes liberales & arma, quia est firmatus, quod apud Christianos posset servari honestè, etiamsi absque necessitate urgente, caventes sibi ab invidia, & interna exacerbatione. Illi autem hoc in sua potestate retinent, ideo ut in isto interdicto habeant magnum populum in servitute suâ: denique post mortem suam jubent imagines suas adorari, & imponunt nominum suorum denominationes cum signo domuum, ut in æternum sint memorabiles, & celebres: in illas autem prædictas domos jubent eos ad preces ire cum thure ac candelis, & cum omnigenis esculentis sacrificiis, nominantes hoc seu vocantes bonam reverentiam, quod eis in dies electos fundantes, in perpetuum privilegio muniverunt. Veruntamen scio quòd ultima generatio, ab hoc omni magnopere liberabitur, quum animadvertent quòd in illis coactis ecclesiis, præter voluntatem Dei Omnipotentis, valde voracitate inquinentur. Quoniam post adorationem idolorum supplodunt pedibus, plaudunt manibus, efferentes voces suas ad cantum, sicut musica varia, gerentes se absque pudore, quod non licet dicere nec scribere. In illis autem diebus quosdam donant, sicut dignum est, gratiâ; alios verò post hæc festa puniunt velut legem transgredientes. Propterea quidam Christiani in secessu, in sepulchris, & inter montes, atque in sylvis & hiatibus terræ convenientes, ob servitutem iniquitatis, vaticinantur, dicentes. Peribunt arrogantes Græci ipsi in igne æterno. Denique & hi, qui ab eis morum ansam habent, etiam sunt inhonesti, infames, mendaces, abominandi. Dictum autem est mihi, Rex Domine mi, te tuamque generationem talem fore, & dicunt de talibus hominibus præsentibus hodie, quòd oculi eorum & corda sint obcæcata. Ideo ultima generatio eorum judicabit eos, vocans eos canes, fabularum fictores, à Deo deficientes & aberrantes à veritate, attamen & illi judicantes ipsi multum exitii haud evadent, propter fœdam discordiam, & iniquitatem suæ superbiæ. Quidam verò humilis cordis, ab Omnipotente Deo, propter filium ejus, opera Spiritus sancti, omnia scripta legis investigabunt sibi in salutem. Sed via eorum angusta erit eis: & scrutabar hoc perlustrata doctrina aspiciens ab initio mundi, num erit bene talibus validis, sapientum dictorum hominibus Græcis opulentis, cum aliis generationibus hominum morum eorum: & intellexi quod brevi tempore videbunt omnigenam ignominiam, interitum suum. Idola autem eorum externis linguis in proverbium ibunt, quoniam non consistent adversus iram Dei vivi, cum sint surda & muta. Præterea verò dicebant aliqui Christianorum & Iudaïcæ gentis, quod & ipse cum eis ex quibusdam scriptis intellexi, quod ultima generatio Slavonica uniet se cum magno zelo, applicabunt se ad laudandum, & profitendum unicum Deum Israëlis,

creatorem visibilium & invisibilium rerum, qui liberavit populum suum credentem, à peccatis eorum, obedientiâ Filii, operâ Spiritus ejus sancti. Cum quibus & ultima gens Judaica agnoscentes cum aliis linguis doctrinam Christi sui unigeniti ejus, laudantes & benedicentes salutem adipiscuntur, quoniam voluntati Dei sui obedient. Illo autem tempore possibile erit talibus accipere omnem honorem & potentiam omnigenam, per doctrinam & modum prout in antiquiori scripturâ extat. Ideoque, ô Rex, non licet tibi suscipere mores & religionem Græcam, (in Budzinii exemplari additur *& Romanam,*) *sin verò eam susceperis, ego ad te nunquam proficiscar, sed hic obdormiens judicium Filii Dei exspectabo. Hæc scripsi ferreis literis, excudens in 12. tabulis æreis, Alexandria Ægyptiaca 5587. Pharaon. 1179. Alexandri celebris Regni ejus anno 5. Indict. 1. Luna 7. Idib. 14. Hoc tibi fideliter significo Medicus & Rhetor tuus,*

Iwaniec Smera Polowlanin.

Alii habent, *Ioannes Smera Polowiec*, quod idem est.

Sequuntur testimonia hanc historiam confirmantia:

Miechowita Chronologus Polonicus eundem Vlodimirum Russorum Principem memorans, lib. 2. c. 3. fol. 990. sic de eo scribit: *Conversus iterum in Græciam conquisivit insigne castrum Græcorum Korchin, ex eoque totam oram vicinam sibi subjecit. Sollicitatus dein præfatus Wlodimirus à Machometistis, ut eorum ritum assumeret, illico sprevit, quoniam fœdus ac turpis videbatur. Postea à Latinis vel Romanis sollicitatus, non acquievit, quoniam cæremoniæ illorum parum religiosæ videbantur. Græca religio tum minus corrupta (intellige quàm Romana) plurimùm commendata per nuncios ex Constantinopoli redeuntes (nuncios siquidem ad omnes nationes rituum prædictorum miserat speculatum & exploratum iri) plurimum placuit.*

Cromerus de origine & rebus gestis Polonorum libro 3. pag. 31 hæc refert: *Russi imperantibus apud Græcos Basilio & Constantino fratribus, post nongentesimum octogesimum annum à Christo nato, hoc est, 6497 ab orbe condito, ut ipsorum annales habent, publicè ad Christianam religionem accessērunt: cum Volodimirus Dux eorum, Sventoslai, ut aliis placet Stoslai è concubina filius, sororem Imperatorum in matrimonium, & magistros religionis Græcos accepisset: ac Metropoliten quidem Kioviæ, archiepiscopum verò Novogrodi, in aliis autem urbibus episcopos à Constantinopolitano Patriarcha sacris initiatos collocasset. Itaque ergò græcos ritus ex eo tempore Russi mordicus retinent.* Addit mox: *Russi (ut ipsi de se memoriæ prodidére,) Volodimirum adhuc impio dæmonum cultui deditum, misisse exploratores ad nonnullas gentes ferunt, cognoscendarum religionum gratiâ: Christianamque ipsi inprimis apud Græcos & Constantinopolitanos placuisse.*

Budzinius senex, Chronicorum suorum MS. capite tertio, (verbis ejus Polonicis in latinum translatis) hæc verba habet: *Epistolæ hujus, quam ad Wlodimirum Principem Russorum unus legatorum ab eo dimissorum ad varias gentes & terras, scripsit Alexandriâ Ægyptiacâ, expressam in tabulis*

lis æreis literis ferreis, Bulgarica lingua, secundum antiquam doctrinam Russicam, cujus subscriptio talis erat: Medicus & Rhetor *&c. exemplar describens Andreas Russorum Diaconus, famulus postea Domini Sobek Thesaurarii Regni, anno* 1567. *in Polonicam linguam eam vertit: quam acquisitam ab eo ut rem dignam lectu, posteritati relinquo: ideo ut videant, quomodo pingat religionem Romanam seu Latinam & quorundam Græcorum, qualisque tunc temporis ea fuerit, quum jam à Romanis schisma fecissent: qualem etiam relationem faciat Principi suo de novo Israële, hoc est de veris ecclesiis Christi: quasi eorum illic tunc temporis depositum esset Anno* 990. *quem modum ita commendat Principi suo, ut ipse apud eos manserit.*

Hæc habeo ex communicatione B. Wissowatii, qui dictam epistolam olim ex Bulgarico sermone versam in Russicum & Polonicum, A. 1677 ex Polonico, ita ut eam edidi, latinè vertit. Porrò memorandum est quod Dietmarus autor coætaneus scribit Chronic. lib. 7. Vludomirum Russorum Regem, cùm à Græcia duxisset uxorem Helenam nomine, tertio Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam, Christianam fidem ejus hortatu suscepisse. Vide Baron. a. 1008. Helenam illam vocat Cromerus Annam.

SECUNDO.

Ad pag. 83. 88. item 128, 129. & 146, 147. aliasque, ubi agitur de Antitrinitariorum in Polonia ortu & progressu pertinet sequens relatio petita ex Sandii Append. à pag. 86. ad 90.

" ***NARRATIO COMPENDIOSA,***

" *Quomodo in Polonia à Trinitariis Reformatis, separati sint Christiani*
" *Unitarii, Auth.* ***ANDREA WISSOWATIO,***
" *Fausti Socini ex filiâ nepote.*

" QUum jam olim à primævæ Apostolicæ ecclesiæ virginis incorruptæ
" temporibus, simplicium Christianorum ut Nazaræorum, & quo-
" rundam ex Ebionitis meliorum, de Deo & ejus filio Christo ab Apostolis
" annunciata clara institutio, per aliquorum ex Philosophis, maximè Pla-
" tonicis ad Christianismum accessionem, inciperet peregrinorum admi-
" stione dogmatum depravari; obsistebant ac reluctabantur his recentiori-
" bus tunc invalescentibus opinionibus aliqui pristinæ tenaces doctrinæ.
" Talis fuit circa annum Christi nati 190 Theodotus Byzantinus, tum
" Artemon, cum nonnullis sibi adhærentibus, circa an. 200. Beryllus
Episco-

„ Episcopus Bostrensis circa a. 240. Paulus Samosatenus Episcopus Antio-
„ chenus circa a. 260, cum suis asseclis. Deinde post Concilium Nicænum
„ Photinus episcopus Sirmiensis circa a. 350, cum ejusdem sententiæ secta-
„ toribus. De quibus videantur Historiæ Ecclesiasticæ scriptores, ut Eu-
„ sebius, Ruffinus, Theodoretus, Socrates, Sozomenus, qui eos solito
„ more pro hæreticis traducunt.

„ Postquam autem Orbi Christiano nox ista atra errorum in religionem
„ pedetentim introductorum per aliquot secula incubuisset; rursus postli-
„ minio divina adspirante gratia dies veritatis divinæ revertens, gradatim,
„ ut fieri assolet, cœpit affulgere. Lutheri, Zuinglii, Calvini, Mennonis,
„ velut auroræ ac diluculi apparitio præcessit, hanc deinceps Solis reducis
„ clariores radii sequebantur.

„ Circiter annum à Christo nato 1546 in Italiæ ditione Veneta apud Vi-
„ centiam, de religionis negotio colloquia atque collegia sunt inchoata, à
„ sociis ferè 40. qui receptam de Deo Trinuno opinionem in dubium re-
„ vocârunt. E quibus quum duo, Julius Trevisanus, & Franciscus de Rue-
„ go, capti Venetiis essent suffocati, cæteri ob discrimen Italiâ exceden-
„ tes, partim sub Turcarum se Imperium, ubi cujusvis religionis libertas
„ permittitur, contulerunt, Thessalonicam & Damascum profecti, par-
„ tim in Helvetiam.

„ Horum præcipuus fuit Lælius Socinus Senensis, qui Juris humani stu-
„ dium familiæ suæ hæreditarium aggressus, dum id è Juris divini fonti-
„ bus hauriendum ratus, sacros libros evolveret, vulgò recepta Ecclesiæ
„ dogmata, præsertim illud de SS. Trinitate ab eis discrepare animadvertit,
„ atque sententiam de Filio Dei Jesu Christo, qui non ante Mariam, ma-
„ trem suam, extitit, quasi sub cineribus delitescentem resuscitavit. Is anno
„ Christi 1547. ætatis suæ vicesimo secundo, Italia relicta, Tiguri in vo-
„ luntario degebat exilio. Poloniam adiit primùm anno Christi 1551.
„ deinde 1558. ubi & Francisco Lismannino, qui Bonæ Sfortiæ Sigismun-
„ di I. Regis Poloniæ uxori fuit à sacris confessionibus, & aliis quædam
„ contra receptos errores instillavit. Hinc per Moraviam, in quâ tunc ejus
„ socii, Alciatus, Paruta, Occhinus, & alii commorabantur, Tigurum re-
„ meavit, ubi diem suum obiit anno Chr. 1562.

„ Circa illud tempus quo Lælius Socinus Italia excessit, perhibetur Bel-
„ ga quidam nomine Spiritus venisse in Poloniam, ibique Cracoviæ inter
„ quosdam amicos occasione capta ex libro, in quo ad tres personas divinas
„ distinctas distinctæ preces dirigebantur, quæstionem movisse, an tres
„ haberent Deos, ubi pluribus verbis eo errore perstricto scrupulum inje-
„ cit quibusdam; & inter hos Andreæ Fricio Modrevio, qui quum esset
„ Regi Sigismundo II. Augusto à secretis, ejusdem Regis benigni, varia-
„ rum rerum curiosi, jussu in controversias circa Triadem divinam tunc
„ excitatas inquisivit, eaque de re libros Sylvarum titulo inscriptos con-
„ scripsit. Is libro Sylvarum primo, tractatu secundo, hanc de Spiritu
„ Belga historiam consignavit.

Qui

„ Qui à recepta de Trinitate opinione in Polonia dissidebant, nominabantur tum Pinczovii, ab oppido Pinczow: in quo sub Nicolao Olesnicio, illustri patrono ac protectore, & Franciscus Stancarus Mantuanus, (nota de Christo secundùm humanam tantùm naturam Mediatore controversia, celebris) & Lismanninus, & Petrus Statorius Gallus, & Georgius Blandrata Italus Medicus, postquam Geneva secessit, & Joannes à Lasco Polonus ex Anglia redux, cum aliis quibusdam morabantur. Ibidem à nonnullis Reformatis Bibliorum versio Polonica est concinnata; postea cura & sumptu Nicolai Radivilii, Ducis in Olika & Neswez, Palatini Vilnensis, in urbe Lithvaniæ Brestia, cujus is præfectum agebat, typis expressa.

„ Petrus Gonesius Polonus, è Podlachia oriundus, è peregrinationibus in patriam reversus, de Dei Patris præ Filio præeminentia, sed fere ex Michaëlis Serveti & Valentini Gentilis placitis, sententiam in Synodo Secemini a. 1556 protulit: & postea de Baptismo Catechumenorum, contra puerilem infantum rhantismum, Brestiæ a. 1558. atque pluribus contradicentibus, nonnullos commovit.

„ Anno Christi nati 1562 in Synodo Pinczoviæ à Reformatis habita, ex occasione controversiæ de S. Trinitate, seu Deo essentia unico, personis trino, constitutum fuit, ut verbi divini præcones in sacris concionibus de rebus divinis, à sermonibus præter S. Literas & Symbolum Apostolicum, aliunde introductis abstinerent. Huic canoni obsequens Gregorius Pauli Bresinensis, qui Cracoviæ agebat Reformatorum Ecclesiasten, à Stanislao Sarnicio hanc in metropoli Ecclesiæ administrationem ei invidente, & zelo amaro absque scientia flagrante, traductus est ut hæreticus Arianus ac Servetianus. Interim Cracovianæ Reformatorum Ecclesiæ, Patrono Joanne Bonaro, Castellano Biecensi Magnoque Procuratore Crac. repente extincto, vidua ejus alteri nubente, locus congregationibus assignatus in domo Stanislai Cikovii, qui tunc Archicamerarius Cracoviensis, post Castellanus Biecensis & exercitus Dux in bello Moschovitico fuit. Postmodum ductu Sarnicii, & socii ejus Laurentii Prasnisii, cognomine & re Discordiæ, quem ille (antea ob vitam non probam à se improbatum) Superintendentem Ecclesiarum Majoris Poloniæ constitui curavit, Gregorius Pauli non accersitus, nec auditus, hæreseos damnatus, atque ministerii sacri functione est privatus: tamen à Cikovio patrono, & aliis auditoribus retentus. Idem Sarnicius, schisma moliens, cum quibusdam Ecclesiarum Reformatarum patronis egit, ut & cæteri concionatores Dei Patris præ Filio præeminentiam prædicantes à munere deponerentur.

„ Anno Christi 1565. Petricoviæ in Vrbe Regia Majoris Poloniæ, sub tempus Comitiorum regni, non paucis Reformatorum etiam Regni Senatorum, ibidem præsentibus, Gregorius Pauli cum suis sociis, nempe Stanislao Lutomirscio Superintendente Ecclesiarum Minoris Polo-

„ niæ, Secretarioque Regio, & fratre ejus Johanne Castellano Siradiensi, nec non Nicolao Sienicio Directore Delegatorum Ordinis equestris in Comitiis, & Johanne Niemojovio Judice Inovlodislaviensi, conabatur concordiam Ecclesiæ, à Sarnicio & Discordia læsam instaurare, habita in conventu eâ de re oratione, ac postulato colloquio amico. Id quidem institutum est per dies aliquot. Sed Sarnicius Patrum quos vocant Ecclesiæ authoritatem maximè urgebat. Ibi responsum Gregorio promissum, non præstitum: imò sine alterius partis præsentia conclusum, sermones de hisce controversiis non amplius cum istis habendos, prævalente parte potentiore, & sententia apud vulgus plausibiliore. Sic schismate jam palam erumpente rupta est in partes illa Ecclesia, ac divulsa in Majorem, quæ Dei altissimi Trinitatem, & Minorem, quæ ejusdem Unitatem est professa. Ita ut illa cum hac communionem habere nefas duxerit. Quin etiam ab illis potentioribus in hos debiliores tanquam Arianos blasphemos instigati sunt communes adversarii Pontificii, eorumque episcopi: adspersa quoque horum à se dissidentium patronis quibusdam nobilibus, ut Stanislao Lasocio archicamerario Lenciciensi, & Hieronymo Philipovio Quæstori Palatinatus Crac. perfidiæ in patriam calumnia.

„ Illud insigne quasi omen est notatum, quod A. 1562, quum contra Trinitatis doctrinam constitutio fieret, schismaque hoc instaret, Cracoviæ ipsa die S. Trinitatis meridie, Gregorio Pauli contra hanc ipsam de Trinitate opinionem concionante, templum Trinitatis fulmen percusserit, globumque in vertice ejus positum dejecerit.

„ Interea Joannes Sigismundus, Joannis Scepusii Regis Hungariæ electi filius, Sigismundi II. Augusti, Regis Poloniæ è sorore nepos, in suo Transsylvaniæ principatu, colloquio de religionis capitibus, ac potissimum de Deo Trinuno Albæ Juliæ per dies decem instituto, approbavit eorum sententiam, qui Deum altissimum ut essentia, ita persona unum, nempe solum Patrem, & filium ejus unicum è Spiritu S. Dei conceptum, è Maria virgine natum, confitentur: qui inde in illa regione Unitarii nominantur, & gaudent suæ religionis libertate ab isto Principe firmata. Is etiam Georgium Blandratam Medicum, Calvino cum suis ob sententiam de Uno Deo exosum, è Polonia in Transsylvaniam ad se evocavit. Hæc acta sunt circa annum 1563.

„ Ex iis qui vulgari de Dei Triade opinione rejecta, amplexi sunt sententiam de Patris præ Filio præeminentia, aliqui in Arianismum planè sunt delapsi: ut Stanislaus Farnovius seu Fernesius, qui ab aliis Unitariis schisma fecit, circa annum 1567.

„ Hujus sectatores post ipsius obitum partim ad illos alios Unitarios, partim autem ad Calvinianos discesserunt.

„ Faustus Socinus Senensis, Lælii è fratre Alexandro nepos, Agnete Burgesii Petruccii Senarum Principis filia genitus, post obitum patrui,

„ à quo

,, à quo peculiari rerum divinarum notitiâ fuerat imbutus, postquam in
,, aula Francisci Magni Ducis Hetruriæ, annos 12 honoratis ministeriis
,, consumpsisset, relicta sua sponte Principis, qua florebat, gratia, & tum
,, præsente, tum sperata fortuna spreta, suæ, aliorumque salutis studio im-
,, pulsus, ex Italia secessit in Helvetiam A. Chr. 1574. Ibi commoratus
,, Basileæ, exorsus est Disputationem de Jesu Christo Servatore. Sed a.
,, 1578 à Georgio Blandrata, Principis Christophori Bathorei Archia-
,, tro, evocatus est in Transylvaniam, ad refellendum Franciscum Da-
,, vidis, qui rejecto de Filio Dei, Deo Patri consubstantiali, errore, in
,, alium magis perniciosum delapsus est, de Christo religiosè non honoran-
,, do, nec invocando. Inde Faustus anno 1579 commigravit in Polo-
,, niam: ubi quum ecclesiis, solum Patrem Jesu Christi Deum summum
,, confitentibus, adjungi publicè petiisset, in Synodo Racoviana A. 1580.
,, ob non dissimulatum in quibusdam dogmatis dissensum, (ut de Satisfa-
,, ctione Christi, de Justificatione sine omnibus operibus, de prædestina-
,, tione ac servo arbitrio, & de baptismo aquæ) repulsam passus, nec ad
,, Sacram Synaxin admissus: pro harum tamen ecclesiarum defensione
,, contra Antagonistas strenuè per scripta decertavit. Inter alia scripsit li-
,, brum adversus Andream Volanum Calvinianum, de Jesu Christi Filii
,, Dei natura, nec non de peccatorum per ipsum expiatione; quem dedi-
,, cavit Johanni Kiszka à Ciechanoviecz, Præsidi tunc generali Samogi-
,, tiæ, (post Castellano Vilnensi) Ecclesiarum Unitariorum prope viginti
,, Patrono.

,, Andreas Dudithius, Episcopus quondam Quinqueecclesiensis in
,, Hungaria, quum Concilio Tridentino interfuisset, animadversis ibi
,, Pontificum & Ecclesiæ Pontificiæ technis, ea relicta accesserat ad Re-
,, formatos. Sed deinde tum rationum momentis, tum Calvinianorum
,, adversus Unitarios acerbitate, permotus, quum horum legationem pa-
,, cificam ab illis contemtim habitam cerneret, horum fautor evasit; ut ex
,, ipsius epistolis quibusdam apparet.

,, Anno 1580 Reformatis 150 Concionatoribus congregatis Levarto-
,, viæ exspectatum est ab Unitariis cum eis colloquium, cujus spes erat fa-
,, cta: sed advenientes eò Unitarii præsente Socino, spe sua frustrati sunt,
,, respondentibus Reformatis nefas eis esse cum his habere colloquium,
,, aut ullum negotium, quod sint sectatores Ebionis, Arii & Samosateni,
,, qui sunt olim ab Ecclesiâ excommunicati.

,, Circa Annum 1600 Jacobus à Sienno Sieninski Palatinides Podoliæ,
,, Dominus Racoviæ, antea Calvinianus, Unitariorum sententiam veri-
,, tati magis consentaneam esse agnoscens, eam amplexus est: & in op-
,, pido isto Scholam ac Typographiam, ad harum Ecclesiarum usum
,, erexit.

,, Tentata est etiam postea ab Unitariis apud Reformatos, qui in Polo-
,, nia Euangelici nominantur, reconciliatio, eâ conditione, ut manen-

„ te licet sententiarum dissensu coalesceret concordia ac mutua tolerantia:
Lublini in Synodo Reformatorum a. 1612. sed Reformati (adhuc re-
„ formandi) hos rejecerunt dicentes, non posse unionem coalescere,
„ quamdiu pars altera retineat opiniones adversas suis, de S. Trinitate,
„ & Christi Satisfactione, ac modo justificationis, & de baptismo.
„ Quinetiam postmodum ediderunt librum lingua vernacula sub titulo
„ *Ignis cum Aqua*: quo significatum voluerunt se cum illis nequaquam
„ posse convenire. Huic libro responsum dedit Valentinus Smalcius Go-
„ thanus, Ecclesiæ Racoviensis Ecclesiastes „. Hactenus illa Nar-
„ ratio.

TERTIO.

Eodem spectant sequentia ex eadem Append. pag. 90, 91, 92. & Nucleo ipso, p. 427—430.

AN. 1547. Circiter Belga quidam, cui nomen Spiritus, venit in Poloniam, ibique Cracoviæ inter quosdam amicos occasione captâ ex libro, in quo ad tres personas divinas distinctas distinctæ preces dirigebantur, quæstionem movit, an tres haberent deos; ubi pluribus verbis ea sententia perstricta scrupulum injecit quibusdam, & inter hos Andreæ Fricio Modrevio, Regis Sigismundi II. Augusti Secretario, teste eodem, Sylv. lib. 1. tract. 2. Nescio verò annon hic Spiritus sit ille, qui in dialogis Bernardini Occhini (qui etiam fuit in Polonia) introducitur differens.

A. 1553. Franciscus Lismaninus in Polonia pro Ariano habitus est: ejusque Secretarius Budzinius itidem Arianus dictus, scripsit historiam ecclesiasticam Arianorum dictorum sui temporis, maximam partem oculatus testis.

Franciscus Stancarus Mantuanus disputationibus suis de Christo Mediatore, occasionem præbuit, quâ novi Ariani in Poloniâ sunt exorti.

A. 1556. 21 Januarii, in Synodo habita Sezemini Petrus Gonesius Podlachius, primus in Poloniâ more Arianorum, Patrem esse majorem Filio, prædicare cœpit, primusque a. 1558. 15 Decembris in Synodo Brescienſi Lithvaniæ Pædobaptismum impugnavit. Probabat Symbolum Apostolicum; cætera, ut Nicænum & Athanasii dictum rejiciebat. Docebat Trinitatem non esse unum Deum, & Filium Dei esse minorem Patre in Divinitate. Æqualitatem negabat Divinitatis. Afferebat quidem Christum esse Deum, sed minorem Patre. Palam prædicabat, quod Filius Dei semper exhibeat Patri honorem: & probabat Christum omnia accepisse à Patre, illam sententiam semper inculcans: *Dedit mihi Pater.* Item: *sicut Pater habet vitam in semet ipso, ita dedit & Filio.* Item, affirmabat

mabat Deum Patrem esse solum verum Deum: Joh. XVII. Item, λόγον, Verbum invisibile, immortale, in tempore conversum in carnem, in utero Virginis, ajebat; & illud Verbum invisibile esse semen filii incarnati. Negabat communicationem idiomatum, unam tantùm substantiam seu naturam in Christo statuens: & alia multa. Specialiter oppugnabat consubstantialitatem Filii, quam habet cum Patre, docens Christum hominem conversum esse in Deum, & Deum seu Verbum in hominem. Acta Synodi Sezeminensis & Brescіensis in libro MS. Polonico, quo continentur omnes Synodi Fratrum Polonorum dictorum.

A. 1559. 20. Novembris, Pinczoviæ in Synodo movebatur quæstio de non invocando Spiritu sancto, per epistolam oblatam sine nomine autoris, quam ubi compererunt ministri esse Remiani (*al.* Remigii) Chelmii, impositum fuit Petro Statorio Gallo munus respondendi ad hanc epistolam, à quo tamen Chelmius primò acceperat illam sententiam. Hoc tempore Pinczovii dicebantur, qui in Polonia à receptâ opinione de Trinitate dissidebant, ab oppido Pinczow, in quo morabantur sub Nicolao Olesnicio illustri patrono ac protectore.

Tilemannus Heshusius episcopus Sambiensis in Ducatu Prussiæ, Arianismi accusatus fuit à Boquino, Servetianismi à Calvino: Prateol. Spondanus: Possevinus quoque refutat. resp. Chytræi, de Heshusianis scribit, eos negare unitatem trium personarum S. Trinitatis.

A. 1562. 28. Aug. Gregorius Pauli Bresinensis, qui à Petro Gonesio primùm acceperat doctrinam de uno Deo Patre, postea ab eo defecit, & sentire cœpit Christum non fuisse ante Mariam, ut ipse fatetur in oratione quadam. Scripsit (quando adhuc cum Gonesio sentiebat) Carmen Heroicum de Trinitate ad Jo. Calvinum & pios fratres: Tabulam qnandam de Trinitate: Turrim Babel: de Antichristi Deo Trino & Vno: & articulos fidei. Eodem anno die S. Trinitatis, Gregorio concionante contra Trinitatem, Cracoviæ vertex templi S. Trinitatis fulmine percussus est, globulusque in vertice constitutus dejectus. Patronus Gregorii Pauli erat Stanislaus Cikovius, archicamerarius Cracoviensis, postea Castellanus Biecensis & exercitûs Dux.

A. 1565. Schisma primum eorum qui in Polonia credebant in unum summum Deum Patrem, factum est in Synodo Petricoviensi, defensore Gregorio Pauli, Cracoviæ à Reformatis.

A. 1567. Schisma factum inter eos qui credebant unum summum Deum Patrem. Pinczovii, vel Racovienses paulò post dicti, sentiebant Christum non fuisse ante Mariam, & Spiritum S. non esse personam. Horum capita erant Gregorius Pauli & Georgius Schomannus, dictique sunt etiam Cracovienses & Sendomirienses à locis suis, & pòst Sociniani, licet Faustum Socinum nunquam in communionem receperint, propter alia dogmata quædam, quæ ipsis Socino vivente adhuc cum Calvinianis manserant communia. Altera pars erat Bideitarum dictorum.

ctorum. Iique erant duplices. Alii Cujavienses, qui sentiebant Christum fuisse ante mundum, & Spiritum S. donum Dei, non personam. Horum primarii erant Martinus Czechovicius & Joannes Niemojovius, qui postea Racoviensibus accesserunt. Martinus Czechovicius autem primus adultos baptizare cœpit, edito contra Pædobaptismum libro. Alii Bideitarum agnoscebant ministros Petri Gonesii socium Stanislaum Farnovium, Stanislaum Wisniovium, Joannem Casanovium & Nicolaum Zytno. Hi credebant Christi præexistentiam antesecularem, de Spiritu S. autem sentiebant, illum quidem non esse tertiam personam Deitatis, attamen aliquid vivum, & quasi personam. Dicti etiam sunt Farnoviani. Verùm notandum Farnovium & Wisniovium post Cujavienses quidem, at ante Racovienses cœpisse baptizare adultos. Et hi quidem Racoviæ erant, sed à Racoviensibus secesserunt. Wisniovius quidem ad patronum Taszycki Luclaviciam abiit, at ante Farnovii obitum ad Racovienses rediit cum patrono: tandem verò denuo relictis patrono & ecclesia in Farnovii communionem reversus est. Farnovius Sandecium abiit ad Dominum Mezyk Satrapam Sandeciensem, & Dapiferum Regni, qui cum uxore ejus sectabatur sententiam. Et habuit ibi ecclesiam magnam & scholam celebrem. Inter hos Farnovianos matrona quædam, vidua Zabawski, imprimi curavit libellum precum. Farnovius ipse edidit opus Polonicum de sententia sua. Post obitum autem Farnovii seu Farnesii (illo enim nomine etiam dicebatur) i. e. post a. 1604. Farnoviani destituti idoneo pastore dispersi sunt, plerisque cum Racoviensibus unitis, paucis cum Calvinianis. Ecclesias tamen eorum Racovienses obtinuerunt. Tertia pars erat Lithvaniensium & Podlachiensium. Hi Tritheitæ dicebantur, quia statuebant tres personas, earumque subordinationem vel inæqualitatem. Quartum genus erat Judaizantium, qui negabant Christum invocandum. Horum præcipui erant Franciscus Davidis (Claudiopoli in Transylvania) & David Francisci filius, Jacobus Palæologus, Matthias Glirius, Simon Budnæus & Joannes Sommerus.

Dembovecii in Pedomontio Poloniæ vixit Biesaga Arianus, cujus meminit Bzovius Anno 1469. Sect. 25.

Ante annos 20. etiam floruit in Prussiâ Henricus Nicolai.

QUAR-

QUARTO.

Ad librum tertium pertinent ſequentes catalogi epiſcoporum Orientis pleniores & emendatiores, qui tamen ſiſtentur tempore iſto ſeu termino, quo Author Orthodoxiam Eccleſiæ primitivæ definit: nec uſque ad noſtra tempora producentur: obſervabitur quoque ordo Autoris.

Ad pag. 267 —— 270.

EPISCOPI HIEROSOLYMITANI.

Poſt Apoſtolos

Jacobus Frater Domini, (cognomento Juſtus dictus fertur, ſed falſò,) ab a. 33 — 72. Euſebius III. 7. videtur ſtatuere Jacobum vixiſſe uſque ad annum 2 Veſpaſiani, anno 40 completo poſt Chriſti paſſionem. i. e. a. 72 vel 73. probabiliſſimum tamen eſt, eum paulò ante excidium Hieroſolymitanum fuiſſe occiſum, quia Joſephus mortem ejus excidii Hieroſolymitani cauſſam eſſe vult: & Epiphanius hær. 66. ait eum martyrium ſub Nerone Hieroſolymis ſubiiſſe.

Symeon Cleophæ, al. Alphæus, Domini frater conſobrinus. 72 —— 110 obiit ætatis 120. Fuit itaque 10 annis Chriſto major natu. Euſebius II. 32. videtur in a. 103 martyrium Symeonis referre ex ordine hiſtoriæ, i. e. ad maximum anno 3 Trajani, & ſic 17 annis natu major Jeſu fuiſſet. Crucifixus eſt ſub Trajano. Epiph. hær. 66.

Judas Jacobi filius. Clem. Rom. Conſtit. VII. 47. 110. ——

Jacobus Symeonis Cleophæ, al. Alphæi filius, cognomento Juſtus. 4. —— 114.

Zachæus. 1.
Tobias. 3.
Benjamin. 2.
Joannes 2. uſque ad annum Trajani 19. Epiph. hær. 66.
Matthias. 1.
Philippus. 3.
} 114 —— 126.

Seneca

Sennecas. 2.
Justus. 1.
Levi. 2.
Ephrem. 3.
} 126 — 127. usque ad Adrianum. Epiph. hær. 66.

Joseph. 1. } 127 —— Hi in chronicis omittuntur.
Judas. 2. } Usque ad 11. annum Antonini. Epiph. d. l.

Hactenus fuerunt omnes ex circumcisione. Euseb. IV. 5. quibus Autor perperam subjungit duos episcopos Alexandrinos *Justum*, & *Eumenem*.

Marcus primus ex gentibus. 4. —— 138.
Cassianus. 4.
Publius. 1.
Maximus. 4.
Julianus. 2. usque ad 10 annum Antonini Pii. Epiph. d. l.
Cajus vel *Gajanus.* 2.
Hic aliàs interponitur *Julianus.* 1.
Symmachus. 1.
Cajus. 1. usque ad 8 annum Veri. Epiphan. d. l.
Julianus. 5.
In Nicephori Chron. interseritur *Elias.* 2.
Capito. 3.
} 158 —— 161.

Hic in chronico interseruntur { *Maximus* 3. usque ad 16. annum Veri. Epiphan. d. l. *Antoninus* 4.

Valens. 1.
Dulichianus. 2. usque ad Commodum. Epiphan. d. l.
Narcissus. 4. Hunc tricesimum ab Apostolis dicit Eusebius V. 12. post cujus secessum, cùm haudquaquam ubinam locorum ageret, cognosceretur, à vicinarum ecclesiarum episcopis, teste Euseb. VI. 10. ordinatur.
Dius. In Chron. *Ælius.* 2. usque ad Severum. Epiph. d. l.
Germanion. 4.
Gordius. 5. Sub quo Narcissus quasi vitæ restitutus apparet, & ut ad episcopatum redeat à fratribus rogatur. Quoniam verò propter annosam senectutem ministerium ecclesiasticum obire non poterat, divina dispositio vocavit Alexandrum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum, ut unà cum Narcisso ministerio fungeretur. Usque ad Antoninum. Epiphan. hær. 66.
Narcissus rursus, in Chron. 20. usque ad Alexandrum filium Mammeæ. Epiph. d. l.
} 187.

Alexander. 39. Hic Origenem ordinavit presbyterum Cæsareæ Palæstinæ. Euseb. VI. 7. usque ad Alexandrum filium Mammeæ. Epiph. d. l.
Mazabanes. 14. Euseb. VI. 38. 254—268. usque ad Gallum & Volusianum. Epiph. d. l.

Hyme-

Hymenæus. 31. Euseb. VII. 13. 268 —— 299. usque ad Aurelianum. Epiph. d. l.

Zambdas, al. *Labdas* in Chron. 3. 299 —— 302.

Hermon, in Chron. Thermon, ibid. 39. Niceph. 9. Merulæ 14. Euseb. VII. ult. postremus eorum, qui persecutionem Eusebiani temporis præcessit. 302 —— 315. al. 318.

Macarius trigesimus. Theod. I. 3. a. 20. 315 —— 335. Socr. I. 9.

Maximus, 16. Socr. II. 5. Sozom. I. 10. II. 19 hic fuit in societate Arianorum. Ruff. I. 17. exturbatur. Socr. II. 30. 335 —— 351.

Hic interponit Merula *Heraclium* I. aliquot mensium. Aliàs dicitur exturbato Maximo, teste Socr. II. 30. successisse.

Cyrillus: Socr. II. 30. Hic aliquando in fide, sæpiùs in communione variabat. Ruffin. I. 23. 351 —— abdicatur. Socr. II. 33. Semi-Arianus Epiphanio.

Hic interserit Athanasius *Acatium*: ita enim scribit Apol. ad Constant. nisi fallor: *Acatius Cæsariensis olim, nunc post obitum Maximi, Hierosolymitanus episcopus Arianus.* Aliàs Cyrillo abdicato dicitur successisse.

Erennius, al. *Arrhenius*, al. *Irenæus*, Arianus. al. *Arsenius*.

Fertur etiam ante hunc fuisse *Eutychius* quidam Episcopus Hierosolymitanus Arianus. 364 —— 367. secundùm Hieronymum & Epiphanium.

Heraclius. aliquot mensibus præfuit. 367. —— Arianus.

Hilarius. 367 —— 376, 377 —— 383. Arianus: post hunc

Cyrillus reversus Ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopatum recuperavit: Sozom. IV. 29. Socr. III. 35. IV. 1. Fuit Macedonianus. Sozom. VII. 7. 383 —— 390. Illo mortuo succedit Joannes.

De horum temporum episcopis scribit Epiphanius hær. 76. num. 20. *Cyrillos duos fuisse, priorem qui Maximo successit, posteriorem qui Herennium* al. *Irenæum excepit, post quem sedit Hilarius* al. *Hilarion*. Et hær. 66. ait: *Maximus, Cyrillus, Erennis, Cyrillus alius, Hilarionus, qui nunc detinet ecclesiam, cui objicitur quod sit Arianorum secta.* Hieronymus Chron. 351. *Post Maximum Hierosolymitanum Episcopatum Ariani invadunt Cyrillus Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertiò Cyrillus Hilarius, quartò Cyrillus, quorum Cyrillus cum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Cæsar. & cæteris Arianis Episcopis Episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiâsset, Diaconus in Ecclesiâ ministravit, ob quam impietatem Sacerdotii mercede pensatus, in Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, variâ fraude sollicitans, de Episcopo in Presbyterum regradavit, quo in exilium ob fidem truso, omnes clerici juraverunt, ut nullum alium susciperent.* Nicephorus Chron. *unicum Cyrillum statuit, eoque ab Arianis pulso tres suffectos*

 fuisse

fuisse Episcopos; Arsenium, Heraclium, Hilarium, quibus Cyrillus denuò successit, restitutus in secunda Synodo sub Gratiano.

Joannes. Socr. V. 15. Ruffin. II. 21. Sozom. VII. 14. Origenista & Arianus, docens *Filium non posse videre Patrem, nec Spiritum Sanctum Filium.* Contra eum scripsére Hieronymus, Epiphanius & Theophilus Alexandrinus. Baronius a. 386. Hieronymum tradit non obscurè testari, Joannem hunc sub Valente catholicos esse aversatum, & cum Arianis ac Macedonianis communicâsse. Ipse Hieronymus ad Pammach. de eo; *Nam Epiphanius accusavit te, quod Arianus esses.* Hujus autoris vult esse *Opus Imperfectum* Wastelius, quod certum est fuisse Joannis episcopi Ariani. Gelasius ejus opera declaravit apocrypha. 390 —— 418. sec. Baronium 386 —— 416.

Sylvanus. a. 399. Episcopus Hierosolymitanus dicitur à Georgio Alexandrino in vit. Chrysost. 38. Anonymus, cap. 89. vit. Chrysost. Simeon Metaphrast. vit. Chrysost.

Praylius vel *Polychronius.* Theod. IV. 38. 418 —— 443. Hic se universalem Pontificem affirmabat: Luitpr. sub Sixto III. Damnatus & reconciliatus Sixto III. Ubi & notandum, quod sicut ante Concilium Chalcedonense etiam Episcopus Hierosolymitanus Antiochenum superiorem agnoscebat, ita & pòst Hierosolymitanus Jacobitarum Patriarcha se subjecit Antiocheno Jacobitæ. Et hîc abrumpimus cum Autore seriem episcoporum Hierosolymitanorum.

Ad pag. 270 —— 273.

EPISCOPI ANTIOCHENI.

PEtrus. Clemens Constit. VII. 47.

Zachæus, in epist. III. Anacleto PP. suppositâ.

Euodius, 45 — 71. primus hic juxta Euseb. Clem. Constit. VII. 47. ordinatus à Petro.

Ignatius. Euseb. III. 22. 71 —— 111. Clemens Constit. VII. 47.

Heron, al. *Eron*, al. *Heros*, Euseb. d. l. 111 —— 131.

Cornelius. Euseb. d. l. 131 —— 144.

Eros al. *Heros.* Euseb. d. l. 144 — 171.

Theophilus. Euseb. IV. 19. 171 — 179. at ipse Theophilus mortis Veri meminit, qui est annus 182. at juxta calculum ipsius Theophili 3 ad Autolyc. a. 192. 4. mens.

Maximinus. Euseb. d. l. 179 —— 192.

Serapion. Euseb. V. 19, 22. ordinatur a. 11 Commodi. Hieron. Catal. 192 —— 214

Asclepiades. Euseb. VI. 10. 214 —— 220.

Phi-

Philetus, in Chron. *Philetus*. Euseb. VI, 20. 220 —— 231.
Zebinus vel *Zebennus*. Euseb. VI. 21. 231 —— 242.
Babylas. Euseb. VI. 28 242 —— 254.
Fabius. Euseb. VI. 38. 254 —— 255.
Demetrianus. Euseb. VII. 13. 255 —— 262.
Paulus Samosatenus. Euseb. VII. 26. 262 —— 269. Excommunicatus, eique succedit
Domnus, al. *Dominus*, Demetriani filius. Euseb. VII. 29. 269 —— 274.
Timæus. Euseb. 274 ——
Dorotheum hîc collocant Ivo Carnotensis Chron. Petrus de Natalibus, Merula.
Cyrillus. 283.
Tyrannus. 303.
Vitalis. Theod. I. 3. 313 —— 318.
Philogonius. Theod. d. l. 318 ——
Romanus Sozom. I. 2. Sede aliquamtisper vacante, Sozom. d. l. creatur ab Episcopis Nicænis.
Eustathius, hæreticus Sabellianus, abdicatur, & in Concilio Antiocheno V. Sozom. II. 18. successor constituitur.
Paulinus Tyro vocatus, Arianus. Post sex menses obiit. Philostorg. III. Euseb. contra Marcellum I. 4. Hunc Hieronymus Eustathio præponit. A. 330. quidam collocant *Agricium*, qui postea in Annal. Trevir. dicitur constitutus Episcopus Trevirensis.
Eulalius Arianus. (quo mox mortuo *Eusebius Cæsariensis* designatur, itidem Arianus, qui ubi functionem illam obire recusavit, substituitur ex commendatione Constantini Euphronius. De vita Constant. III. 6. & Sozom. II. 18. Hieronymus tamen Eusebium episcopis Antiochenis accenset.) Hunc omittunt Eusebius, Socrates, Sozomenus.
Euphronius Cappadox presbyter, Arianus. Hunc Eustathio, repudiante Eusebio, successisse scribunt Socr. I. 18. postquam octo annos sedes Antiochena Episcopo caruit, & II. 5. 6. Sozom. II. 18. Huic post gubernationis annum 1. & paucos menses mortuo succedit (Theod. I. 21.)
Flacillus Arianus. Euseb. l. de Eccles. Theol. tit. Philostorg. Socr. II. 5. 6. Sozom. III. 5. obiit tempore Conc. Antioch.
Stephanus Arianus. Socr. I. 21. & Constantii voluntate Stephano abdicato creatur Episcopus
Leontius Phryx, Arianus. 347. 358. Socr. II. 21. Theod. II. 10.
Eudoxius Arianus. 357, 358 —— 363. Socr. II. 29 Sozom. IV. 11. abdicatur. Socr. II. 32. vocatus fuerat ex episcopatu Germaniciæ. Socr. II. 32. 364.
Anianus Macedonianus a Macedonianis constituitur; ab Acacianis pellitur, & Eudoxius conservatur ab Arianis; Socr. II. 32. cap. 33. dicit Eudoxium factum Episcopum Constantinopolitanum ab Acacianis, in

Concilio Constantinopolitano: Eudoxiumque sedem Antiochenam sede Constantinopolitana posteriorem duxisse. Deinde post Eudoxium ab Arianis Episcopis Acacio & Georgio Antiochiam transfertur

Meletius: & non post grande temporis intervallum cùm presbyteros, qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant suscepisset, exilii justissimam caussam subitâ fidei mutatione delusit: ut ait Hieronymus chron. a. 364. Alii scribunt eum, cùm præter omnium opinionem non Arii, sed ὁμοούσιον fidem prædicare cœpit, Imperatoris mandato ex Ecclesiâ exturbatus pellitur in exilium, eique subrogatur Euzoïus. Socr. II. 34. Ruff. I. 24. Sozom. IV. 27. VI. 7.

Euzoïus. 364——376. Arianus. ad V. Coss. Valentis I. autem Valentiniani junioris, quo mortuo, in ejus locum suffectus est Dorotheus. At Hieronymus dicit hunc Euzoïum primùm Diaconum Alexandrinum, post sub Theodosio Episcopum Antiochenum fuisse: Dialogo contra Lucifer.

Dorotheus Arianus. Socr. IV. 28. V. 3. hinc transfertur ad Episcopatum Constantinopolitanum. Sozom. VII. 14. vocatur quandoque Theodorus. 376——380——381. al. 386 vel 387. Merula. De his episcopis scribit Hieronymus Chron. a. 331. *Antiochiæ pòst Tiramnum ordinatur episcopus Vitalis, pòst Philogonius, pòst Paulinus, pòst Eustathius, quo in exilium ob fidem truso, usque in præsentem diem Ariani Ecclesiam occupaverunt, id est, Eulalius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoïus, Dorotheus, rursum Meletius*, &c. Inde sequitur triplex schisma Homousianorum; Meletianorum, Eustathianorum & Apollinarianorum. *Apollinaris* hunc episcopatum ambiverat, qui abdicatur episcopo tamen creato *Vitalio.* Theod. V. 4. *Meletius* reversus Antiochiam ab exilio vivente Euzoïo Socr. III. 7. Ruffin. I. 30. Meletianis se præfecit in suburbiis; ipsis autem se non jungebant Eustathiani vel Pauliniani, Ruffin. I. 30. quia Meletius ab episcopis Arianis creatus fuerat episcopus: tum quod hi, qui eum sequebantur, à sacerdotibus quoque Arianis baptizati fuerant. Aliàs doctrinâ fidei consentientes, ob hanc caussam divisi sunt. Sozom. IV. 27. Socr. III. 34. Deinde Meletius in exilium pellitur à Valente; Paulinum autem (de quo mox dicam) propter eximiam pietatem ætatemque provectam Euzoïus minimè ex urbe ejecit; sed unam ei tribuit ecclesiam. Socr. IV. 2. Soz. V. 21. Revocatur à Gratiano: Socr. V. 5. episcopusque constituitur in suburbiis. Tandem Meletio Constantinopoli, ob electionem Gregorii Nazianzeni, & pòst ob Concilium ibidem morante, mortuo sufficitur Flavianus Meletianus. Porrò vivente Euzoïo, & Meletio nondum ab exilio reverso, aut secundùm aliòs Meletio præsente & otium agente, Flaviano adhuc diacono existente, *Paulinus* Eustathianus (negans tres hypostases in Deo) & Eustathii olim presbyter, à Lucifero Calaritano episcopo exule & abdicato, præsulatum

ambiens,

ambiens, vitiosè constituitur episcopus. Socr. III. 4. Soz. V. 11. Theod. V. 3. Soz. VII. 11. surrogat sibi ipsi contra canones Ecclesiasticos, (Theod. V. 23.) *Euagrium*: qui etiam mortuo ei successit; verùm eo breve admodum tempus supervivente, nemo alius hanc successionem adimplevit obstante Flaviano, Socr. V. 15. Sozom. VII. Theod. V. 23. Meletio itaque, ut dixi, successit

Flavianus. Sozom. VII. 11. Ruffin. II. 21. Theod. V. 23. contra datum jusjurandum, de quo vide Socr. V. 5. Soz. VII. 3. 11. sub eo Homousiani Antiocheni pedetentim tempore progredientes ad concordiam sunt reducti. Ariani verò ab ecclesiis expulsi, in suburbiis conventus celebrârunt. Socr. V. 15.

Porphyrius.

Alexander. Socr. VII. 9. Theod. IV. 35. hic primus in unitatem restituit factionem Eustathianam & Meletianam. Theod. IV. 35. sub eo fuerunt adhuc Arianorum clerici. Luitpr. vita Innocentii PP.

Theodotus. In eo subsistit Author noster, & nos cum eo.

Ad pag. 273 —— 276.

EPISCOPI ALEXANDRINI.

M*Arcus.* Euseb. II. 16. 44 —— 63. Clem. Constit. VII. 47. ordinatus à Petro.

Anianus. Euseb. II. 24. 63 —— 85. Clem. Constit. ibid. ordinatus à Marco.

Abilius. Euseb. III. 13. 85 —— 98. Constit. Apost. ibid. ordinatus à Luca.

Cerdo. Euseb. III. 21. 98 —— 109.

Primus. Euseb. IV. 1. 109 —— 121.

Justus. Euseb. IV. 4. 121 —— 132.

Eumenes. Euseb. IV. 5. 132 —— 145.

Marcus. Euseb. ibid. 145 —— 155.

Celadion. Euseb. IV. 11. 155 —— 169.

Agrippas. Euseb. IV. 19. 169 —— 181.

Julianus. Euseb. V. 9. 181 —— 191.

Demetrius. Euseb. VI. 1. 191 —— 234.

Heraclas. Euseb. VI. 25. 234 —— 250.

Dionysius. Euseb. VI. 28. 34. 250 —— 267.

Maximus. Euseb. VII. 27. 267 —— 285.

Theonas. Euseb. VII. 31. 285 —— 304. sub hoc Achillas & Pierius praeceptor Pamphili presbyterium sortiti: ibid.

Petrus. Euseb. ibid. 304 —— 316. sub hoc Arius diaconus factus, alii presbyterum à Petro factum ajunt.

Achillas. Euseb. chron. 316 —— 321. Ab hoc ad presbyterii gradum evectus est Arius.

Alexander. Euseb. chron. Theod. l. 1. Sozom. l. 6. 321 —— 326.

Athanasius. 326 —— eoque ceu illegitimè ordinato abdicato & expulso

Gregorius Cappadox Arianus.

Athanasius restituitur, & post eo aufugiente ordinatur

Georgius Cappadox Arianus, cui successit 342 —— 362.

Lucius Arianus. 362 —— 371. pellitur. Athanasio autem successit

At secundum Epiphanium.
Petrus.
316 —— *Alexander.* *Pistus* Arianus.
Achillas. *Theonas* à parte Meletianorum, post tres menses
Athanasius.

Petrus. 371 —— 378.

Timotheus Apollinarista. Theod. V. 9. 378 —— 385.

Theophilus initio Origeni favens. 385 —— 412.

H. Canisius errat cùm in epist. 8. Fl. Alcuini ait, *Ambrosium* episcopum Alexandrinum æquævum fuisse Ambrosio Mediolanensi. Nam nullus fuit episcopus Alexandrinus Ambrosius, & Hieronymus, quem allegat, tantùm appellat Ambrosium Alexandrinum. Alii errant in Lucio. Alii constituunt falsò *Eusebium*, nescio quem episcopum Alexandrinum. Vide Sandii Nucleum.

Cyrillus Apollinarista; quidam Arianum imò Eunomianum non sunt veriti vocare. 412 —— 446.

Dioscorus Eutychianus, à quo denominati Dioscoriani. 446 —— 451. relegatur.

Proterius. 451 —— 457. occiditur: hoc sublato in Dioscori locum suffectus

Timotheus Ælurus Eutychianus. 457 —— 460.

Timotheus Basilicus s. *Salofaciolus.* 460 —— 482.

Timotheus Ælurus rursus. 482. Hic constituit episcopum Ephesi Paulum, sedemque illam reddidit Patriarchalem, quam prærogativam ei ademerat Synodus Chalcedonensis.

Petrus Mongus hæreticus. 482.

Timotheus Basilicus rursus. 482.

Joannes. 482.

Petrus Mongus rursus. 482 —— 486.

Athanasius Celetes, sive Herniosus hæreticus. 486 —— 495.

Joannes Mela.
Joannes Talida. } al. { *Joannes.* 496 —— 505.
Joannes Machiota. { *Joannes.* 505 —— 516.

Dioscorus Eutychianus. 516 —— 524.
Timotheus sub Justiniano Imp. Eutychianus. 524 —— 540. Niceph. ibid.

Horum meminit Maximianus episcopus Ravennas in historiâ, & quidem Timothei tanquam sui coætanei: fuit autem Maximianus episcopus 546 —— 556.

Gajanus. Niceph. ib. 540.
Theodosius Eutychianus. 540 —— 542.
Paulus Niceph. chron. 542 —— 543.
Zoilus. Niceph. ibid. 543 —— 550.
Apollinarius. 550 —— 569. His nos cum Authore sistimus seriem episcoporum Alexandrinorum.

Ad pag. 278 —— 281: ex Append. Sandii p. 36. 37.

PATRIARCHÆ EPHESINI.

DE primis ecclesiæ Ephesinæ episcopis non satis constat inter autores: sunt qui primos Ephesi episcopos statuant D. *Paulum*, D. *Titum* & D. *Joannem* Euangelistam. De Tito id manifestò falsum videtur. Dorotheus ex numero septuaginta discipulorum duos statuit episcopos Ephesi *Phigellum* & *Gajum*: quorum ille ob perversam doctrinam reprehenditur ab ipso Paulo. *Timotheus* & *Onesimus* omnium consensu fuere episcopi Ephesini. Timotheus secundùm Eusebium primus, (III. 4) ordinatus à D. Paulo. Ejus immediatum successorem statuit Baronius Onesimum. Secundùm Dorotheum Gajus post D. Timotheum ordinatus videtur à D. Paulo. Wengerscius Onesimi successorem statuit Anonymum quendam, quem putat indigitari Apoc. II. 1. sed non video quid obstet, quò minus hic fuerit vel Timotheus, vel Gajus, vel Onesimus. Ab Onesimo itaque certiorem seriem habemus horum Episcoporum, quam nos qualem qualem ita statuimus:

D. *Timotheus.* 57 —— Constitut. Apost. VII. 47. Doroth. Euseb. III. Vixit adhuc a. 60.
D. *Joannes*, ordinatus à D. Joanne Apostolo. Constitut. Apost. *ibid.*
Gajus. Dorotheus eum dicit successisse Timotheo.
Onesimus. —— 110. Euseb. III. 35. vocatus ex episcopatu Berrhœæ Macedoniæ.
Polycrates, sub Victore Rom. Euseb. III. 31. V. 22. 191. 198.
Felix, sub Antero Rom.
Menophantus tempore Arii, Arianus. Theod. I. 7.
Agapius Arianus, sub Gothis ordinatus à Marino Constant. Socr. V. 23.
Antoninus.
Heraclides ordinatus à Chrysostomo.
Memnon ejicitur à Nestorianis. Socr. VII. 34.

Marinus,

Marinus, si fides Fascic. tempor.
Bassianus, depositus a. 447. à Leone Romano.
Stephanus a. 447. obiit a. 457.
Joannes. a. 457.
Paulus Eutychianus, ordinatus à Timotheo Æluro Alexandr. Euagr. III. qui, nempe Timotheus sedi huic Patriarchatum restituit, quem ei ademerat Concilium Chalcedonense. *ibid.*
Hypatius a. 533. & 536. Procopius 1 Gothic.
Andreas a. 553.

Ad pag. 281, 282.

EPISCOPI SMYRNENSES.

Appelles. Doroth.
Ariston.
Thraseas, al. *Strateas*. } Clemens Constit. VII, 47.
Ariston alter.
Bucolus. Menol. græc. 403. in Ferdinandi Ughelli to. 6 Italiæ sacræ.
Polycarpus martyr.
Lucifer Arianus. Vide Marianum Victorium Reatinum, argum. in Hieron. dial. adversus Lucifer.
Metrophanes. 360. quem quidam statuunt floruisse seculo VII.

Ad pag. 283.

EPISCOPI SARDENSES.

Anonymus quidam Apoc. III. 1.
Melito Eunuchus. Euseb. IV. 26. V. 24.
Heortasius Macedonianus. Sozom. IV, 24.

Ad pag. 283, 284. ex Sandii Append. pag. 32.

EPISCOPI LAODICENSES SYRIÆ.

Lucius. Doroth.
Sagaris. Euseb. V. 23.
Thelymidris. Idem VI. 46.
Heliodorus. Idem VII. 5.
S. Socrates. Id. ibid. & c. 11, 32.

S. Eu-

S. *Eusebius*. Id. ibid. 260——283.
S. *Anatolius*. Id. ibid. 283——
S. *Sextus* interferitur à Petro de Natalibus, Eusebio ignotus.
S. *Stephanus*. Euseb. d. l. 308.
S. *Theodotus* Arianus. Id. ibid. Hunc per errorem Bedæ, Usuardi & Adonis in sanctorum album, & Rom. martyrologium inductum, tradit Valesius differt. de Romano martyrologio. 308——
Georgius, quandoque Gregorius dictus, Macedonianus. Socr. II. 25, 26. 349. 357.
Athanasius Arianus. Niceph. XII. 6.
Pelagius, ordinatus ab Acacio Cæsar. Philost. V. 1. Socr. III. 26. a. 363. pulsus, a. 370 restitutus, vixit adhuc a. 381.
Elpidius.
Apollinarius. Hieron. Catal.
Aristonicus, subscripsit Concilio Ephesino a. 431.
Macarius Nestorianus, a. 431 & 451.

Ad pag. 286. ex Appendice Sandii p. 54.

EPISCOPI CÆSAREÆ PALÆSTINÆ.

Z*achæus*. Constit. Apost. VII. 46. *al.* 47. item Recognit. Clem. lib. III. &c.
Cornelius. Const. Apost. l. c.
Theophilus Ibid.
Theophilus Euseb. V. 22. 191 198.
S. *Theoctistus*. Idem VI. 20.
S. *Domnus*. Idem VII. 14.
S. *Theotecnus*. Ibid.
S. *Agapius* martyr. Ibid.
S. *Pamphilus* martyr, si fides Ivoni Carnot. Chron. & Petro de Natalib.
Agricolaus in subscriptione Concilii Ancyrani; sed hic Eusebio ignotus, estque nomen latinum.
S. *Eusebius* cognomento Pamphili, Arianus. —— 340. Socr. I. 8.
Acacius Arianus. 340 —— 366. Socr. II. 39.
Euzoïus Arianus. 366 —— Epiph. hær. 73. Hieron. Catal.
Philumenus à Cyrillo Hierof. constitutus.
Cyrillus senex ab Eutycho (Hierof.) constitutus.
Gelasius, *al.* Thalassius, Cyrilli Hier. nepos ex sorore, rursus à Cyrillo dicto constitutus, Theod. V. 8.
Euzoïus rursus. Hic sub Theodosio Imp. pulsus. Hieron. Catal.
} Epiphan. hær. 73. scribens a. 376.
Ioannes sub Arcadio Imp. a. 398 & 401.

Gelasius, cui Cyrillus Hier. fuisse avunculus dicitur, at confusus videtur cum priore Gelasio.
Paulus.
Eulogius. a. 415.
Irenæus a. 457.
Gelasius, sub Basilisco & Zenone. Photius Cod. 88. falsò statuens ejus avunculum Cyrillum Hieros.
Elias. a. 536.
Sergius. a. 541.
Ioannes. a. 553.

Ad pag. 287. ex Sandii Nucleo pag. 129. & Append. p. 20.

EPISCOPI TYRII.

Cassius. Euseb. V. 27.
Alexander. Euseb. VII. 5.
Marinus. ibid.
Tyrannion martyr. Euseb. VIII. 13.
Methodius martyr, Ario ἐμόδοξος. Hieron. Catal.
Paulinus Arianus. Theod. I. 5.
Vitalis Arianus, qui subscripsit Synodo Sardicensi.
Vrsacius, seu *Uranius* Arianus. Socr. II. 39. Soz. IV. 12. tempore Concilii Seleuciensis.
Paulus.
Zeno. a. 381.
Berentius, ex Arcis Phœniciæ huc translatus. Socr. VII. 36.
Irenæus ejectus in Concilio Ephesino Dioscori. 449.
Photius a. 448. & 451.
Dorotheus, tempore Leonis Imp.
Joannes Eutychianus, cœpit a. 484.
Epiphanius Eutychianus a. 513 & 536. Euagr. III. 33.
Eusebius. a. 553.

Ad

Ad pag. 288, 289, 290,

EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

Et quidem primò BYZANTINI ex Nicephori Chron.

D. *Andreas* Apoſtolus ordinavit *Stachyn.* 16.
Oneſimus. 14.
Polycarpus. 18.
Plutarchus. 16.
Sedecion. 9.
Diogenes. 15.
Eleutherius. 7.
Felix. 5.
Polycarpus. 17.
Athenodorus. 4.
Euzoïus. 16. Nicephoro Calliſto. 6. Eidem a 24.
Laurentius. 11. m. 6. Eidem a. 11.
Alypius. 13. m. 6. Eidem a. 13.
Pertinax. 19. m. 10. d. 5. Eidem a. 9.
Olympianus. 11.
Marcus. 13.
Cyriacus. 16. Nicephoro Calliſto *Cyrillianus.*
Caſtinus. 7.
Titus. 35. m. 6. Nicephoro Calliſto ſupra a. 35.
Domitius frater Probi Imper. 24. m. 6.
Probus filius Domitii. 12.
Metrophanes frater Probi. 10. Photius Cod. 88. ait hunc tempore Concilii Nicæni excedentem annos ætatis 100. ad dictum Concilium presbyterum ſuum legâſſe Alexandrum, qui ei ſucceſſit in epiſcopatu. Sed ſi id verum eſſet, utique Alexander Alexandrinus non ſcripſiſſet ante Concilium Nicænum ad Alexandrum tanquam ad Epiſcopum: nec Nicephorus eum numeraret inter epiſcopos Byzantinos.
Alexander. —— 327 hactenus Epiſcopi Byzantini.

SEQUUNTUR CONSTANTINOPOLITANI.

E*Uſebius* Magnus Nicomedienſis dictus Arianus. Philoſt. & Theodor. 327 circiter vel paullò poſt: —— 341 vel 342.
Macedonius Arianus. 341 —— 363. Socr. II. 33. Sozom. IV. 25.
Eudoxius Arianus ex Antiochiâ tranſlatus. 363 —— 374. Sozom. VI. 26. Socr. II. 33. IV. 1. fit Epiſcopus ab Acacio ejuſque ſequacibus. Hic poſtquam 11 annos (Sozomenus VI. 13. & Socr. IV. 13. ponunt annos 19. in epiſcopatu Conſtantinopolitano ſedit, moritur, eique ſufficitur
Demophilus Arianus, à Theodoro Heracleæ Thraciæ epiſcopo Ariano. 374 — 385. Socr. IV. 13. Sozom. VI. 13. Imperator Theodoſius per nuncium Demophilo præcepit, ut aut ex Nicæni Concilii decre-

to religionem propagaret, aut ecclesiis excederet. Ille verò convocato populo, mandatum Imperatoris exposuit, & in posterum diem se extra urbem concionaturum significavit: quandoquidem, inquit, divina lex jubet, ut si vos ex hac urbe pellant, fugiatis in aliam. Hæc cùm præfatus esset, deinceps extra urbem concionabatur: & unà cum eo Lucius, qui ab Arianis quondam Alexandrinæ ecclesiæ præfectus fuerat, qui expulsus, exul (ut dictum est) Constantinopolin concessit, ibique moratus fuit. Postquam igitur ecclesiam Demophilus reliquisset, ingressus Imp. preces fudit, & ex eo tempore, qui ὁμοούσιον Trinitatem profitebantur, templa occupârunt. Erat autem hic annus quo Gratianus V. Theodosius I. Consules fuerunt. 6. Cal. Dec. Sozom. VII. 5. Socr. V. 7. Demophilo mortuo, declaratur episcopus, vocaturque ex Thraciâ *Marinus* Arianus a. 385. Sed postquam *Dorotheus* Arianus ex Antiochiâ Constantinopolim venisset, quia is videbatur magis idoneus, ejus sectæ primatum obtinuit. Sozom. VII. 15. Socrates tamen V. 12. dicit, postquam Marinus episcopus non diu vitam propagavit, episcopum appellatum Dorotheum: qui moritur cùm ad 120 annos vitam protraxisset: (at VI. 22. dicit Dorotheum præ-

Homousianorum Episcopi.	*Novatianorum* Episcopi.	*Aëtianorum* Episcopi.
Gregorius Nazianzenus. Socr. IV. 21. Soz. VII. 5. Socrates V. 5. 380 —— Ast hic Constantinopolim linquens Nazianzum rediit. Succedit ei ex decreto Concilii Constantinop.	*Acesius* interfuit Concilio Nicæno, & forte hic idem qui	*Poemerius* sub Juliano & Joviano.
Maximus Cynicus Apollinarista Theod. V. 8. Soz. VII. 9. constitutus à Timotheo Alexandrino. Theod. V. 9. 381.	*Agelius*, qui Ecclesiam rexit à Constantini temporibus, exilio mulctatur à Valente. Socr. IV. 9. Soz. VI. 9. —— 386.	*Florentius.*
Nectarius. Socr. V. 8. 381 —— 397.	*Marcianus.* Soz. VII. 14.	*Lucianus* post Eudoxium Eunomianæ partis Constantinopoli episcopus, vel Eunomii vel Eudoxii ex sorore nepos. Niceph. an. 398.
Joannes olim presbyter Antiochenus, cognomento *Chrysostomus.* 397 —— 404 vel 405. moritur in exilio a. 407. Socr. VI. 7. 16.	*Sisinnius.* Socr. VI. 1. —— 409.	
	Chrysanthus filius Marciani. Socr. VII. 6. 12. 409 ——	
	Sabbatius.	
	Chrysanthus rursus.	
	Paulus. Socrates VII. 17.	
	Marcianus. Socr. VII. 45.	

latum

Homoufianorum Epifcopi.

Arfacius frater Nectarii. 404 al. 405 —— 407. Socr. VI. 17.
Atticus 407 —— 426. Socr. VI. 18.
Sifinnius. 428. Socr. VII. 26.
Neftorius 428. 4 Id. April. —— 431 abdicatur in Concilio Ephefino Socr. VII. 29. 33. obiit a 434.
Maximianus. 431 -- 433. Soc. VII. 31.
Proclus. 433 — 446. Socr. VII. 39.
Flavianus. Euagr. I 8. Abdicatur à Concilio Ephefino II. & interficitur. II 4. 446 — 449 vel 450.
Anatolius Eutychianus. Euagr. II. 4.
Gennadius.

latum Marino,) Honorio VII. & Theodofio Aug. II. CSS. 8. Id Nov. Soc. VII. 6. 385 al. 386 - 407.
Barbas Arianus, cujus temporibus illa fecta duos præftantes viros afsecuta eft, quorum adjumentis denuò florere cœpit, alterum Timotheum, Georgium alterum appellatum, utrumque presbyterii dignitate exornatum, &c. Vide Socratem VII. 6. moritur ad XIII. Conf. Theodofii & III. Valentiniani. 8. Cal. Julii 407 - 430.
Sabbatius Arianus. Socr. VII. 30. 430 —— fuperft. s fcribente Socrate, i. e. a. 439.
Deuterius Arianus fub Imp. Anaftafio. lib. 2. Coll. Theodori Lect.

Acacius. Eutychianus & Arianus. Euagr. II. 11. —— 488.
Phranitas al. *Phravitas* vel *Flavitas* Arianus fub Zenone. Euagr. III 23. non totos quatuor menfes fedit.
Euphemius. Euagr. III 23. hunc Imp. Anaftafius epifcopatu ejecit. ibid. & c. 30. 489 ——
Macedonius Neftorianus, Gennadii ex forore nepos (Theod. Collect. lib. 2.) Hunc ejecére Imperator Anaftafius & multi epifcopi Eutychiani. Euagr. III. 30, 31, 32. —— 512.
Timotheus. Euagr. III. 30.
Joannes II. Eutychianus fub Anaftafio & Juftino fen. Hormifdâ PP. notatur à PP. Felice IV. Niceph. Chron. Platina.
Anthimus. Eutychianus & Arianus, fede fuâ ejectus, Euagr. IV. 9. Platina, & ab Imp. Juftiniano ei fuffectus
Epiphanius. Euagr. IV. 11.
Anthimus videtur fedi fuæ reftitutus, cùm Juftinianus factus effet Eutychianus: quia Nicephorus Chron. eum collocat medium inter Epiphanium & Menam.
Menas. Euagr. IV. 36. —— 552.
Eutychius Origenifta. Euagr. IV. 38. fede fuâ pellitur, inque ejus locum furrogatur
Joannes Sirimenfis cogn. *Scholafticus*, fub Juftino Juniore Imp. III. hujus nominis. Photius Cod. 24. NB. Fuit quidam Joannes Anti-Eutychianus presbyter Antiochiæ, Joanne I. Pontifice, Reginâ Amalafunta, Imp.

Imp. Justiniano, mortuo Rege Francorum Clodovæo. Platina.
Eutychius rursus capessit episcopatum. Euagr. V. 16.
Joannes Nesteuta, i. e. *Jejunator* dictus, IV. hujus nominis. Nestorianus fertur fuisse, diciturque recepisse Concil. Ephesin. II. quæ sunt pugnantia. Sub eo Mauritius renunciatus est Imperator. Photius Cod. 65. Hic affectavit titulum Oecumenici, sive universalis episcopi. Gregor. epist. L. IV. c. 80. —— 596.
Cyriacus. Baronius. 596 —— 607. Hic subsistit Author.

Ad pag. 290. Ex Sandii Append. p. 24.

EPISCOPI CÆSAREENSES CAPPADOCIÆ.

Apollos Doroth.
Alexander. Hic postea constitutus episcopus Hierosolymitanus.
Firmilianus Origenis discipulus. Euseb. VI. 16. vixit a. 237 —— 272.
Lucius martyr.
S. Leontius Arianus: subscripsit Concilio Ancyrano, a. 314. renuit verò subscribere Synodo Nicænæ: hujus memoria celebratur d. 13. Januar.
Hermogenes.
Dianæus interfuit Synodo Antiochenæ VI. Hic idem qui *Dion* Arianus, qui subscripsit Concilio Sardicensi Arianorum, a. 348.
Eulabius, al. *Eulanius* vel *Eulalius*, pater Eustathii episcopi Sebastiæ Armeniæ Ariani.
Eusebius, 362 —— 369.
Basilius. 369 —— 378.
Andreas perperam à Gerhardo Patrol. successor Basilii statuitur, quem nos inter Theodorum Ascidam & Aretam rectiùs sistemus.
Helladius, 378 ——
Gerontius.
Pharetius a. 404.
Firmus a. 430. obiit a. 439.
Thalassius Eutychianus, 439 —— 449
Theodosius, 449. al. 451 —— al. *Thalassius*, subscripsit Concilio Chalcedonensi,
Alypius, a. 457.
Soterickus Eutychianus, a. 512. obiit a. 536.
Theodorus Ascidas, a. 536. & a. 563. contra hunc habita V. Synodus. Euagr. IV. 38. Vixit adhuc a. 564.
Andreas, a. 570.
Aretas, a. 590.

Ad

Ad pag. 290, 291, 292.

EPISCOPI ROMANI.

Petrus. 44 — 69.
Linus. 69 — 82.
Anacletus. 82 — 94.
Clemens. 94 — 102.
Euarestus 102 — 110.
Alexander. 110 — 120.
Sixtus. 120 — 130.
Telesphorus. 130 — 141.
Hyginus. 141 — 145.
Pius. 145 — 160.
Anicetus. 160 — 170.
Soter. 170 — 179.
Eleutherius. 179 — 193.
Victor. 193 — 203.
Zephyrinus. 203 — 220.
Callistus. 220 — 225.
Urbanus. 225 — 233.
Pontianus. 233 — 239.
Antherus. 239.
Fabianus 239 — 253.
Cornelius. 253 — 255.
Lucius. 255.
Stephanus. 255 — 257.
Sixtus. 257 — 268.
Dionysius. 268 — 277.
Eutychianus. 282.
Cajus. 282 — 297.
Marcellinus. 297 — 306.
Eusebius. 306 — 307.
Melchiades. 307 — 313.
Sylvester. 313.
Marcus.
Julius.
Liberius Arianus.
Felix Arianus.
Leo Arianus. Author non procedit ultra.

QUINTO.

Ad pag. 207. Historia de Catharinâ Zalassoviâ plenior & emendatior extat in Sandii Append. pag. 85. & 86.

A. 1539. tempore Sigismundi Regis, Catharina Melchioris Vogelii Consulis Cracoviensis uxor, (*al.* Melchioris Zalassovii uxor,) fœmina octogenaria, ob Judaicam religionem combusta est, in foro Cracoviæ: quod ipse spectavi. (*Sunt autem verba* Lucæ Gornicii Præfecti Tycocinensis in Chronico typis impresso Polonicè fol. 7.) Collegerat in aulam suam Gamratus Episcopus Cracoviensis, Canonicos omnes & Professores Collegii; ad audiendam ejus fidei confessionem. Hic, quum interrogaretur secundùm nostrum Symbolum fidei; num crederet in Deum Omnipotentem creatorem cœli & terræ? Respondit: Credo in hunc Deum qui omnia creavit, quæ videmus & quæ non videmus, qui intellectu humano

mano

mano comprehendi nequit, beneficiorum autem ejus & nos homines sumus pleni, & omnes res in mundo: amplificabat hoc postea sat diu, enumerans vim Dei & ejus beneficia ineffabilia. Processerunt ulterius in interrogatione: Credisné in filium ejus unigenitum Jesum Christum Dominum nostrum, qui conceptus est ex Spiritu Sancto, &c? Illa ad hæc; Deus nec uxorem, nec filium habuit; neque ei horum opus est: nam hi tantùm filiis opus habent qui moriuntur: sed Deus æternus est; sicutque non est natus, sic etiam nec mori potuit: nos habet pro filiis suis, & sunt omnes filii ejus, qui viis ab eo destinatis ambulant. Ad hæc exclamaverunt Collegii Professores, male loqueris misera, resipisce, sunt prophetiæ eâ de re, quod Deus missurus esset in mundum filium suum, qui crucifigendus esset, pro peccatis nostris, ut nos inobedientes, adhuc è Patre nostro Adamo, conciliaret Deo Patri. Loquebantur præterea multum cum eâ doctores: quanto autem plus loquebantur; tanto illa in suo proposito, contumaciùs persistebat; quòd Deus nec homo fieri, nec nasci potuerit. Ad ultimum quum ab hac Judaicâ religione, abduci se haud pateretur: inventa est blasphema esse contra Deum, & ad Magistratum civitatis remissa est. Post aliquot autem dies, ut superius innui, combusta est: ad quam mortem subeundam ivit, minimè consternata. *Hæc Gornicius.* Cæterum Stanislaus Budzinius in Opere suo Historico MS°. capite quarto, vocat eam Zalasoviam; dicitque à Petro Gamrato Episcopo Cracoviensi, qui simul & archiepiscopus Gnesnensis erat, ob religionem ad rogum damnatam, quia contra hostiam aliquid loquuta fuerat: combustamque a. 1539. idemque scribit, ad supplicium eam cum magno gaudio ivisse.

SEXTO.

SEXTO.

Ad pag. 81. lin. 18. Operæ pretium duximus hic subjungere Catalogum memoratorum Heroum, (communicatum à B. Wissowatio,) excerptis ex eodem libello nonnullis rebus notatu dignis.

HEROES CHRISTIANI,

Id est,

Præstantes & inclyti Viri, Bellatoresque Christi: per quos Deus in Regno Poloniæ Magnoque Ducatu Lithvaniæ, ætate nostra, veritatem S. Euangelii, per Filium suum traditi, primùm revelare atque propagare, dignatus est; Errores verò Antichristi destruere: ex variis Ordinibus Conditionibusque eòs seligendo.

Ad insignem gloriam Dei Altissimi, & Domini nostri Jesu Christi, nec non ad eorum æternam memoriam, & ad solatium Ecclesiæ Dei: quantum fieri potuit,

Per

ERASMUM OTVINOVIUM

Breviter collecti.

LOCA IN QUIBUS ECCLESIAE SOLEBANT ESSE CVM TEMPLIS ET SINE TEMPLIS.

WOla, Chelm, Niedzwiedz, Wierzbno, Alexandrowice, Balice, Piotrkowice, Pawlikowice, Olkufz, Sandecz, Dobczyce, Pelsznica, Krzciecice, Wieliczka, Wojslawice, Iwanowice, Pinczow, Xianz,

Przeclawice, Grzegorzowice, Secemin, Wysoczyce, Rasolowice, Luclawice, Bobowa, Piaski, Spytkowice, Kazimirza utraque, Sedzisżowice, Chmielnik, Potok, Rakoszijn, Bobin, Raclawice, Mnichow, Krasow, Bronisżow, Rzemienowice, Koscielniki, Wieloglowy, Zarki, Dziewicice, Wechadlow, Zagojow, Gory, Mianocice, Czusow, Belzow, Wierzbica, Kije, Globowice, Zbyszyce, Chomranice, Wolwonowice, Koryto, Kolossy, (in his duobus locis per vices Congregationes fieri solebant, vocabanturque vulgo, Corinthiaca & Colossensis Ecclesiæ) Sobkow, Stradom, Sobolow, Mnichow, Olesznica, Siedlec, Solec, Wlodzislaw, Sobosżow, Stobnica, Koszow, Buskow, Chometow, Gorka, Smoszowice, Sulosżowa, Wlaszczowa, Sieciechowice, Mstyczow, Sapsow, Obikow, Krzelow, Kroniolow, Kamyszow, Niekrasżow, Smigel, Baranow, Brunocice, Oleszno, Turzijn, Szczekociny, Gorlice, Marchocice, Lukowa, Olszyny, Poncza, Krylow, Drohojow, Prochnik, Gozdowa, Jadlowka, Siekluka, Grebow, Bieſtwosżowa, Jasionow, Nowytanicc, Korzenna, Robkowa, Jastrzebia, Mecina, Gora Tarnowa, Zarszijn, Dubieck, Szczebrzeszyn, Rzeplik, Czyzowice, Oczew, Slupia, Klimuntow, Lipsko, Marchocice, Krupe, Swierze, Wysokie, Labunie, Krzeznica, Kock, Lancuchow; Lewartow, Nieszowa, Klodnica, Babin, Radlin, Lasocin, Rachow, Strzyzowice, Lesznik, Zdanow, Urzedow, Borow, Naglowice, Bucżac, Lancut, Dublany, Miedzyboz, Brzezany, Lipie, Kuropatniki, Bielsko, Pomorzany, Kurow, Czyzow, Woyciechow; Jaszczow, Zdziechowice, Belzyce, Popkowice, Bychawa, Gozlice, Pniow, Gorzkow, Surowow, Krosniczyn, Sienice, Oxa, Chroberz, Rejowiec, Jawor, Woyslawice, Gielcow, Melkiew, Kijany, Jakubowice, Bystrzyca, Bochotnica, Przybyslawice, Sudol, Pobiedr, Debiany, Lubcza, Przyszowa, Kozubow, Ilkowice, Okrzeja, Tarnowa, Wegrow, Dobrkow, Bronisżow, Kobylec, Zrzeczyce, Kozwin, Zbaszyn, Kieydany, Lutomirsko, Wilczyska, Mszana, Widawa, &c.

Atque hæc fuere ab initio Loca Templaque, ubi fideles ad sacra convenire solebant. Quamvis vero non in omnibus memoratis oppidis pagisque Ecclesiæ fuerint; sufficit quod à talibus loca hæc possidebantur, qui jam veritatem cognoverant. Verum postea Antichristus, rursus ea invasit atque possedit; ritusque suos illic introduxit. Tunc temporis enim posteri, decedentibus parentibus, Curionatus (vulgo Plebanias) Templaque libera, jure hæreditario possidebant: nunc autem Nobiles, jure suo in bona Ecclesiastica, Sacerdotibus cedere debent.

In urbibus etiam Regiis, unusquisque liberum habebat Religionis suæ exercitium: inprimis Petricoviæ, ubi in aulis Magnatum conciones haberi solebant. Sed tandem cum individua Trinitas dividi cœpit, major pars, quæ, cum Romanensibus fœdere inito, Triadem retinuit; mino-

minorem odio prosequuta est. Ibidem Petricoviæ, ea de causa colloquium institutum est, cui & ex ipso Senatu magni nominis viri, adfuere. Tandem minor pars, veritate retenta, passa est injuriam: major vero, in antiquis erroribus, magis confirmata est, triumphumque, prælio superata, reportavit.

Cracoviæ etiam sat diu, liberæ fuerunt Ecclesiæ: quas tandem studiosi, cum cæteris malevolis, expilarunt atque everterunt; adeoque sævierunt, ut nec mortuis in sepulcris jacentibus pepercerint: hæc autem Jesuitarum instinctu patrata fuere.

Eodem ferè modo, Posnaniæ ac Vilnæ, deletæ sunt Ecclesiæ.

Warsawiæ Ecclesia locum non habuit; attamen tempore Comitiorum, semper adesse solebant, cum Magnatibus, Patronis suis, tales qui illic veritatem profitebantur.

Lublini, quamvis jam à longo tempore minitentur, tumultusque plebis sæpe contra nos concitent; Ecclesia gratia Dei persistit: Tribunal etiam supremum, quod illic sedem fixit, haud permittit ut lupus agnum opprimat. Accedit quod Jesuitæ non diu illic domicilium suum habuerint; nosque illic, antiquius quam illi, libertatis privilegium habeamus.

Sequuntur jam, seculi illius verè aurei, viri insignes.

Andreas (aliis *Iohannes*) *Trzecieski* senex. Vir nobilitate generis, eruditione, variarumque lingvarum notitiâ, clarus.

Johannes Filipowski, Aulicus Regius.

Andreas Frycz Modrzewzki, Secretarius Regius.

Jacobus Przyluski, Notarius Terrestris Cracoviensis.

Andreas à Gorka, Castellanus Posnaniensis.

Nicolaus Radziwil, Palatinus Wilnensis, mortuus Viennæ Anno 1567. Hujus operâ Sacra Biblia (Pinczoviæ translata) linguâ vernaculâ primùm typis impressa sunt.

Stanislaus Lasocki, Archicamerarius (vulgo Succamerarius) Lenciciensis.

Johannes Sigismundus, Regis Hungariæ filius. Regno spoliatus, multisque adversis jactatus, ad Transylvaniæ tandem Principatum evectus est. Romanæ Ecclesiæ vale dicto, veritatem amplexus, Unumque Deum Patrem, Trinitate repudiata, confessus est. In qua doctrinâ, non solùm ipse ad exitum usque constanter perseveravit; verum etiam, evocatis ad se inclytis Theologis, Colloquiisque crebris, veritatis indagandæ gratiâ, in præsentia sua multarumque nationum, institutis; eandem propagavit.

Hieronymus Filipowski.

Nicolaus Oleszniçki in Pinczow. Primus hic in jus citatorum fuit, causamque dixit, ob ejectos è Templis Sacerdotes cum idolis suis: qua in re magnanimiter se gessit. Magnus fuit virorum doctorum, cum indigenarum, tum advenarum, Mecœnas. Sub ejus patrocinio Pinczoviæ agebant Laski, Hutemovites, Lismaninus, Stancarus, Blandrata, Alcia-

Alciatus, Krowicki, Statorius, Thenaudus, Alexander Vitrelinus, Schomanus, Brelius, Tricesius, Gregorius Orsacius. Atque horum curâ Biblia Sacra (Brestiæ postea impressa) translata sunt.
Hieronymus Osolinski in Klimuntow, Castellanus Sendomiriensis.
Nicolaus Sienicki in Boncza, Demosthenes Polonicus. Insignis hujus Reipublicæ navata opera, curaque fuit; in unione cum Lithvanis promovendâ, Confœderatione libertatis religionis ergo ineundâ, supremoque judiciorum Tribunali erigendo.
Stanislaus Matthæus Stadnicki in Niedzwiedz & Dubiecko.
Martinus Zborowski Castellanus Cracoviensis.
Stanislaus Cikowski Castellanus Biecensis.
Iwan Karninski in Alexandrowice.
Hieronymus Buzynski Zupparius (id est Salinarum Præfectus) Cracoviensis, nec non Castellanus Siradiensis, & Thesaurarius Regni. Is honoribus hujus mundi, quibus fungebatur, quamvis fructuosis, sponte valedixit: ut eo facilius cœlestes, ad quos aspirabat, adipisceretur. In ejus aulis, tempore Comitiorum, solebant congregari, qui Trinitate rejectâ, unum Deum confitebantur.
Marcianus (aliis *Remigius*) *Chelmski* signifer Cracoviensis.
Rafael Leszczynski Palatinus Brestensis, Satrapa (vulgo Capitaneus) Radziejowiensis.
Zbanski de Kurow Castellanus Lublinensis.
Stanislaus Czizowski à Czizow Castellanus Polaniecensis.
Johannes Sieninski Palatinus Podoliæ.
Andreas Myszkowski in Biechowa, Castellanus Lublinensis.
Johannes Tomicki Castellanus Gnesnensis.
Nicolaus Sieniawski Palatinus Russiæ, & Ductor Campestris, Dominus in Brzezany.
Andreas Bzicki Castellanus Chelmensis. Functus est legatione ad Turcarum Monarcham Solimannum Anno 1556. cui & ego tunc temporis adfui.
Nicolaus Lutomirski Castellanus Zawichostensis, in Kazimirza magna.
Johannes Baptista Teczynski Palatinus Belsensis, Satrapa Lublinensis. Cui ego, Parentique ejus, famulatus sum. Hic est Tencinius ille, in monumentis gentis nostræ celeberrimus: Qui ad thalamum Suecorum Principis Cæciliæ, sibi desponsatæ properans, marique in Sueciam (ubi antea legatione functus erat) trajiciens, à Danis interceptus, ad Regemque (inter quem & Suecum tunc bellum ardebat) delatus, ab eodem detentus est: illicque cupiens Lutheranis gratificari, Cœnam Domini cum eis, more Saxonico celebravit: qua in re multos Papistas Calvinistasque, qui in ejus comitatu erant, adjutores habuit. Conscientiâ tandem eum ob hæc vexante, nec non mœrore ob dilationem nuptiarum cum nominata principe; in gravem morbum melancholiamque incidit, brevique hinc decessit.

Gostoms.

Gostomski Palatinus. Rawensis, Senex.
Petrus Zborowski Palatinus & Satrapa Cracoviensis, antea Castellanus Woynicensis.
Stanislaus Myszkowski Palatinus & Satrapa Cracoviensis, antea Castellanus Sendomiriensis.
Johannes Firlei Palatinus & Satrapa Cracoviensis, nec non Archimareschalcus Regni.
Stanislaus Szafraniec Palatinus Sendomiriensis.
Christophorus Radziwil Dux in Birze, Palatinus Wilnensis, & Exercituum Dux.
Eustathius Wolowicz Castellanus Wilnensis.
Andreas Mecinski Castellanus Wielunensis, Satrapa Bresinensis.
Nicolaus Firlei de Dambrowica, Palatinus Lublinensis.
Severinus Bonar Castellanus Cracoviensis.
Sedzic Lubomirski Satrapa Jasielensis, in Grabie.
Johannes Lanckoronski in Wlodzislaw.
Bartholomæus Zelenski Satrapa Stezicensis.
Paulus Zelenski Archicamerarius Sendomiriensis.
Trojanus (aliis *Prosper*) *Provana* nobilis Italus, in Lentkowice. Aulicus Reginæ Bonæ.
Andreas Gnoinski Satrapa Novæ-civitatis, aliàs *Korczynensis*.
Christophorus Ostrowski in Rachow. Obiit Anno 1583.
Petrus Ostrowski in Rachow. Fuit Legatus ad Turcarum Imperatorem.
Glochowski in Chwalowice, Archicamerarius Sendomiriensis.
Andreas Dudicz in Smigel. Quondam Episcopus Quinqueccleſiensis, Legatus Imperatoris Maximiliani: acquisito jure Nobilitatis Polonæ, duxit conjugem è Zboroviorum prosapia: Ecclesiamque ac Scholam, in oppido suo Smigel, erexit.
Justus Decius Magnus Procurator Cracoviensis.
Stanislaus Trzycieski in Sedziszowic.
Conradus Przeclawski in Przeclawice.
Nicolaus Ozarowski in Ozarow.
Johannes Bonar in Balice, Castellanus Biecensis, & Magnus Procurator Cracoviensis.
Johannes Oleznicki in Chmielnik.
Christophorus Gnojenski in Kurozwenki.
Johannes Slupecki in Lupca.
Johannes Niemojowski Decus Ecclesiæ Dei. Decessit Lublini 5. Maji Anno 1598. Fuit Judex Inovlodislaviensis, quod munus postea sponte deposuit. Inter Legatos etiam ad Comitia Regni, nunquam postremum obtinuit locum.
Nicolaus Kochanowski Vice-præfectus Radomiensis.
Stanislaus Spinek in Woyciechow.

Jacobus Gnojenski Vice-præfectus Zarnoviensis.
Casparus Konarski in Koryto.
Johannes Golecki à *Golcza*, in Biskupice.
Petrus Krolewski in Kolossy.
Hieronymus Konarski in Swofzowic.
Johannes Kamyszowski in Kamyszow.
Martinus Zelenski in Bronifzow.
Stanislaus Bogusz in Koscielec.
Stanislaus Taszycki in Luclawice. In juventute sua fuit aulicus Caroli Quinti Imperatoris: postea in patria Reipublicæ in variis legationibus peragendis operam suam navavit.
Andreas Trzecieski a *Trzeciez*. Primo nominati filius.
Johannes Sarnicki in Lipie. Germanus is fuit insignis illius Theologi Stanislai Sarnicii: verum multum diversæ ab eo opinionis; ille enim Trinum, hic Unum, ad exitum usque, coluit Deum.
Petrus Maczynski.
Petrus Sienicki in Siennica.
Petrus Suchodolski.
Stanislaus Orzechowski.
Jacobus Ostrowski in Rachow.
Benedictus Otfinowski in Lesnik. Obiit 1580.
Laurentius Brzezinski.
Simon Siemianowski.
Plecki.
Bielawski Senex.
Sobiesierski.
Casparus Burzynski.
Matthias Kaweczynski.
Smolik in Wolwanowice.
Balthasar Lukowski Judex Sendomiriensis.
Stanislaus Golecki.
Paulus Osowski in Wola.
Stanislaus Lubieniecki in Krzesimow. Fuit Delegatus ad judicia Palatinatus Lublinensis ac Sendomiriensis.
Petrus Kaszowski in Wysokie, Judex Lublinensis.
Nicolaus Ossolinski in Nieszowa.
Stanislaus Mezijk Satrapa Sandecensis.
Balii duo Fratres, in Jedlensko.
Johannes Kiszka Castellanus Wilnensis, Satrapa Samogitiæ, decessit Anno 1592. Discipulus is fuit, dum in exteris oris versaretur, magni illius Castalionis; cui etiam mortuo justa fecit, mausoleumque erexit: quo facto, sibi nationique suæ, magnam in illis oris gloriam comparavit. Habuit in matrimonio filiam Principis Ostrogiensis. Morti vicinus

nus, confessionem fidei suæ, scripto consignavit: ne adversarii post obitum ejus, (ut quibusdam evenit) aliter de religione ejus divulgarent.

Johannes Gozdz in Gozdowa.
Nicolaus Sienicki Petri filius.
Gieralth.
Petrus Kochanowski.
Stanislaus Zarski.
Siemichowski.
Conradus Przeclawski in Mnichow.
Andreas Lasota Venationis Regiæ in Palatinatu Lublinensi Præfectus.
Lomnicki.
Nicolaus Borek in Czeczin.
Nicolaus Szczekocki.
Paulus Milejowski.
Pniowski.
Nicolaus Kazimirski in Sudol. Acerrimus is fuit libertatis publicæ propugnator. Patronus Ecclesiæ ac Scholæ Lewartowiensis.
Nicolaus Komorowski.
Paulus Pieniazek.
Lucas Rdoltowski.
Jacobus Gorzkowski.
Johannes Krzowski in Lesznik.
Johannes Lipinski a Nowogrod.
Georgius Otsinowski.
Matthias Lowieniecki in Lownica.
Drobot.
Christophorus Morsztyn in Pawlikowice.
Valentinus Brzezinski.
Petrus Kazimirski.
Paulus Lepkowski.
Franciscus Morsztyn in Sedziszowice.
Franciscus Glinski in Dziewiecice.
Andreas Ramult.
Johannes Chicki a Sedziejowice, in Gora.
Stanislaus Budzynski.

ALTERA

ALTERA PARS.

In qua Continentur Concionatores illius ævi, Insignesque Ministri verbi divini: nec non alii, tam Indigenæ, quam Peregrini, viri docti.

Ilza Collegii Cracoviensis Professor.
Stanislaus Napagelanus, quondam Monachus ex ordine S. Francisci.
Koziminus Concionator Regis.
Leonardus Concionator Regius Cracoviæ.
Simon Zacius in Lithvania.
Johannes Seklucian in Prussia apud Principem Regiomonti.
Martinus Opoczno Magister Artium, Præceptor meus.
Martinus Taurinus.
Nicolaus (aliis *Martinus*) *à Kurow* Martyr. Ab Episcopo Cracoviensi ob veritatem quam profitebatur, carceri inclusus, fameque enecatus.
Felix Cruciger Primus Superintendens, Pastor in Niedzwiedz.
Iohannes Laski Magnus. Vir illustri ortus prosapiâ, repudiata religione Pontificia, cum honoribus proventibusque, tum præsentibus, tum speratis; in exteras profectus est oras, ad perlustrandas Academias Ecclesiasque quæ jam Papales rejecerant errores: apud omnesque illic nationes in magna fuit æstimatione, operam quoque suam ad reformationem Ecclesiæ impigrè contulit: in primis vero in Angliâ, ubi Ecclesias peregrinorum à se collectas, eorum Superintendens constitutus, laudabiliter rexit. In Patriam tandem (quamvis à multis in exteris regionibus detineretur) redux factus, reformationem Ecclesiarum aggressus est; præscripto puriori, cœnæ Domini celebrandi modo: rejectis item doctrinis de Essentia ac Personis: primus etiam sacræ synaxis modum, ut ad mensam assidendo perageretur, instituit.
Stanislaus Lutomirski Secretarius Regis Augusti. Habuit in matrimonio filiam unicam modo memorati Lasci.
Paulus Vergerius Episcopus Justinopolitanus, Italus, Legatione quondam in his oris functus.
Franciscus Lismaninus, Italus, Reginæ Bonæ à Sacris Confessionibus.
Bernardinus Ochinus Senex, Italus insignis.
Franciscus Stancarus, Italus doctus & Medicus, in Stobnica.
Chodowski in Brzezanii apud Palatinum Russiæ, Ducem Campestrem.
Matthias Brozowski in Siemiatowice, in Podlachia, apud Tenczinium Palatinum Cracoviensem.
Sawina Excellens Italus. Archimagirus antea Reginæ Bonæ; postea vero cognita

cognita veritate; munere cum fructibus suis relicto, Pinczoviam se contulit; ut illic cum aliis piis hominibus, tranquille degere posset.

Georgius Blandrata Medicus celebris. Consiliarius Stephani Principis Transylvaniæ, ejusdemque ad ordines Regni Poloniæ (quum ab eis in Regem eligeretur) Legatus.

Alciatus Nobilis Italus.

Martinus Krowicki in Ksiaz.

Matthias Albinus in Iwanowice. Primus apud nos Pædobaptismum oppugnavit, docuitque ut tales baptisarentur, qui prius crederent atque pœnitentiam agerent.

Thomas Falconius. Fuit prius Ecclesiæ Cathedralis quæ est Lublini Mysta; vale autem dicto Ecclesiæ Romanæ, e carcereque in quem ob mutatam religionem conjectus fuerat, liberatus, in Lithvaniam, a Principe Radivillo evocatus, se contulit, ibidemque sub ejus patrocinio præconem verbi divini egit.

Matthæus a Piaski.

Jacobus Livius.

Petrus Pulchraninus Peregrinus. Hunc petulans quidam nobilis nomine Laszcz, cum baptismum perageret vulneravit, in lacumque injici curavit, vita eum privare cupiens: ille tamen inde, gratia Dei velut à limine mortis egressus, suisque redditus est.

Jacobus Megalius in Gozdowa.

Bartholomæus Chudzik in Widawa.

Johannes Siekierzynski in Korito. Hic fuit primus in Polonia baptisatorum.

Stanislaus Paclesius Lublini. Is inter primos fuit, qui in Poloniâ, doctrinas de Trinitate ac Pædobaptismo, quæ à plerisque Christianorum pro fundamentis fidei habentur, falsitatis redarguebant.

Nicolaus Wedrogowski Vilnæ.

Laurentius Koscienski in Woyciechow.

Johannes Krotowicz Magister Artium, in Smigel, postea in Kieydanii.

Petrus Domaniowski in Podlachia.

Georgius Szuman. Docuit Cracoviæ, usque ad eversionem Ecclesiæ illius: decessit Chmielniciæ.

Gregorius Pauli. Per hunc doctrinæ de Trinuno Deo, fundamenta subversa sunt: deque Filio antesæculari, opinio destructa. Ejus tempore Ecclesia Cracoviæ fundata est, ubi multa religionis ergo perpessus, senio confectus Racoviam concessit, ibidemque vitam finiit.

Alexander Witrelin in Wegrow. Primùm Pinczoviæ Pastoris munus obiit, dein a Domino Kiszka Wegrowiam evocatus est.

Petrus Statorius in Siedliska.

Nicolaus Zitno in Jaszczow.

Petrus Statorius junior, Minister Luclaviensis, hinc Racoviensis. Roga-

tu Legati Regii ad Turcarum Imperatorem, Petri Oſtrovii; Conſtantinopolim cum eo profectus eſt, illicque verbum Dei feliciter prædicavit, veritatemque inter infideles diffamavit.

Fauſtus Socinus Senenſis.

Petrus Brelius.

Aloiſius Italus, Miniſter Italorum Cracoviæ.

SEPTIMO.

SUMMA

COLLOQUII ROZNOVIÆ HABITI,

Communicata ab Andrea Jovedeczio.

ANno Domini 1660 Illuſtriſſimus Dominus Johannes Wielopolſki Caſtellanus Woinicenſis Satrapaque Warſawienſis, poſt vero Palatinus Cracovienſis, &c. invitavit Arianos vulgo dictos, qui ſe Chriſtianos Unitarios appellari amant; ad colloquium charitativum, in cauſa religionis cum Romano-Catholicis habendum; in arcem ſuam Roznow: duravitque colloquium hoc à die 10 Martii ad 16.

Præſentes ex hac parte aderant, Reverendus Nicolaus Cichovius Societatis Jeſu, Rev. Henningus Soc. Jeſu, Rector Cracovienſis, Rev. Rychlovius Provincialis Bernardinorum Reformatorum, Rev. Canonicus Kurdwanowſki, Rev. Guardianus Zaclicinenſis Colloquii hujus Scriba, Rev. Rychlovii Socius, & Rev. Capellanus Illuſtris Domini Caſtellani: ſub finem diſputationis etiam advenerat Rev. Plebanus Tropenſis. Ex Politicis, Magnificus Dominus Caſtellanus Voinicenſis Moderator hujus actionis, Dominus Glinſki ſorore ejus genitus, Dominus Wieloglowſki Subpræfectus Biecenſis, Dominus Wojakowſki Notarius Biecenſis Caſtrenſis: & duo cives Cracovienſes Controni & Pinoci &c.

Ex illa vero parte; Andreas Viſſovatius V. D. Miniſter, Johannes Moſcorovius, Vladiſlaus & Zbygneus Morſtinii, ille Salinarum Velicenſium præfectus, hic Gladifer Mozyrenſis, Matthias & Johannes Przypcovii, Andreas Lachovius Scriba ex hac parte: aderant etiam aliquantiſper ab initio Nicolaus Przypcovius, & Theophilus Morſtinius.

Diſputatio hæc inſtituta eſt ex conſenſu Reverendiſſimi Epiſcopi Cracovienſis Trzebicii: in qua, quamvis affirmanti incumbat probare, Romano-Catholici nolebant eſſe opponentes, quoniam illi antiquam Eccleſiæ poſſeſſionem ſibi uſurpant, quæ ab adverſariis impugnatur. Polonicè etiam Sacerdotes omnia loqui recuſabant, quod ab adverſa parte petebatur.

THESIS

THESIS PRIMA.

Regula Fidei est Sacra Scriptura nobis tradita, prout eam interpretatur Ecclesia Catholica, cum assistentia sui Capitis visibilis summi Pontificis Romani.

Oppon. And. Vissovati. Si ipsa S. Scriptura est canon Fidei ejusmodi, ut ratio cujuslibet hominis recta ratione utentis, libera ab impedimentis, possit eam interpretari, & dijudicare in rebus ad salutem necessariis sequitur non necessarium esse confugere cum ea ad Interpretationem Ecclesiæ. Atqui, Ergo. Antecedens probatur ex Baronio Annal. Tom. II. Append. Lact. Lib. II. c. 7.

Reverend. Rychlowski. Scriptura ex se infallibilis est, sed ratio humana potest in ea interpretanda falli. E. non sequitur non esse confugiendum ad interpretationem Ecclesiæ.

A. Viss. Cum Christus & Apostoli prædicabant doctrinam salutis, aut existimabant homines id posse intelligere aut non. At poterant tunc intelligere Matth. XIII. 23. Marc. VII. 14. Ergo & nunc: quia idem quod tunc prædicabant, scriptum est.

Rev. Rychl. Christus & Apostoli prædicantes, interpretabantur ista; nunc verò requiritur interpretatio ad elucidationem.

Viss. Satis lucida est etiam nunc Scriptura in rebus necessariis, ut possit intelligi à quolibet recta ratione utente. I Cor. IV. 3. Sic oculis benè utens videre benè potest.

R. Si ita esset, non essent tot diversæ sectæ, ob diversum intellectum Scripturæ, quæ est obscura.

V. Fateor, in aliquibus Scripturam esse obscuram, sed non in iis quæ sunt ad salutem cuivis necessaria; quæ olim à plebe intellecta cum prædicarentur, & nunc possent intelligi, si intellectus sit benè dispositus. Aug. Nil ferè obscurum, quod non alibi planè dictum.

R. Act. VIII. Eunuchus non potuit intelligere absque interprete: eratque ibi res necessaria, de Christo.

V. Ibi erat Prophetia, quæ fuit declaranda sub Novo Fœdere.

Matth. Przypk. A particulari ad universale non valet Consequentia.

V. Experientia ostendit, & rusticos posse intelligere ex Scripturis necessaria ad salutem: & Christus dixit, eum qui voluerit facere voluntatem Dei, intellecturum de hac doctrinâ. Joh. VII.

Rev. Henning. Saulus vocatus voluit facere voluntatem Domini, & tamen missus ad Ananiam, qui ipsum institueret.

V. Nam tunc nil ipsi præceptum aliud à Christo, sed præcipienda erant per Ananiam.

Hen. Dominus Jesus loquutus de passione sua, non intellectus ab Apostolis. Luc. VI.

V. Dominus Jesus id ipsum reprehendit, quod non intellexerint; jurene an injuriâ?

H. Reprehendit quia non interrogabant, sed suo intellectui confidebant, & nobis exprobrabit.

V. Quia carnalia sapiebant de Christo, hoc erat impedimento, non sermonis Christi obscuritas: Nam adhibitis justis mediis possunt talia intelligi. Aug. ait obscuriora ex clarioribus intelligenda; per collationem.

R. Non quivis potest esse intellectu adeò perspicaci, ut instituat collationem. Paulus obscurè scripsit, teste Petro. Epist. 2. c. III. vers. 16.

V. Dicit ibi Petrus quædam tantum in istis esse difficilia intellectu, quæ à malis torquentur. At dijudicabant Berrœenses Act. XVII. & laudantur 1 Cor. X. Paulus dicit, *judicate quæ dico.* Ergò poterant judicare Corinthii.

Dominus Castell. Voinic. Hoc dictum per modum loquendi.

V. Sed hoc non solet dici iis, & in iis, ubi non possunt aliqua ab aliquibus judicari.

R. Si quis potest judicare, multò magis Ecclesia.

V. Nos & Ecclesiæ permittimus judicium, modo judicet cum recta ratione; sed & privatis.

R. At privatorum judicium est fallibile: singulis ferè annis mutatur.

V. Si singuli possunt falli, etiam omnes: Nam ex singulis constant omnes.

R. Non possunt falli omnes, qui sunt Ecclesia, quæ habet assistentiam Spiritus S.

Przyp. Quid si & singuli privati habeant assistentiam Spiritus S.

R. Non promissa hæc assistentia singulis privatis.

Przyp. Promisit Christus assistentiam, ubi duo vel tres. Matth. XVIII.

V. Jacob. I. Si quis roget cum fide à Deo sapientiam, dabit.

R. Rogamus pacem, & non datur; multò minus sapientia.

Przyp. Alia ratio bonorum temporalium, alia spiritualium.

H. Sed & illa rogant omnes, nec tamen impetrant.

V. Quia malè rogant, ut dicit Jacobus. c. IV. 3.

R. Non est apud Jacob. Cap. I. *dabo*; sed *dabitur vobis*, nempè per media. Ad locum 1 Cor. X. permittit judicare Paulus annon sit credendum hoc quod dixit ille missus à Christo, miraculis instructus, sed non censuram exercere de dictis.

V. Imò de ipsis rebus quæ ibi dictæ judicare jubet, vel permittit; si non annuissent, docturus rationibus.

Dominus Castell. Voin. Et apud vos in dubiis recurritur ad judicium Ecclesiæ.

V. Cuivis licet judicium suum proferre, cum pondere rationum; non cogere

, cogere alios ad assensum: quædam evidentia possunt rationibus probari, vel contraria refutari.

Przyp. Sunt talia quæ non possunt negari, ut Bis duo sunt quatuor, non novem.

V. Sic totum est majus sua parte. Impossibile est idem simul esse, & non esse: talia & ex iis deducta potest & privatus judicare infallibiliter.

H. Non circa omnia fallitur intellectus, ut in primis principiis; sed non sic se res habet in deductis ex iis, præsertim in rebus fidei.

Viss. Etiam ista an legitimè deducantur, ratio potest absque fallacia judicare: non ut cæca sequi.

Conclusum: *Regula Fidei est Scriptura Sacra, prout eam interpretatur Ecclesia, cum recta ratione.*

DE TRADITIONIBUS.

V. Quorum Traditores ipsi non consentiunt, iis fides infallibilis adhiberi non potest. Atqui Traditionum Apostolicarum Traditores, &c. Ergo.

R. Non consentiunt privatæ personæ; sed consentit Ecclesia.

Przyp. Etiam Apostolorum, qui Ecclesia erant, traditio erat erronea de S. Johanne, eum non moriturum: cum Christus id dixisset non simpliciter, sed sub conditione, si voluero.

R. Apostoli in hoc errabant, ut privatæ personæ; sed in Conciliis non.

Przyp. Ubi in Conciliis Apostoli Traditiones non scriptas tradiderunt?

R. Illæ Traditiones, quæ sunt in Ecclesia Romana, id referunt.

V. Traditiones necessarias Apostoli etiam scripto tradiderunt. Luc. I. vers. 2. 3. 1 Cor. XI. 23, &c. XV. 1. 2. & 1 Thess. IV. 2. 6. 2 Thess. II. 3. 5. &c. III. 10.

R. At distinguuntur Traditiones à scriptis. 2 Thess. II. 15.

V. *Sive* non semper disjungit, sed & conjungit, ut 1 Cor. XV. 11. 1 Cor. XIII. 8.

R. Non omnia necessaria scripsit Paulus ad Thessalon.

V. At scripsit alibi aliis, quod extat in scriptis, ut 1 Cor. XI. 23. & cap. XV. & ipsis Thessalon. quæ ore tradiderat, quædam etiam scripsit. 1 Thess. IV. 2. 6. 2 Thess. II. 3. 5. III. 10.

Przyp. Scriptura non adeò patet corruptioni, ut Traditiones orales.

R. Deus sicut conservavit Scripturam, ita potuit conservare & traditiones.

V. Potuit, si voluit, at hoc non constat.

Prz. Quæ Traditiones non sunt contrariæ Scripturæ, eas non rejicimus.

V. Quod cœperam probabo, inter Traditionum Traditores non convenire

venire de ipsis, ut de jejunio. Epiphan. dicit ab Apostolis institutos dies, Augustinus verò negat, Epist. 86.

R. Jejunium apud nos non est res fidei: & ciborum quorundam abstinentia non est absolutè necessaria.

V. Et de Sacramento Eucharistiæ infantibus communicando non consentiunt Catholici: olim dabatur infantibus sub Innocentio I. Papa, tempore Augustini: At Concilium Tridentinum id anathematizat.

R. Hoc erat non res fidei, sed præceptum Papæ, vel consuetudo. Potest Ecclesia talia quæ non sunt de fide statuere, & deinde tollere.

V. Aut tunc errabat Ecclesia, cum dabat infantibus Eucharistiam, aut nunc errat Concil. Trident. Sess. XXI. Can. 4. Si quis dixerit parvulis necessarium esse Eucharistiæ Sacramentum anathema sit.

R. Ostendendum ubi Innocentius id pro necessario sanxerit, nec tantum permiserit.

V. Si rationabiliter id permisit Innocentius, licet, & nunc. Forsan nixus est illis verbis Joh. VI. 53.

R. Non licet: Nam Ecclesia id prohibuit. Sufficit parvulis Sacramentum Baptismi.

V. Si Patres Ecclesiæ affirmant Scripturam sufficere ad docenda ea quæ ad salutem requiruntur, Ergo præter Scripturam traditiones non sunt necessariæ. Videatur August. de doctr. Christiana. Lib. II. c. 9. Athan. con. Idol. Cyril. in Joh. L. XII. c. 68.

R. Sunt omnia salutifera in Scriptura, sed non omnia ab omnibus erui possunt: & Patres id scripserunt, ut privati Doctores.

Si Traditiones non sunt necessariæ, unde habetis Scripturam, si non ex traditione Ecclesiæ?

V. Potest à quocunque accipi, & inter legendum agnosci, quod sit Sacra.

Prz. Quod scriptum est possum tenere, at quod dictum, & non scriptum, ego non audivi.

R. Ecclesia & hoc servavit.

V. Traditiones aut necesse erat scribere, aut non; si necesse; ergo scribendæ erant & ab Apostolis; si non, ergò nec à posterioribus scribendæ.

Concessum: *Traditiones quasdam admitti posse, modò ne Scripturæ contraveniant, sed sint ei consonæ.*

DE

DE ECCLESIA ET EJUS CAPITE VISIBILI.

ECCLESIAM IN FIDE ERRARE POSSE.

V. Si Ecclesiæ Orientales potuerunt errare, etiam Occidentales. Atqui, &c. E.

R. Orientales potuerunt errare, quia non habuerunt Caput summum. Nostra habet.

V. At & Antiochenæ Ecclesiæ S. Petrus præsidebat, quæ tamen erravit.

R. Quamdiu ei S. Petrus præsidebat non erravit, sed postquam sedem mutavit.

V. Quæ causa quod Petri successores Antiochiæ potuerunt errare, Romæ non possunt?

R. Quia Petro datum privilegium: Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam, & portæ inferni non prævalebunt adversus eam. Matth. XVI. Petrus autem Romæ mortuus est.

V. Christus Caput Ecclesiæ mortuus est Hierosolymæ, & tamen Ecclesia Hierosolymitana post Christum erravit: cur non & Romana? *Portæ inferni* significant statum mortuorum: Videatur Græca versio Esa. XXXVIII. vers. 10. Job. XXXVIII. 17. Sap. XVI. 13. Hoc denotavit Christus, Ecclesiam Petri doctrinæ adhærentem, id est, Christianos fideles non detentum iri in morte, sed inde evasuros per resurrectionem.

R. Admittitur hæc explicatio, sed indè sequitur eos qui in Petri Ecclesia Romana sunt mortui, salvos fore.

V. Si adhæreant Petri doctrinæ. Paulus Apostolus ad Rom. XI. 20. 21. 22. indicat Romanam Ecclesiam posse errare & à Deo rejici, quia jubet eam timere, & benignitatem Dei promittit ei sub conditione: quod non dixisset, si necessariò non erraret, nec posset.

R. Paulus scripsit non ad Ecclesiam Romanam, sed ad personas particulares. Vel, scripsit ad illam Ecclesiam particularem non universalem. Concessit Romanam Ecclesiam particularem posse errare ut membrum.

Præ. Si partes singulæ omnes possunt errare, etiam totum corpus.

R. Cum Capite Ecclesia errare non potest, sine Capite potest. Et Papa ut Doctor privatus potest errare non ut Papa. Potest errare & in Decretalibus non de Fide. Epistolam istam ad Rom. scripsit Paulus ad Christianos ex Gentibus; sed Ecclesia ibi fuit non tantum ex Gentibus, verum etiam ex Judæis, E. non ad totam Ecclesiam hoc scripsit.

V. Ad utrosque scripta Epistola V. Cap. I. vers. 7. ad Judæos Cap. II. Cap. VII. ad Gentes alibi, præsertim C. XI.

R. Alibi potuit deficere Ecclesia, sed non in successoribus Petri: Nam Chri-

Christus dixit Petro, Ego oravi pro te ne deficeret fides tua. Luc. XXII.32.

V. Non pro solo Petro oravit,& pro aliis similiter Joh. XVII. 15.20.21. præterea In Petro erat causa peculiaris, quia erat abnegaturus Christum: deinde, de Petri fide *non defectura*, concedo, *salva tamen libertate arbitrii*, sed non sequitur hoc intelligendum & *de successoribus*.

R. Et de successoribus Petri, quia dicit, Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos: aliis Apostolis hoc non dixit.

Prz. Non sequitur. Et alii Apostoli erant fundamenta Ecclesiæ cum Petro Ephes. II. 20.

R. Fuerunt fundamenta, sed post Petrum, omnes superstructi Petro.

V. Petrus vocat se aliorum conseniorem, 1 Pet. V. E. non erat eorum Caput.

R. Et Christus Apostolos vocavit fratres, & tamen illorum Caput & Dominus fuit.

V. Sed non conseniorem cum illis se dixit.

Prz. Ostendatur Petrum esse lapidem angularem, & credam eum esse caput.

V. Confirmare alios potest quis, licet non ut Caput, sed ut Pastor particularis.

R. At Petrus jubetur pascere oves.

V. Potuit pascere, quamvis non ut supremus Pastor pastorum.

R. Dictum ei, Tu es Petra.

V. Æquipollent ista esse Petram, & esse fundamentum, quando igitur etiam alii Apostoli sunt dicti fundamentum Eph. II 20. possunt dici & Petra. Petrus quidem præibat aliis ut primus senator, sed non præerat ut Dominus.

Prz. Si Petrus fuisset fundamentum peculiare, ut Caput aliorum Apostolorum. E. triplex fuisset fundamentum, Christus, Petrus, & Apostoli alii: At Scriptura tantum duplicis fundamenti meminit.

V. De ædificatione Ecclesiæ agens Paulus Eph. IV. 11.12. nominat Apostolos, Prophetas, Euangelistas, &c. Petri ut Capitis nulla mentio. Si par aliis Apostolis fuit, includitur in nomine Apostolorum, si superior, cur non seorsim prius nominatur?

R. Quia de ædificatione agit præsupponit Petram, id est Petrum.

V. 1 Cor. XII.28. posuit Deus in Ecclesia, quæ est corpus Christi, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, &c. si quis nunc enumerans gradus Hierarchiæ Ecclesiasticæ nominaret Episcopos, & Papam omitteret, an illum includeret in numero aliorum?

R. Si alius eum prius nominasset, tum posset non nominare. At Christus nominavit, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam. Matth. XVI.

Prz. Christus interrogavit Apostolos, quorum nomine unus respondet primus Petrus, Christus ergo eum alloquitur loco omnium.

R. Quia

R. Quia solus Petrus loquitur, E. solus Petrus fuit ita primus & senior, ut esset Caput.

Prz. Similia iis quæ hîc Petro dixit Christus, dixit etiam aliis Apostolis Matth. XVIII. 18. Joh. XX. 23.

V. Causa istius dicti Christi communis, (nam & alii Apostoli, non solus Petrus Jesum confessi sunt esse Christum Filium Dei Joh. VI. 69.) E. & effectus debuit esse communis, nempe hoc Christi privilegium, non soli Petro.

Qui est Ecclesiæ Caput, ille est Ecclesiæ Dominus. Sed Pontifex Rom. non est Ecclesiæ Dominus. E. non Caput.

R. Negatur Major. Per Caput intelligitur is, qui habet potestatem gubernandi, non dominandi absolutè.

V. At Pontifex vocatur à vobis Sanctissimus Dominus noster.

R. Ob honorem ita dicitur à quibusdam.

H. Sed nos passim in libris ritualibus nominamus eum *Domnum*, non Dominum.

V. Puerilis est ista distinctio: ostendatur in aliquo Lexico, quid significet *Domnus*.

Prz. Si Papæ licet multa millia hominum ad infernum detrudere, & nemini licet ei dicere, quid facis? sequitur eum esse summum Dominum absolutum. Atqui. E. Ita à Vestratibus scriptum.

R. Nos hoc non agnoscimus.

V. Caput Ecclesiæ est Sponsus Ecclesiæ. Vid. Eph. V. At Papa non est Sponsus Ecclesiæ. E. non Caput.

R. Negatur Minor.

V. Probatur. Unus est Ecclesiæ sponsus Christus. At Papa non est Christus. E. non sponsus. Videatur locus 2 Cor. XI. 2. & Rom. VII. 3. esset ista sponsa adultera habens maritum alterum, vivente primo.

R. Est unus maritus invisibilis, alter visibilis; unus principalis, alter ejus vicarius.

V. Mariti vicarium esse absurdum est.

R. Omnis similitudo claudicat. In Spiritualibus hoc non valet. In carnalibus non possunt esse duo mariti, quia non possent sibi esse subordinati. Hic autem sunt.

V. Si aliquis esset tale Caput Ecclesiæ præter Christum, cæteris imperans, certè Petrus esset.

At Petrus non erat tale Caput Ecclesiæ. E.

R. Minor negatur. Erat Petrus Caput.

V. Probatur Minor. Qui nec se ipse pro Capite gessit, nec ab aliis pro tali est agnitus is non fuit tale Caput. At Petrus. E.

R. Negatur Assumptio.

V. Probatur: 1. Permisit se reprehendi à Paulo. 2. rationem facti aliis reddidit. 3. Non permisit Cornelio, ut se adoraret.

R. Negatur Consequentia.

V. Pontifex nunc non faceret talia, alias non gereret se pro Capite.

R. Distinguo. Non permitteret se reprehendi in decisionibus de Fide, permitteret circa mores. Sic & Petrus. Etiam nunc Cardinales, Episcopi, possunt reprehendere Papam in moribus.

D. Castellanus. Sic Urbanus VIII. cum jussisset pro Gustavo Rege Sueciæ orari, reprehensus est à Cardinalibus.

V. Ergone etiam Papa Suecorum Lutheranorum partibus adhæsit & favit.

Prz. Legit textum Gal. II. vers. 11. & seqq. Ad Fidem hoc pertinebat, quia ad justificationem. E. Petrus erravit contra fidem: non rectè progressus est ad Veritatem Euangelii.

R. Concedo Petrum simulasse, & dignum fuisse reprehensione, quia non rectè progressus ad prædicationem Euangelii, sed non sequitur eum in fide errasse.

Prz. Annon pertinuit ad fidem non cogendas esse gentes ad judaizandum. Videatur Concilium Apostolicum Act. XV. At Petrus teste Paulo cogebat eas judaizare.

R. Non post Concilium hoc fuit; sed ante Concilium.

V. Hoc non constat. Et sequeretur Petrum Caput Ecclesiæ nescivisse hoc absque Concilio.

R. Cum Concilio talia sanciuntur, Pontifex ex Cathedra definit.

Prz. Christus per mortem suam abrogavit Ceremonias Legales Judaicas, Petrus autem voluit eas quasi ab Orco revocare. E. contra fidem peccavit.

R. Et Paulus Timotheum circumcidit.

Prz. Quia Timotheus erat ex matre Judæa.

R. Quæritur an abrogaverit Legem veterem, tam respectu Judæorum, quàm Gentium?

V. Respectu Gentium abrogavit in totum, sed respectu Judæorum permisit uti, vel non, scandali ratione habita.

R. Ad illam rationem, quod Petrus non permisit Cornelio, ut se adoraret, respondeo, quia Cornelius voluit eum adorare cultu latriæ ut Deum, ideò non permisit, ut Paulus Act. XIV. sed non sequitur ideò eum non fuisse Caput Ecclesiæ.

V. Non sequitur. Si illi Gentiles videntes miraculum voluerunt Paulum adorare cultu latriæ. E. & Cornelius Petrum.

R. Patet, quod cultu latriæ, quia Petrus hoc recusat, & dicit, Ego sum homo.

V. Potuit recusare & alium honorem humano civili majorem, ut nunc aliquis à subdito. At Pontifex non recusat ut Petrus, cujus se dicit successorem, tamen adoratur cultu plusquam civili.

R. Non est hoc de lege, exhibetur ei veneratio dum officium peragit, ut Christi vicario.

Dominus

Dominus Castell. Voinic. Ego ipse expertus sum Papam alias humaniter admittere salutantes, nec semper requirere talem venerationem.

V. Alii Christiani non habuerunt Petrum pro Capite, ut Paulus Gal. II. 7. 8. dicit se missum ad Gentes, sicut Petrum ad Judæos. E. Petrum non agnovit Caput universale.

R. Non valet Consequentia. Nam Apostoli diviserunt inter se Orbem terrarum, tamen unum Caput supremum erat.

V. Hoc ipsum est in quæstione Quem Legatum fecerunt alii Apostoli, hic non fuit Caput illorum. Atqui Petrum. Act. VIII. 14. E.

R. Potest aliquis mitti, ut rogatus, quamvis superior, non ut jussus.

Vis. Non est hic quod hoc à Petro impetraverint.

R. Non est etiam quod imperaverint.

V. Si Petri successor esset Ecclesiæ Caput, sequeretur Joannem Apostolum, qui supervivens Petro, vixit tempore successorum ejus, fuisse subditum successori Petri, Episcopo Romano, ut Lino, Cleto.

Atqui hoc Consequens inconveniens. E. & illud Antecedens.

R. Conceditur Consequens: non est inconveniens. Nam Episcopus Romanus superior quàm aliquis Apostolus, non quatenus Linus aut Cletus, sed quatenus habens potestatem Petri.

V. Annon inconveniens, ut Johannes Apostolus, ab ipso Christo vocatus & constitutus Ecclesiæ fundamentum, sit inferior eo Episcopo, qui non ab ipso Christo est vocatus, sed à Petro.

R. Non est inconveniens, ut ille qui non est Apostolus, sed post Apostolos, sit superior Apostolo eo qui non est Caput.

Prz. Quæritur adhuc inter Vestrates, Quis sit superior, ac proinde Caput, Papáne an Concilium? Gallicana Ecclesia Concilio tribuit superioritatem?

Viss. Concilia deponebant Papas, ut Constantiense, Basileense.

R. Non judicant Concilia Papam, sed modum electionis.

V. Imò & crimina ipsis Papis objiciebantur, & hæreses, ut Johanni XXIII. quod negaret animas esse immortales, non credebat Paradisum & Gehennam. Et cum aliquot simul Papæ essent, interdum duo, tres, quidam deponebantur, interdum & omnes isti.

R. Hoc nihil obest. Si errabant Papæ, errabant ut privati, non ex Cathedra statuentes. 2. non ipsi judicabantur, sed modus electionis illegitimus. 3. semper erat Papa, quamvis incertus.

V. Quando Pontifex Israeliticus Caiphas Christum damnavit, ut blasphemum ex Cathedra, an erat audiendus, annon erravit?

R. Non teneor Judæorum Sacerdotem defendere, quia ille non habuit assistentiam Spiritus S. At nostri Pontifices habent.

V. At soletis etiam pro illis allegare dictum Christi Matth. XXIII. 2. 3. Et Pontifices Judaici cum sua Ecclesia habuerunt magna promissa favoris Dei, tamen valdè erraverunt; ideò Deus divortium minatus. Jerem. III. 8.

III. 8. 9. VII. 4. Ose II. 2.

Dominus Castell. Ego si quid mihi Papa contra S. Scripturam imperaret, non obedirem ipsi. Sed scio Papam hoc non facturum.

V. Ambrosius Catharinus, & Alphonsus à Castro vestrates Auctores scribunt Papam posse errare in fide, & fieri hæreticum.

R. Non admittit Ecclesia istos auctores. Et quamvis Papa possit errare & esse hæreticus, ut privata persona, tamen non potest ex Cathedra statuere aliquid hæreticum.

V. Papam cum Conciliis errasse in rebus ad Fidem pertinentibus probo: Qui contra Christi doctrinam statuit, is errat in Doctrina Fidei.
At Papa cum Concilio statuit. E.

R. Nego Minorem.

V. Probo. 1. Christus prohibet hæreticorum persecutionem. Matth. XIII. etiam zizania vetat vi evelli, jubet sinere crescere ad messem. Et Luc. IX. 54. 55. 56. Nescitis cujus Spiritus sitis, filius hominis non venit perdere.

R. Non fuit hoc mandatum Christi, sed consilium ob periculum, ne eradicetur & triticum. Nec apud nos mandatur & præcipitur, ut hæretici capite plectantur.

V. Posset hoc ostendi.

Cich. In Apocal. ad quendam Episcopum scribit Christus, pateris apud te Nicolaitas, movebo candelabrum tuum. E. non jubet illos sinere.

Dominus Castell. Non est hoc laudandum, quando Conscientiæ vi premuntur, ut in Transylvania nostrorum Catholicorum.

Prz. Nicolaitas Christus damnat ob impuritatem, igitur & nos eam caveamus.

Dominus Castell. Ante messem non evellendi, ut statim inauditi comburantur, sed audiantur, convincantur, & tunc est messis, tunc judicentur: ita cum Husso actum.

V. Messis ab ipso Christo Domino exponitur consummatio seculi, Messores angeli.

Dominus Castell. Si quis ad consummationem seculi relinquatur in mala Fide, non habebit jam tempus resipiscendi. E. ante hoc tempus est ab errore retrahendus.

V. Concedimus esse retrahendum, modo non per gladium ferreum, nec per violentas Constitutiones, aut strepitum juris Civilis.

Dominus Castell. De Constitutione in Ariancs facta retulit voluisse quosdam *ob perduellionem* eos expelli; se autem correxisse, *ob confessionem*.

R. Christus addit ibi, ne fortè eradicetis & triticum. E. tum non sunt eradicanda zizania, cum est periculum, ne & triticum eradicetur: ubi hoc periculum non est, eradicanda zizania.

V. Semper ferè est hoc periculum, quia homines non benè dignoscunt quid sit triticum, quid zizania, ideò facilè possunt eradicare triticum cum zizaniis, imò pro zizaniis.

Prz.

Præ. Rationes non possunt gladio ferreo eradicari, sed rationibus.

R. Utinam abscindantur, qui vos inquietant, inquit Paulus Apostolus.

V. Sed non armis ferreis, vel alio violento modo: Deo hoc relinquatur.

Præ. Spiritualiter abscindantur, ab Ecclesia removeantur.

R. Christus jussit oculum erui, manum abscindi, si scandalizet.

V. An hoc proprie accipiendum de violenta resectione per ferrum?

R. Et nos prius adhibemus lenia remedia docendo, monendo; ubi hæc non prosunt, perveniendum ad duriora, excommunicetur, &c.

V. Ergo nos quoque excommunicate: hoc leniter feremus & patienter.

Cich. Severior est excommunicatio Ecclesiæ, quam alia pœna.

V. Nos tamen illam potius eligimus.

Canonicus Kurdwanowski. Quid faciendum illi cui non prodest doctrina, admonitio?

Dominus Castell. Per zizania non intelliguntur hæretici, sed malefici, qui possunt corrigi ante mortem, ut ille Latro in cruce.

H. Intelliguntur hic reprobi, non dissidentes aut hæretici.

V. An Spiritus Christi est iste, qui jubet Dissidentes perdere? Christus contrarium dicit, cum Apostoli vellent in Samaritanos ignem cœlitus deducere. Videatur Luc. IX. 55. 56.

H. Agnoscimus non in quolibet Pontifice esse Spiritum Christi respectu charitatis, sed fidem Christi à Pontifice abesse negamus.

V. Quid quando præcipit contraria præceptis Christi, an tamen habet fidem Christi?

H. Potest ut privata persona etiam jubere furari, & tamen non desinit esse Caput Ecclesiæ, quando non ex Cathedra.

V. Quid refert, quando ille in Cathedra docet, vel non in Cathedra? Quis quærit an Petrus è Cathedra scripserit epistolas, in quibus tamen non erravit.

H. In Cathedra est, quando adhibito *Concilio* & *consilio*, decernit aliquid de fide: & ita eum aliquid contra fidem decrevisse probandum est.

Præ. Hoc Papa ex Cathedra docuit, Hæreticos esse capite plectendos.

H. Hoc probetur.

V. Posset probari ex Decretalibus, & in Concilio Constantiensi hoc statutum contra Hussum, à Papa approbatum. At hoc est contrarium præceptis Christi & Apostolicis. Videatur præter jam citata locus 2 Tim. II. vers. 24. 25. 26.

R. Nego talia pugnare cum præceptis Christi & Apostolicis. Nam de zizaniis non mandatum, sed permissio, ubi non est periculum. Apostolus autem de hæreticis dixit: Utinam abscindantur: & dicit talem tradendum esse Satanæ.

V. Jam dictum, talia posse spiritualibus mediis fieri; sed Christus vetat violentiam contra Samaritanos. Luc. IX. 54. 55.

R. Quia hoc ibi poterat fieri, absque igne cœlesti, ut si quis nucem fracturus vellet adhibere securim. Non est necesse.

Dominus Castell. Hæretici sunt boni viri; sed malè credunt.

Viss. Relinquantur Deo judici. Probo novo argumento Papam cum ua Ecclesia statuere quædam contra præcepta Divina. 1 Cor. VII. 2 9. Apostolus jubet incontinentes, conjugio jungi potius, quàm uri. At Papa cum sua Ecclesia contra præcipit Cœlibatum Sacerdotibus etiam incontinentibus, & statuit satius esse uri, quàm ducere vel nubere. Bellar. de Monach. L. II. c. 34. In Concilio Nicæno I. volebant quidam hoc constituere, verùm contradicente Paphnutio quamvis cœlibe, non statutum, sed postea, quamvis possit sciri multos esse incontinentes.

R. Si debet mortificari caro propter absentiam uxoris, multò magis propter votum Deo dictum. Apud nos non prohibetur simpliciter matrimonium, sed præcipitur, ut si quis velit fieri sacerdos, sit cœlebs; qui hoc capere non potest, ne accedat ad Sacerdotium.

V. Verendum est, ne Ecclesia hic impingat contra illa verba Apostoli 1 Timoth. IV.

R. Non: nam non simpliciter prohibet.

V. Nec Manichæi hæretici simpliciter omnibus præcipiebant cœlibatum, sed præpositis. Ulterius procedo: Præceptum divinum secundum in Decalogo est: *Ne facias tibi sculptile*, &c.

At Papa cum sua Ecclesia jubet talia fieri & coli, quæ Deus vetat.

In Concilio Nicæno II. constituta multa de cultu imaginum religioso, imò de adoratione, maximè Actione III & IV. verbis Basilii. Et Bellarm. Cardinal. scribit imagines colendas non solum secundariò, sed & primariò & per se.

R. Cum veneramur imagines facimus hoc quia repræsentant prototypum. Ægre ferres si quis imaginem Patris tui ignominiâ afficeret.

V. Aliud est non afficere ignominiâ, aliud colere religiosè; illud concedimus, non hoc. Plerumque ita hoc excusatis, vos non ipsas imagines colere, sed eos quos repræsentant. At Thomas Aquinas docet quædam colenda cultu latriæ, licet non sint Deus, ut est crux Christi, & quæ contingebant corpus Christi.

R. Hoc non curamus: ille non erat Ecclesia. Nos imagines veneramur, non adoramus.

Dominus Castell. Similiter dixit, vulgus insipiens tantum adorare imagines, ut aliquid Divinum, se hoc non concedere.

Conclusum: *Papam non debere imperare despoticè, absolutè, sed gubernare secundum statuta Dei.*

Extra sessionem ostensum Jesuitam Kreitzen in Petra inexpugnabili docere non obesse sanctitati Ecclesiæ Romanæ permissionem lupanarium; imò hoc esse bonum, ad evitandum majus malum.

Sacerdotes annuerunt quia Itali fervidi multa committerent nefaria.

V. At

V. At Apostolus dicit: Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Dominus Castell. Si ibi ipse esses, annueres.

V. Non annuerem: Nam non tantum adulteros, & pæderastas, sed & scortatores judicabit Deus. Heb. XIII.

Die 13. Martii.

T H E S I S.

Verbum Deus, quod erat in principio, est coæternum & consubstantiale Deo Patri.

V. Qui est Filius, is non potest esse ita prææternus ut Deus Pater. Atqui Verbum Deus est Filius. E.

Rev. Cich. Nego Majorem.

V. Probo: Si Filius esset coæternus Deo Patri, esset Filius tam antiquus quàm Pater ejus. Atqui posterius est inconveniens. E. & prius.

Cich. Nego Minorem.

Viss. Probo. Qui essentiam suam sumit à Patre, is non est æquè antiquus ac Pater. Atqui Filius essentiam &c.

C. Nego Majorem.

V. Probo: Qui habet principium à Patre, is non est æquè antiquus ac Pater.

At qui essentiam suam sumit à Patre, is habet principium à Patre. E.

C. Distinguo. Qui habet principium *durationis*, concedo; *originis*, nego.

V. Quicunque habet principium etiam originis, is non est æquè antiquus ac ille à quo habet principium.

C. Non sequitur hoc de principio originis. Exempli gratia. Sol si eum Deus ab æterno creasset, etiam radii ejus ab eo emanantes fuissent statim cum eo ab æterno.

V. Hoc simile est dissimile. Controversum est an solis lux vel radius sit accidens an effectus. Accidens aliquod cum sua substantia simul existere potest. At hic agitur de effectu, & quidem de productione, non solum substantiæ, sed etiam personæ Filii. Quod habet causam producentem, id non potest esse coæternum causæ producenti.

Atqui Filius habet, &c. Ergo.

C. Nostri non admittunt in divinis causam, sed tantum principium: Græci Patres admittunt, quos ego defendam. Non sequitur, qui habet causam, eum non posse esse simul cum causa. Sic in fonte statim est aqua, & à fonte fluit aqua.

V. Sed rivus qui à fonte fluit, non est statim cum fonte.

Quod dat esse est causa. At Pater dat esse Filio. E.

C. Distin-

C. Distinguo: Quod dat esse cum dependentia concedo; sed sine dependentia, nego.

V. Quod est, non à se, sed ab alio, id dependet ab alio. At Filius non est à se. E.

C. Non sequitur dependere: nam hoc significat esse inferiorem. Non est Filius à seipso; sed à Patre, & tamen non dependet.

V. Qui non est à se, non est Deus altissimus.

At Filius non est à se. E.

C Distinguo. Qui non est à se, & non est æqualis ei qui est à se, is non est Deus altissimus: concedo; sed ita nego minorem.

V. Deus altissimus est prima causa causarum & principium absque principio: non competit ei ut sit non à se: proinde Filius qui non est à se, non est prima causa & principium absque principio. E. Filius non est Deus altissimus.

C. Qui essentialiter non est à se, non est Deus altissimus; sed qui personaliter non est à se, potest esse Deus altissimus. Filius quoad essentiam est à se, quoad personam non; quia est generatus.

V. Sic ad Calvinismum confugitur. Nam Calvinus cum suis ita ait: Filium Dei esse à seipso quoad essentiam divinam.

C. Calvinistæ etiam personam Filii dicunt αὐτόθεον.

V. Non ita est, possem hoc ostendere ex libris Calvini. Pergo.

Si Filius Dei personaliter non est à se; sequitur quod illa persona quæ est Filius, non sit Deus altissimus.

C. Nego consequentiam.

V. Probo: Quæ persona non est prima causa omnium causarum, ea non est Deus altissimus.

Atqui, si Filius Dei personaliter non est à se, persona ista quæ est Filius, non est prima causa omnium causarum.

Ergo si Filius Dei personaliter non est à se, sequitur quod ista Persona quæ est Filius, non sit Deus altissimus.

C. Si non esset à se essentialiter, sequeretur: si personaliter, non sequitur.

V. At ego de Persona Filii, qua Persona loquor. Primam causam causarum esse à se Philosophi asserunt, & res ipsa demonstrat. De qua igitur persona dicitur quod sit non à se, de ea dicitur, quod non sit prima causa.

C. Est prima causa à se essentialiter semper, personaliter non semper.

V. An ergo cadit in Deum altissimum, aliquomodo quoad personam habere principium, & sic esse principiatum.

C. Cadit habere principium personale, non essentiale. Nam esse à se absque principio est habere esse ingenitum, vel improductum. At Filius quoad personam non est ingenitus.

V. E. Persona ista quæ est Filius Dei non erit Deus altissimus, tantum Essentia erit.

C. Per-

C. Personalitas non erit; sed Persona erit.

V. Quid est hæc Personalitas?

C. Personalitas est modus habendi Essentiam, quæ triplex, vel modo ingenito, ut Patris; vel genito, ut Filii; vel modo processivo, ut Spiritus S.

V. Pergo: Unica essentia Dei, quæ est in Patre, non est ei communicata ab alio.

Unica essentia Dei, quæ est in Filio, est ei communicata ab alio.

E. Unica essentia Dei, quæ est in Filio, non est illa unica essentia Dei, quæ est in Patre.

C. Syllogismi istius forma est vitiosa, quia est ex meris particularibus.

V. Non ex particularibus, sed ex singularibus, est syllogismus expositorius.

Dominus Castell. An non idem est particulare, quod singulare?

V. Non idem. Particulare indeterminatum, ut Aliquis homo est injustus: potest dici de multis, dummodo non de omnibus. At singulare quod de uno dicitur determinatè, ut Aristoteles fuit præceptor Alex. M.

C. Talis est iste syllogismus ac si dicerem:

Vissovati est Nobilis
Przypkowski non est Vissovati
E. Przypkowski non est Nobilis.

V. Non talis. Nam meus est in secunda Figura, iste in Prima, sed Minore Negante: quod est contra legem primæ figuræ, propterea est vitiosus.

C. Syllogimus ille non est Expositorius: nam non habet medium singulare. Nam Essentia Dei est aliquid commune tribus suppositis, quamvis non tribus individuis.

V. An ista supposita non sunt individua?

Dominus Moscorovius. Conceditis præmissas & negatis Conclusionem.

C. Vitiosus est syllogismus, nam procedit à non distributo ad distributum.

V. Si essentia Dei unica numero esset communis pluribus & distributiva, non esset Ens singularissimum: At est. E.

Henning. Singulare duplex est, vel commune, vel non commune.

V. Singulare in prædicando, potestne esse commune in prædicando? An hæc non sunt contradictoria?

H. Singularissimum unicum numero potest esse commune multis. Ex. gr. Anima una est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, tota in capite, & tota in corde, & tota in pede.

Viss. Et hoc potest negari.

Dominus Castell. Controversia hæc de Anima est philosophica, ideò differenda ad mensale colloquium.

V. Unum est indivisum à se, hoc modo autem esset divisum. Et singulare non est Distributivum. Distributio ibi locum habet, ubi aliquid est commune multis: at commune multis in prædicando est universale.

H. Omne universale prædicatur de pluribus; sed non omne quod prædicatur de pluribus est universale.

V. Singulare est quod non potest prædicari de pluribus. Quod potest prædicari de pluribus, non est singulare, sed universale. Ita ista definiuntur. Non datur medium inter singulare & universale apud Aristotelem & alios Philosophos in Logicis.

C. Verbum Dei nos sequimur, non Logicam: Revelatio Divina debet corrigere Logicam.

V. Hoc ipsum quæritur an Verbum Dei doceat Deum Altissimum non de una persona prædicari. Unum in multis non est unum numero, seu singulare, sed universale.

H. Non omne quod est unum in multis est universale.

V. Imò unum existens in multis, ita ut de illis prædicetur est universale: non potest dari instantia contraria:

Quod est in multis suppositis quæ inter se differunt realiter, id est divisum in se, proinde non unum.

At secundum vos unicus Deus est in multis suppositis, quæ inter se differunt realiter.

E. Secundum vos unicus Deus est divisus in se, proinde non unus.

C. Nego Majorem: est divisus in aliis, non in se.

V. Imo si est in multis personis, quæ realiter sunt inter se distinctæ ac divisæ, etiam ipse erit divisus.

C. Unum in multis cum multiplicatione unius, est universale & divisum: sed sine multiplicatione non. Tres personæ sunt plura, sed inadæquatè, quia sunt aliquid trinum, & tamen aliquo modo unum.

V. Ergo non erit omninò unus Deus maxima unitate strictissima. Hinc sequitur Deum non esse unum personaliter, sed plures Deos: quod etiam Rev. Cich. concessit in libro suo Wyklecie nominato. E. apud vos erunt multi Dii quodammodo.

C. Non scripsi ego multos esse Deos, sed non esse unum si personaliter accipiatur.

V. Si non unus Deus personaliter, E. multi Dii personaliter. E. aliquo modo multi Dii.

C. Personaliter, sed non essentialiter. At Unitas Dei non est sumenda à persona, sed ab essentia.

V. Quasi verò Persona Dei non Deus. Contra prææternitatem Filii Dei adhuc argumentor.

Qui est prææternus, seu ab omni æternitate semper existens, is non fit. At Filius Dei dum generatur, fit. E. Filius Dei dum generatur non est prææternus.

C. Nego

C. Nego Minorem. Vel Distinguo : Qui generatur generatione temporali, is fit : sed qui generatur generatione inenarrabili æterna, infinita, is non fit.

V. Omne generari est fieri. E. quicunque generatur fit.

C. Generari est fieri in humanis, non in divinis.

V. Imò in omnibus, si Filius Dei generabatur ab æterno, etiam in æternum generabitur. Atqui Consequens absurdum. E. & Antecedens.

C. Aliqui concedunt semper generari Filium Dei; alii autem malunt dicere, semper genitum esse : quod ego amplector.

V. Quod non habuit initium id non potest habere finem. At hæc generatio Filii Dei ex essentia Patris non habuit secundum vos initium. E. nec finem. Quia dicitis Deum Patrem intelligendo seipsum generare Filium; quoniam ergò Pater semper intellexit seipsum, & intelligit & intelliget. E. Filius Dei ab æterno generabatur & generatur, & generabitur absque fine.

C. Præteritum & Futurum non habent locum in æternis; sed tantum in temporaneis. In æternitate est semper præsens.

V. Si hoc ita est, ergo Filius Dei semper generatur, etiam nunc.

C. Semper genitus est.

V. At hoc significat præteritum.

C. Si participialiter sumeretur esset præteritum, sed nominaliter potest esse præsens.

V. An Deus & nunc se non intelligit, & in posterum adhuc non intelliget? E. generabit Filium.

C. Deus semper intelligit seipsum. At non dicendum de eo in præterito vel in futuro. Nam in æternitate nihil prius aut posterius, sed tota est in uno quolibet puncto.

V. Et hoc ipsum est controversum. Si semper generatur Filius Dei, nondum est perfectè genitus, non desiit generari.

C. Semper genitus est, non generatur.

V. Si & nunc à Deo Patre seipsum intelligente Filius producitur, sequitur quod & nunc generetur. Atqui. E.

C In *nunc* temporis hoc sequeretur, in *nunc* æternitatis non sequitur. Genui hodie est *nunc* æternitatis. Duratio per prius & posterius non competit Filio Dei, sed duratio quæ manet in æternum competit, sic & generatio.

Prz. Hoc est contra rationem, & sibi ipsum repugnat, esse genitum & tamen generari.

C. Quid Virginem concepisse absque Viro, securim ferream natasse, &c?

V. Hæc non sunt contra rationem quamvis sint supra eam, possunt fieri miraculosè virtute supernaturali divina, quia non implicant contradictionem, at ista de quibus loquimur implicant.

Dominus Castell. Accedite ad S. Scripturam ab istis philosophicis.

V. Deus prææternus altissimus, potest facere omnia à seipso.
At Filius Dei non potest facere omnia a seipso. v Joh. V. 19.
E. Filius Dei non est Deus prææternus altissimus.

C. Distinguo. Deus summus qui est à se, potest omnia facere à se, sed qui est ab alio non potest, sic Filius, & tamen est æqualis ei qui est à se.

V. Sic Filius certo respectu non erit Deus altissimus, quatenus non est à se.

C. Non est ille Deus altissimus, qui est à se, concedo: altissimus Deus, ut determinatur ad Patrem est à se, ut determinatur ad Filium, non est à se.

V. Ob id ipsum Filius, quia non est à se, non est Deus altissimus, quia sic habebit superiorem & dependebit ab alio, à quo habet datam potestatem.

C. Quando Filius hanc potestatem accepit per generationem, non sequitur quod dependeat à Patre.

V. Imò & sic sequitur: Nam generatus dependet à generante, à quo habet originem: deinde non de potestate per generationem data ibi est sermo. Joh. V. 19, 20. sed quia Pater ex dilectione ostendit Filio opera, & adhuc ostendet.

C. Dicit ibi, quæ Pater facit, hæc & Filius æqualiter facit.

V. Non est ibi *æqualiter*, sed *similiter*. Joh. V. 19.

C. Ita mihi videbatur.

V. Alio argumento idem probo:
Deus prææternus altissimus omnia scivit semper.
At Filius non omnia scivit semper. Nam diem judicii nescivit. Marc. XIII. 32.
E. Filius non fuit Deus prææternus altissimus.

C. Si nunc scit istum diem, sequitur eum esse Deum altissimum.

V. Non sequitur. Non sunt ista convertibilia: si scit per revelationem à Patre: sufficit quod aliquando nescivit, ut ipse dixit.

C. Potest negari Major illius argumenti. Nam potest dici Deus altissimus etiam ille qui nescit aliquid, quia scire omnia est appropriatum soli Patri.

V. Insto: Qui non habet proprietatem Dei altissimi, is non est Deus altissimus. Sed qui non habet omniscientiam non habet proprietatem Dei altissimi. E.

C. Omniscientia est Proprietas Dei summi, nempe Patris. Sed potest esse Deus summus, qui non habuit omniscientiam, ut Filius. Potest dici hanc scientiam esse appropriatam soli Patri, ut scribit Maldon. ejus hoc esse scire, cum agatur de solius judicii extremi die.

V. Ergone potest esse Deus altissimus, qui non habet omniscientiam, quæ est attributum Dei proprium, qui aliquid nescit?

C. Excipitur, quod est appropriatum Deo Patri; quia dicitur, *nisi solus Pater.* Dominus

Dominus Castell. Mihi hoc non placet. Nolo ego in talem Deum credere, qui aliquid nescit, & Reverentia tua ne mihi eum pingat talem: & Filius, si est per omnia æqualis Patri, quomodo potuit nescire diem judicii? Satius est uti alia usitata responsione; quod secundum humanitatem nesciverit.

C. Qui non semper omnia scivit, non est summus Deus, Distinguo: si nescivit secundum formam servi, qua minor Patre & minor Angelis, concedo: sed si secundum formam Dei, in qua fuit æqualis Deo Patri, nego.

V. At hic nominatur Filius, qui negatur scire, & opponitur Patri Deo, E. intelligitur Filius Dei: non dictum *Filius hominis*.

C. Filius Dei potest dici Christus etiam secundum nativitatem ex Virgine Maria.

V. Quod dictum de forma servi, id hic locum non habet. Nam in forma servi Christus erat minor angelis: at hic se præfert angelis per gradationem.

C. Non semper hæc gradatio est certa. Deinde dico, nescivit ad communicandum, vel in eo sensu, in quo Pater scivit.

H. In forma servi minor angelis erat, sic nescivit, respectu humanitatis.

V. In forma servi erat Christus cum se exinanivit, cum non est usus potestate divina, quam habuit, sed sustinuit serviliter tractari, flagellari, colaphizari, &c.

H. Exinanivit se & formam servi sumsit primum cum est incarnatus, deinde cum est passus.

V. At Vestri profitentur Christum etiam qua hominem nihil ignorasse ob conjunctionem cum divina persona.

C. Et in forma servi scivit, sed non ad communicandum aliis.

V. Quod de aliquo simpliciter negatur, id de illo nullo respectu affirmari debet. At hic scientia diei judicii simpliciter de Filio negatur. E.

C. Sunt talia exempla in scripturis, ubi aliquid simpliciter negatur, & tamen certo respectu potest affirmari. Sic Joh. VII. 8. Ego non ascendo ad festum, tamen ascendit clam. Non veni ut mihi ministretur, Matth. XX. 28. Si ego testor de me, testimonium meum non est verum. Joh. V. 31.

V. Joh. VII. 8. dicit, non simpliciter, sed ego nondum ascendo ad festum hoc, quia tempus meum nondum est impletum. Matth. XX. non venit simpliciter in mundum ideò, ut ipsi hic ministraretur. Joh. V. dicit per concessionem: sed alio loco hoc declarat aliter, Joh. VIII. 14.

C. Et diem judicii non simpliciter nescivit, sed noluit dicere, seu communicare, quia non erat opus.

V. Si nescire idem est, quod nolle dicere seu communicare, etiam de Patre sic dici posset, cum nescire diem judicii, quia noluit dicere seu communicare.

 Atqui

Atqui hoc inconveniens. E. & illud.

C. Negatur de Patre sic posse dici, quia communicavit Filio hanc scientiam, & Spiritui S. & hominibus potuit. At Filius non potuit propter mandatum.

V. Si sciret Filius diem judicii, dum dixit se nescire, falsum diceret. At posterius inconveniens. E. & prius.

C. Simpliciter dicta restringenda sunt secundum quid: Nam scriptura alibi testatur, quod Christus omnia sciverit, quod illi sint omnia data à Patre. E. meritò per loca clariora explicamus hoc quod falsum esset si restrictione non uteremur.

V. Omnia scivisse dicitur ab Apostolis, sed ipse dicit se diem judicii nescivisse, hunc igitur ab hac scientia excipere debemus. Nam speciale derogat generali.

C. Si vos restringitis alia loca ad certum sensum, & nobis licet restringere hunc locum, & explicare per alios locos manifestos, ubi Apostoli apertè Christo attribuunt omniscientiam, universaliter.

V. An etiam universaliter accipietis illud, omnia quæ habet Pater mea sunt? Ergone & persona prima, & facultas generandi Filium, &c. attribuetur Filio.

C. Omnia quæ habet Pater essentialia, communicabilia, non quæ habet, qua pater.

V. Ergo & vos ipsi ab Universali affirmativa excipitis quædam.

H. Filius nescivit secundum humanam naturam, at secundum divinam scivit: nam Filius includitur in Patre. E. secundum hanc scivit. Etiam ut homo scivit, sed per scientiam sibi infusam, à divinitate, & ut Deus per scientiam communicatam à Patre. Pater autem solus scivit à se, ut primum principium, scientia non communicata.

V. Insto: Quicunque tunc scivit diem judicii, is fuit Pater Jesu Christi: quia dicit, solum Patrem suum scire, vel nemo scit, nisi Pater.

Sed Filius etiam secundum divinitatem, non fuit Pater.

E. Filius etiam secundum divinitatem tunc non scivit diem judicii.

H. Per hoc *nisi* excluditur omnis qui non est unum cum Patre: Filius non est Pater, sed tamen est unum cum Patre.

V. Si Filius etiam scivit, Filius erit Pater: quia dicitur solus Pater scire.

H. Propterea scivit & Filius, quia est ejusdem naturæ cum Patre.

V. Apud Matth. XXIV. 36. dicit Christus, Nemo scit, *nisi Pater meus solus*, quasi dicat. E. quicunque non est Pater meus, nescit.

H. Filius includitur in Patre.

V. Sic Filius esset Pater. Sed Filius hic palam ab hac scientia excluditur, & seorsim ponitur, Patri in hoc opponitur.

H. Opponitur Patri secundum personalitatem, non secundum essentiam.

V. Ergo Persona Filii nescivit: igitur Persona Filii non fuit Deus summus.

H. Nego.

H. Nego. Perſonalitas neſcivit, ſed perſona ſcivit.

V. Quod Filius neſcivit; hoc Perſona Filii neſcivit. Perſona hic opponitur Perſonæ.

H. Jam dictum, neſcivit ſecundum humanitatem, ſecundum divinitatem ſcivit omnia. 2. neſcivit quodammodo etiam ſecundum divinitatem, tali ſcientia ut Pater, nempe incommunicata, ſed ſcivit communicata.

V. Quando opponitur Filius & Pater, ac tantum ille excluditur ab ignorantia iſta, qui eſt Pater, & dicitur ſolus Pater ſcire diem iſtum; ſequitur, quod qui non eſt Pater, neſcivit. Exem. cauſſâ, quando dicitur: Solus Deus Pater Filium generavit, excluditur Filius ab actu generandi.

H. Quia hic eſt character notionalis uni perſonæ competens, ut generatio Filii ſoli Patri. Sed ſcientia non eſt character notionalis ſoli Patri conveniens, verum eſſentialis communis Filio.

V. At evidenter hic à Filio dicitur, quod neque Filius ſcivit.

H. Probandum eſt, quod Filius, nec ſecundum id ſciverit, ſecundum quod erat unum idemque cum Patre.

V. Si & Filius ſciret, Filius eſſet Pater.

H. Eſſet vel Pater, vel unum idemque cum Patre, ut eſt Filius Dei, qui habet unam eandemque naturam & eſſentiam cum Patre.

V. Hæc eſt petitio principii, cum in Christo divina natura ſeu eſſentia illa altiſſima ſtatuitur: de hoc ipſo diſputamus; igitur hoc ipſum probari nobis oporteret: quanquam nos in Chriſto præter naturam humanam agnoſcimus etiam divinam, ſed alio ſenſu.

Cich. Probabo igitur. Duplicia de Chriſto dicuntur: quædam reſpectu divinæ naturæ: (*hic adduxit teſtimonia ſolita: coacervans non pauca.*) Quædam verò Chriſto tribuuntur, quæ non poſſunt tribui niſi homini; ex quibus apparet Chriſti natura altera humana.

V. Non negamus nos Chriſtum Dominum Filium Dei eſſe Deum, & naturam habere divinam ex Deo Patre, ut humanam ex Matre.

C. Antea negabatis; nunc hoc demum agnoſcitis.

V. Non nunc demum ego hoc commentus ſum. Oſtendam talia in Centuria Cæſa, typis antè aliquot annos evulgata. Divinam naturam in Chriſto agnoſcimus ratione Spiritus S. ex quo conceptus eſt, & qui in eo cum perſona humana perpetuò conjunctus fuit, & ratione qualitatum divinarum, ut potentiæ, ſapientiæ, ſanctitatis, abſque peccato, & jam immortalitatis, videatur locus 1 Pet. I. 4.

Cich. Petrus dicit de natura divina tali, quæ eſt gratia Dei ſanctificans.

V. Si homines alii vulgares poſſunt dici divinæ naturæ participes, multò magis Chriſtus poteſt dici habere naturam divinam, qui eſt pluſquam homo.

C. Si poteſt dici de aliis hominibus, quod ſint participes divin[illegible] Chriſto id ſit trico ſenſu de quo diſputamus, ſequitur quod mul[illegible] buen-

buendum. Atqui de nullo homine hoc dici poteſt eo ſenſu. E. neque de Chriſto, ſi non eſt Deus ſummus, idem qui pater. Dicitur expreſſè in Scripturis de Deo, quod nullus alius ſit Deus illi ſimilis. Eſa. XLVI.

V. Intelligitur hoc de Deo altiſſimo, cui nemo eſt per omnia ſimilis. Alioqui ſunt multi Dii, teſte Apoſtolo 1 Cor. VIII. 6. & ipſo Chriſto teſte Joh. X. 35, 36.

C. Multi Dii λεγόμενοι ita dicti, vel falſi. Loci Joh. X. ſenſus eſt: Vos Judæi vocati eſtis Dii, quamvis tantum ſermonem Dei audiviſtis &c. Sanctificatio Chriſti ſignificat generationem Filii Dei, & miſſio in mundum incarnationem.

V. Iſti Dii, ab Apoſtolo dicti, etiam ſunt Dii, ut ibi additur, & illos Judæos non quoſvis, ſed Judices ſupremos Deus ipſe dixit Deos, non ſine cauſa, ſed ob divinæ poteſtatis participationem. Sanctificationis autem explicationem iſtam non admittimus. Nam ſanctificatur is qui jam eſt, non qui demum generatur.

C. Sanctificatur aliquis alias ſanctificatione accidentali, ſed hic alia ratio de ſanctificatione eſſentiali: ipſe Filius Dei indicat ſe naturam habere coëſſentialem Deo.

V. Ubi verò hoc dicit.

C. Hic ubi dicit, ſe hoc habere à Patre, non dicit à largitore, benefactore, ex gratia.

V. Imò verò hoc indicatur alibi, quod Deus Pater Filio omnia dederit ex amore. Joh. III. 35.

C. Cum Pater generat Filium, maximè amat eum.

V. At jam genito Filio dedit omnia in manus ejus, ut ibi dicit. Videamus locum Phil. II. ubi dicitur de Chriſto, quod Deus ei donavit nomen ſuper omne nomen.

C. Hoc ei dedit, ut honoretur, ut in nomen ejus flectatur omne genu.

V. Nomen hic non notat ſolum titulum, ſed poteſtatem quæ ipſi donata poſt mortem & ob mortem.

C. Per nomen intelligitur non poteſtas: nam eam habuit prius, ſed honor.

V. Cui donatum eſt id ob quod omne genu ei flecti debet, ei donata eſt poteſtas divina. Atqui Chriſto donatum eſt, &c. E.

C. Nego hinc ſequi datam eſſe poteſtatem, ſed tantum honorem. Et ſi donatum eſſet hoc propriè, jam non ex merito haberetur propter obedientiam ad mortem.

V. Utrumque hoc conſiſtere poteſt, & propter obedientiam quaſi meritum datum, præmium, & tamen dono, quia præmium inſigniter ſuperat laborem.

C. Datus eſt illi tantum honor, ſuper omnem honorem.

V. Si hoc ipſi donatum eſt, ſequitur quod hoc non habuerit antea ex ſeipſo.

Qui

Qui est Deus summus, ei non opus fuit donare id propter quod debet adorari ab omnibus. Sed Christo id opus fuit donare. E.

C. Si seipsum non exinanivit, concedo, sed si se exinanivit, nego. N. V. C.

V. Quocunque modo: si esset tamen ipse Deus summus, non opus fuit, ut hoc ipsi donaretur ab alia persona.

C. In statu exinanitionis opus fuit.

V. Sed tamen etiam in ista exinanitione habuit in se Christus personam divinam. E. hæc persona ejus potuit illi hoc dare, non opus fuit, ut alia persona hoc ei donaret.

C. Tota Trinitas hoc ei donavit, & ipse sibi.

V. Cui erat obediens, is ei hoc donavit. At Patri fuit obediens. E. Pater donavit.

C. Toti Trinitati fuit obediens, & sibi ipsi.

V. Hoc est inconveniens. Ego verò rursus ita argumentor:

Qui missus est à Patre cum mandatis, quid agere & dicere deberet, is non est Deus summus. At Filius missus à Patre. Joh. XII. 49. &c.

C. Distin. Si missus Deus caro factus, nego; si nondum assumpta carne, concedo.

V. Sed missus secundum vos in mundum ut incarnaretur, proinde nondum existens in carne.

C. Missus est in ipso momento incarnationis.

V. Munus injungitur jam nato & præcepta dantur, non nascenti.

C. Et in ipsa nativitate quando est Deus manifestatus in carne, id est, indutus carne.

V. Sic manifestatus esset tunc cum maximè occultatus fuit.

C. Cum esset in forma Dei assumsit formam servi. Forma servi est humana natura, non aliqua forma externa.

V. Imò hæc est forma externa hominibus conspicua, forma servi: quod Christus ille prædictus potentia divina sponte passus sit se capi, vinciri, flagellari, &c. hæc ab eo est assumpta.

C. Forma Dei est ipsa natura Dei.

V. Si forma Dei esset natura & essentia Dei suprema, etiam forma servi esset natura & essentia humana. Atqui forma servi non est natura humana. E. & forma Dei non est natura divina.

C. Probetur assumptio, quod forma servi non sit natura humana.

V. Probo. Quia Christus licet etiam nunc habeat naturam hominis, tamen non habet amplius formam servi; quia est Dominus Dominorum, & omnia habet sibi subjecta.

C. Et nunc Christus habet formam servi, sed glorificatam. Forma servi potest intelligi dupliciter, & servilis status, & natura humana. Proinde non sequitur, quod qui habeat formam servi, sit semper in servili statu contempto.

V. Imò forma servi est tantum servilis status qui cum glorificatione non consistit. Sed pergo ulterius: Summus Deus non orat Deum. At Filius Dei oravit Deum. E.

C. Distinguo, si non habens formam servi, sequitur: si habens, non.

V. Persona oravit, quæ apud vos est Filius Dei.

C. Filius Dei oravit, quatenus terminans hum. nam naturam.

V. Si iste Filius Dei quamvis habens naturam humanam, habuit in se personam divinam, non opus erat, ut ad aliam personam preces converteret.

C. Non opus fuisset, si non factus fuisset in similitudinem hominum.

V. Nihilominus in ista similitudine hominum fuit secundum vos etiam Deus altissimus. At is qui preces ad alium dirigit opus habens ejus auxilio, non est Deus altissimus. Atqui Christus preces, &c. E.

C. Hoc fecit tunc cum seipsum exinanivit.

V. Aut opus habuit precari, rogare, aut non. Si non, cur rogavit. Si opus habuit rogare ut eum alia persona juvaret. E. non fuit in eo persona Dei altissimi, quæ sine precibus hoc præstare ipsa potuit.

C. Dictum est hoc factum esse in statu exinanitionis in assumpta natura humana.

V. Hoc non est solvere benè meum argumentum. Sed ego progredior argumentando: probabo hoc non posse consistere, ut Filius Dei præaeternus habeat naturam humanam.

Deus summus non est homo, nec Filius hominis. Atqui Christus est homo & Filius hominis. E.

C. Non esset homo, si Deus existens non assumsisset naturam humanam.

V. Si Deus ille summus assumsit naturam hominis necesse esset, ut tota Trinitas incarnaretur, & Deus Pater. Atqui hoc absurdum. E. & illud.

C. Nego Consequentiam.

V. Si Deus est unicus indivisibilis, & totus est incarnatus, necesse est omnes personas quæ sunt Deus esse incarnatas. Atqui. E.

C. Totus Deus secundum essentiam, non verò secundum omnes personas.

V. Annon in ista una Dei essentia sunt personæ tres? Insto:

Illa Deitas quæ est Patris non est incarnata

Hæc Deitas quæ est Filii est incarnata.

Ergo hæc Deitas quæ est Filii, non est illa Deitas quæ est Patris.

C. Nego Consequentiam. Nam Deitas est singularis in essendo, non singularis in subsistendo.

V. Non respondetur directè: Ita unica divinitas erit & singularis & tamen non singularis, quando est in multis & prædicatur de multis: At quia est unica numero debet esse singularis & in essendo & in subsistendo.

C. Essen-

C. Essentia ut consideratur præter personas est singularis in essendo; sed ut in personis in subsistendo non singularis. In isto syllogismo proceditur à non distributo ad distributum.

V. Quomodo hic locum habet distributum, quando agitur de singulari?

C. Distributum est quod sumitur universaliter.

V. Hoc ipso istud Ens singulare, nempe Deus statuitur universale. Nam universale est, quod multis inest, ut iis commune, ac ideò de multis prædicatur.

C. Non: sed universale est quod natura sua aptum est inesse multis, secundum multiplicationem naturæ.

V. Est hæc definitio nova ad tuendam præconceptam opinionem. Secundum vos singulare commune multis sumptum universaliter, erit singulare non singulare, quod contradictorium. Detur exemplum talis singularis.

C. In Creaturis non est, sed in Creatore. Sic etiam Deus & homo nemo est nisi Christus.

V. Sic fit petitio principii: nam hoc ipsum quæritur, & à nobis impugnatur.

C. Non committitur petitio principii, quando respondens sua thesi se defendit.

V. Quid si aliquis statueret hunc librum. v. gr. Bellarmini, esse hominem, quia vocatur Bellarminus, quia docet, &c. Ego hoc impugnarem, quia est liber seu codex, quia constat ex chartis & literis. E. non est homo. Responderet ille. Non est hic liber homo, secundum libri naturam, sed est homo secundum naturam humanam: ita evaderet similiter, ut vos. Nonne peteret principium? quid cum tali ageres?

C. Quærerem ab eo vidistine aliquando hominem? annon nosti hominem non esse talem?

V. Quid si non vidisset, ut cœcus? quid si statueret lucernam esse etiam angelum? sed progredior in argumentando:

Deus altissimus non est homo: quia ista sunt Disparata. E. non conveniunt eidem supposito. Et si Deus esset factus homo, Deus esset mutatus in persona sua. Atqui hoc absurdum. E.

C. Si Deus fieret homo per passionem esset mutatus; sed quando per actionem.

N. V. C. Sicut cum Deus creavit mundum activè non est mutatus: ita dum assumsit humanitatem.

V. Hoc simile est dissimile: Est hic passio Metaphysica dum Deus est incarnatus. Deus qui non erat prius conjunctus cum humanitate, factus est cum ea conjunctus, E. mutatus.

C. Si ab alio aliquo Deus esset factus homo, mutaretur; sed quando à seipso, non est mutatus.

V. Quocunque modo, à quocunque quando factus est hoc quod ante non fuit, est mutatus.

 Qui

Qui antea simplex postea ingressus est compositionem, is est mutatus.

At secundum vos Deus antea simplex postea ingressus est compositionem. E. mutatus.

C. Nego Minorem: Non est Deus ingressus compositionem.

V. Ubicunque est plurium unio, ibi est aliqua compositio.

At ubi Deus factus est homo, ibi facta est plurium unio. E. ibi compositio.

C. Majorem distinguo. Ubi plurium tanquam partium unio, ibi est compositio: at ubi tanquam termini & terminati, non sequitur, ut hic.

V. Non tantum ex partibus propriè dictis est compositio, sed ex quibuscunque pluribus constitutio unius, etiam ex termino & terminato: quanquam hic Deus & homo in Christo possunt dici partes: Alias totus Christus esset homo. Sed una specie compositionis remota, non est removendum genus, cum possit dari alia species. Sed progredior.

Unus ille Deus est Pater ex quo omnia 1. Cor. VIII. 6.

Atqui Filius Dei non est Pater ex quo omnia.

E. Filius Dei non est unus ille Deus.

C. Pater ex quo omnia intelligitur Creator omnium. At & Filius est Creator. E. non sola prima persona divina, quæ dicitur Pater, est Pater ex quo omnia.

V. Si hic in voce Pater intelligerentur plures personæ, non diceretur Pater, sed Patres plures.

C. Tres personæ non sunt Pater simpliciter, concedo: sed sunt Pater ex quo omnia.

Præ. Si hic in voce Pater ex quo omnia includitur & Filius & tota Trinitas, tum præter Trinitatem opus est credere in quartam personam, nimirum in unum Dominum Jesum Christum, qui postea seorsim describitur.

C. In voce Patris includitur Filius, quatenus est Verbum coëssentiale Deo Patri, at quatenus assumsit humanam naturam excluditur.

H. Prima persona sola est ex qua omnia absolutè & creaturæ & personæ procedentes in divinis, nempe Pater, ex quo est Filius. At Pater non est ex Filio. Spiritus S. est ex Patre & Filio, & creaturæ omnes. Ex Spiritu Sancto solæ creaturæ. Si intelligantur omnia omninò ad extra & ad intra; tum Pater est absolutè principium omnium omnino: sed si de iis quæ sunt ad extra: tum omnes tres personæ divinæ sunt principium ex quo ista omnia. *Et unus Dominus Jesus Christus*, hoc additum propter mysterium incarnationis Filii.

V. Insto: Unus ille Deus est Pater, ex quo omnia absolute, & personæ omnes procedentes in divinis.

Atqui Filius Dei non est Pater ex quo omnia absolutè, & personæ omnes procedentes in divinis.

E. Filius Dei non est unus ille Deus.

H. Non

H. Non dicit Apostolus, unum illum Deum esse tantum Patrem ex quo omnia; sed nobis est unus Deus Pater; hic est ponendum comma: deinde describit Patrem, quod ex illo sint omnia.

V. Hoc comma pro arbitrio ponitur: at sensus requirit ut Apostolus docturus quis sit unicus ille Deus altissimus, de quo ibi innuit vers.4. nominatis multis Diis, & multis Dominis, docet Christianis unum esse Deum, qui maximè propriè vocatur Deus, & est Deus altissimus Deus Deorum, quis sit iste Deus exprimit, *ille Pater*, cujus descriptionem addit, quod ex eo sint omnia, ut ex prima causa. Postea multis Dominis opponit etiam unum Dominum, quem Christiani habent respectu religionis, præter illum unum Deum, quem exprimit, quod sit *Jesus Christus*, cujus descriptionem addit, quod per illum sint omnia.

Rycol. Si per unum Dominum qui est Jesus Christus non excluditur à Dominis Pater. E. & ab ista Deitate, cum Pater dicitur unus Deus, non excluditur Filius.

V. Imò ut à tali Dominio, ut quis sit Dominus per quem omnia tanquam per mediam causam excluditur Pater; ita à tali Deitate, ut quis sit talis Deus ex quo omnia, excluditur Filius, quia hoc soli Patri est proprium, ut illud soli Filio.

C. Sic valeret argumentum: Unus ille Dominus est Jesus Christus per quem omnia.

At Deus Pater non est Jesus Christus per quem omnia.

E. Deus Pater non est unus ille Dominus.

V. Concedimus Deum Patrem non esse unum illum Dominum, qui est Jesus Christus. Distinguo vocem Domini. Dominus vel sumitur in significatione latiore, vel in strictiore. In latiore etiam Deus Pater est Dominus noster, quia nobis dominatur: sed in strictiore quando significatur talis Dominus, qui est secundus à Deo summo, & quem Deus fecit Dominum, ut dicit Petrus Act. II. vers 36. Deus Pater non est talis Dominus.

C. Igitur & nos vestro argumento similem applicamus responsionem, si Deus sumatur in illa significatione, quod ex illo sint omnia omninò, excluditur Filius, si per quem omnia non excluditur, sed includitur. E. & Filius est Deus.

V. Jam dictum nos à Deitate non omninò excludere Christum, sed tantum ab illa altissima, cum intelligitur talis Deus ex quo omnia, nempe altissimus, qui est prima causa. Et ex hoc ipso ita argumentor:

Qui non est ille Deus ex quo omnia, is non est Deus altissimus.

At Jesus Christus non est ille Deus ex quo omnia. E. non Deus altissimus.

C. Negatur Major: potest esse Deus altissimus etiam is ex quo non sunt omnia, sed per quem omnia.

V. Non potest: imò hoc ipsum mihi suppeditat novum argumentum.

Per quem Deus fecit insignia opera sua, ille non est supremus Deus.
At per Filium Deus fecit, &c. Videantur loci Heb. I. 2. Eph. III. 9. Tit. III. 6, &c.

C. Nego Majorem.

V. Qui est non prima causa, sed media, is non est supremus Deus.
Sed per quem Deus fecit insignia opera sua, is non est prima causa, sed media. E.

C. Nego hoc. Si ita esset, sequeretur & Deum Patrem esse mediam causam, non primam, ideò non Deum supremum, quia etiam de illo dicitur Rom. XI. ultimo, quod non tantum ex illo, sed & per illum omnia.

V. Hæc sunt diversa valdè. Nam de Filio dicitur, quod per illum alius fecit omnia, nempe Deus, ut patet in locis nominatis: at de Deo Patre nusquam dicitur, quod per illum aliquis fecerit aliquid.

C. Gen. IV. vers. 1. Eva dicit, acquisivi hominem per Deum.

V. Locus iste variè exponitur ob varietatem significationis particulæ Hebraicæ. Potest verti, *Possedi hominem à Deo*, vel *cum Deo*: vel *acquisivi hominem Deo.*

R. Deus Pater Filio per generationem æternam dedit omnia, & facultatem productivam omnium communicavit. Nam secundis causis non opus habuit Deus, quia ipse est omnipotens.

V. An igitur negabitis Deum operari multa per alios, qui sunt causæ secundæ?

R. Sunt, sed liberæ.

V. Nec Christus est necessaria causa.

C. Produxit Deus Pater per Filium omnia, ut per comprincipium æquale productivum.

V. Si Filius esset cum Patre comprincipium ei æquale in producendo, non diceretur Deus Pater facere per Filium, sed cum Filio.

Hoc dicto *Viss.* languescens viribus supersedit loqui, & exivit jam vesperi.

Præ. Produxit locum Joh. XVII. 3. ab ipso Christo optimè disci quis sit ille verus Deus, nempe Pater; sed non ursit firmiter.

Nocte appetente soluta est sessio.

Die 14. Martii.

Dominus Castell. Syllogismus ille de uno Deo Patre somnum mihi adimebat.

Hen. Quæro in qua Figura & quo modo fuerit ille syllogismus. Videbatur esse in secunda Figura. Sed neque in modo Cesare, neque Camestres, Festino, Baroco; qui sunt modi secundæ figuræ.

V. Quia extra istos modos sunt syllogismi expositorii: est in modo Cumy-

Cumystrys, ut quidam Logici vocant. Ubi Major sing. affirm. Minor singularis negans, & Conclusio singularis negans.

H. Non est ille syllogismus expositorius: nam Medium non est singulare merè; quia terminus iste *unus Deus*, est non tantum singularis, sed communis. Igitur is syllogismus ita formandus:

Omnis Unus Deus est Pater ex quo omnia.

At Filius non est Pater ex quo omnia.

E. Filius non est omnis Unus Deus.

V. Non est addendum *omnis*, quia Deus ille unus non est quid universale, sed maximè singulare. At quia obstat recepta sententia, invenitur novus Terminus Commune, quod sit non singulare, nec plane universale. Quæro enim an detur aliquid medium inter singulare & universale?

H. Terminum aliquem singularem communem dari, docet fides & ratio. Nam ut sit terminus universalis, non satis est ut sit terminus communis, sed ut sit in pluribus adæquatè distinctis ad multiplicationem, v. gr. homo in Petro, Andrea, Johanne. Hic autem unus Deus cum prædicatur de Patre, Filio, & Spiritu S. non prædicatur de pluribus adæquatè cum multiplicatione essentiæ. Termini singulares & universales non oppononuntur contradictoriè, quia habent medium commune, quod non est purè singulare.

R. Inter universale multiplicatum in pluribus & singulare non datur medium, sed est oppositio contradictoria; sed singulare non opponitur contradictoriè, communi non multiplicato in individuis, ut est essentia divina.

V. Est hoc novum inventum, quia propositum est vobis θέσιν διαφυλάττειν pertinaciter ob præconceptam opinionem. Sed opus esset dare exemplum aliquod præter hoc, quod est controversum.

H. Non requiritur in talibus, quæ uni alicui conveniunt, ut de Phœnice ave è cineribus suis reviviscente. Ita in divinis non sunt quærendæ Instantiæ, nam essent à rebus creatis, quæ non conveniunt cum Ente increato. Sicut non tenemur dare exemplum omnipotentiæ aliud præter Deum, qui est solus omnipotens.

V. At hic alia ratio, quando vultis statuere singulare cui non convenit definitio singularis, quia singulare est, quod de uno solo dicitur, quod est incommunicabile in prædicando. At vos ponitis singulare quod est commune, & prædicatur de pluribus.

H. Nos Fides hoc docet.

V. Hoc ipsum quæritur. Sic implicabitur Contradictio. Sic unum numero singulare erit in multis, & proinde unum non unum.

H. Ecce habemus exemplum ejus rei in anima, quæ unica tota est in qualibet parte corporis.

V. Hoc ipsum negatur, quia etiam implicat contradictionem.

H. Non teneor probare receptissimam apud Philosophos sententiam.

V. Per-

V. Pergo ulterius argumentando:

Quem mortuum Deus Pater à mortuis resuscitavit, is non erat persona Dei altissimi.

Atqui Filium Dei mortuum Deus Pater, &c. E.

C. Distinguo. Quem Deus Pater excitavit, ut ipse se non excitaverit concedo: sed quando & seipse excitavit, non concedo. Et sic Minorem ita intellectam nego.

V. Habemus multa loca Scripturæ Sacræ in quibus expressè dicitur quod Deus Pater Filium suum resuscitaverit, ut Act. III. 26. XIII. 32. 33. Gal. I, 1. Eph. I. 17. 20. 1 Thess. I. 9. 10. deinde, si Filius Dei seipsum resuscitavisset docuissent hoc Apostoli in Actis & Concionibus suis, & in Epistolis ad majorem Christi gloriam. Atqui hoc nusquam docuerunt Apostoli.

C. Major transeat. Nam non opus fuit ut Apostoli hoc scriberent. Multa pertinent ad Euangelium, quæ ab Apostolis in Actis & Epistolis non sunt scripta, ut de Magdalena, quæ lavit pedes Christi, promisit Christus hoc prædicatum iri.

V. Cum in Euangelio scriptum est ab Apostolis, & nunc legitur, prædicatur.

C. Ideò Apostoli non prædicabant Judæis, quod Christus seipsum excitaverit, quia Judæi non credidissent. Ad Minorem. Non habeo quidem locum manifestum, ubi Apostoli scripserint Christum semet excitasse, sed tamen per bonam consequentiam colligi hoc potest ex loco Rom. VIII. 11.

Qui excitavit Christum, is & nos excitabit.

At Christus nos excitabit

E. etiam Christum Christus excitavit.

V. Deus facit quædam immediatè, quædam mediatè. Deus excitavit Christum immediatè, & nos Deus excitabit, sed mediatè, per Christum. Videatur locus 2 Cor. IV. 14.

C. Operationes ad extra, sunt totius Trinitatis indivisæ. Christus de seipso dicit:

Ego excitabo &c. Joh. V. & alibi. E. se primam causam excitationis asserit. Ad locum 2 Cor. IV. potest dici, quod licet dicatur Deus hoc per Christum faciat, tamen & Christus est causa, non media, sed principalis, quia est comprincipium cum Patre & tantum significatur, quod à Patre habet hanc potestatem per generationem.

V. Imò verò unus effectus potest prædicari & de prima seu principali causa, & de media, quod possem ostendi exemplis.

C. In rebus quæ non excedunt vires naturæ hoc valet, sed non in talibus quæ excedunt. Quod autem Christus etiam seipsum excitaverit, patet Joh. II. 19. 21. & X. 18.

V. Joh. II. est vox quæ non necessariò significat excitationem à mortuis:

tuis: nam Judæi de templo Hierosolymitano excitando seu erigendo loquentes ibidem eadem voce utuntur. Deinde similia dicta habemus, de hominibus vulgaribus. Luc. IX. 14. quod qui perdet animam suam propter Christum, salvabit eam. Et Luc. XVII. 33. vivificabit eam. An inde concludemus, quod iste homo propriis viribus suis id sit facturus? E. & hinc non sequitur quod Christus sua vi semet excitaverit.

C. Verba ista de homine intelliguntur ita: merebitur hanc gratiam vel assequetur. Dicuntur ista moraliter; at de Christo physicè. Christus ibi pro signo speciali quod sit Messias affert hoc miraculum, quod seipsum esset excitaturus.

V. Hoc ipsum sufficit huic rei demonstrandæ, quod certò scivit, se quamvis morte affectum, à Deo fore resuscitandum, & corpus suum vivificatum exhibiturum. Sed ulterius probo, quod Deus Pater excitaverit Filium. Act. XIII. 32. 33. Deus Filium suum excitavit. E. Pater, non ipse Filius.

C. Non intelligitur hoc de actu resuscitationis ex mortuis, sed de actu incarnationis: excitans Jesum, id est inducens in mundum, quia dicitur de promissione Patribus facta, impleta: hoc factum cum Christus promissus est natus in carne.

V. Cur non & de Christi ex mortuis resuscitatione, & glorificatione, an & tunc non sunt impleta ea, quæ per prophetas sunt promissa? Hinc verò patet vocem *hodie* non significare æternitatem. Joh. X. 18. dicit Christus habeo potestatem animam meam ponendi & recipiendi, nec tamen seipsum occidit. E. non sequitur, quod etiam seipse excitaverit. Aliud est potestas ἐξουσία, aliud potentia: illud jus, hoc vim denotat. Et homines alii habent potestatem datam ut fiant Filii Dei. Joh. I. 12. & habent facultatem animas suas pro Christo positas recipiendi, quando illis restituentur.

C. Aliud est recipere, aliud iterum sumere. Habent Christiani potestatem animas recipiendi, sed non sumendi, quod soli Christo convenit.

V. Verbum Græcum, quo ibi Christus utitur, significat etiam recipere: non apparet differentia. Sed progredior ulterius argumentando.

Deus summus non accipit Spiritum Sanctum ab alia persona.

At Christus accepit Spiritum S. à Patre. E.

C. Si accepit ut homo, concedo; si ut Deus, nego.

V. Si Christus homo habuit in se Personam summi Dei, non opus fuit, ut ab alio acciperet Spiritum S. Atqui secundum vos habuit. E.

C. Ideò ista adscribuntur Patri, quia quod habet Filius à Patre habet.

V. Ergo vel hinc si res benè consideretur, potest colligi Filium non esse summum Deum.

C. Filius Dei est ante omnes creaturas coæternus Deo Patri, quia Deus in symbolo prius nominatur Pater quàm Creator.

V. Non valet Consequentia. Potest prius poni ratione dignitatis, id quod est factum posterius. Sic v. gr. Rex noster Serenissimus Casimirus

 prius

prius fuit Rex Suecorum hæreditarius, postea electus est Rex Poloniæ, & tamen nunc in titulo prius nominatur Rex Poloniæ, quàm Sueciæ.

R. Vos Christum dicitis incepisse cum natus est ex Maria. At Johan. dicit, quod Verbum fuerit in principio, & omnia per illud facta sint, & postea Verbum caro factum est.

V. In principio non significat æternitatem quæ non habet principium, sed principium pertinet ad subjectam materiam, & omnia per Christum facta intelligenda de nova Creatione sub Novo Fœdere, ut 2 Cor. V. 17.

Dominus Castell. In principio fuit, id est in Deo. Nam Deus est principium.

V. At dicitur mox in principio fuisse apud Deum. Hoc in principio significat in initio ejus rei de qua est sermo habendus, quæ res hic est Euangelium. Videatur locus Act. XI. 15.

C. Verum est Joannem suscepisse scribere Euangelium, sed Euangelii initium erat tunc, cum Christus nondum esset Verbum secundum vos; cum Johannes Baptista inciperet Euangelium. Nam Christus tum erat Verbum cum prædicabat. At in principio isto nondum prædicabat: sic Verbum erat non Verbum.

V. Annon potest aliquis appellari Interpres, etiamsi nondum reipsa interpretetur, quando jam ad hoc officium est destinatus & paratus?

C. Conceditisne vos Christum fuisse Deum in principio Euangelii?

V. Concedimus, quia Johannes hoc dicit: Nam habuit Christus jam tunc divinam potentiam in se.

C. Cur ergo alias dicitis, quod tum demum cum à mortuis est excitatus & exaltatus, factus est Dominus.

V. Quia tunc data est illi omnis potestas, non solum in terra, sed & in cœlo.

C. Quomodo hoc secundum vos consistet, quod in principio istud Verbum erat apud Deum?

V. Nostri quidam ita hoc explicant, quod fuerit aliis ignotus respectu sui officii, soli Deo notus. Sed nos asserimus, quod ascenderit in cœlum, & descenderit de cœlo Filius hominis, ut dicitur Joh. III. 13. voces ὁ ὤν, *existens* possunt verti non tantum *qui est*, sed etiam *qui erat*, ut Joh. VII. 50. XII. 17. Filius hominis hic dicitur ascendisse in cœlum & descendisse de cœlo. At Christus demum ut natus ex Maria Beatissima Virgine fuit Filius hominis, non antè. E. Christus demum postquam natus est ex Maria Virgine ascendit in cœlum & descendit de cœlo.

C. Filius hominis dicitur ampliativè, intelligitur Filius Dei, qui etiam factus est Filius hominis.

V. Hoc est recedere à proprietate verborum Christi absque necessitate. Dicitur hic quod Filius hominis ascendit in cœlum in præterito, dixit hoc ante mortem. E. ante mortem suam ascendit in cœlum.

C. Non de se hic Christus dicit respectu ascensionis, sed de quocunque alio

alio homine. Ait neminem esse talem, qui propter cognoscenda mysteria cœlestia ascenderit in cœlum.

V. Imò neminem dicit esse talem, qui in cœlum ascenderit, nisi se Filium hominis, qui etiam descendit. Filius Deo Patri coessentialis, non potuit propriè descendere.

H. Malo ego sequi explicationem Augustini, qui dicit vocem ascendit non esse accipiendam in præterito.

V. At in textu Græco est Verbum præteritum. Johannes græcè scripsit.

H. Ego non acquiesco Græco textui, qui potuit falsari. Apud nos vulgata versio est authentica.

V. Hinc apparet diffidentia causæ, cum Græcum textum quo Apostolus scripsit rejicitis.

H. Nemo ascendit, nisi qui descendit. E. debuit prius descendere, postea ascendere.

V. Non sequitur. Exemplo hoc potest illustrari. Si quis dicat: Nemo istorum qui hic sunt, profectus est Constantinopolim, nisi qui rediit Constantinopoli, videlicet ille. An sequitur quod prius redierit, quam profectus est?

C. Protulit locum Hebr. IX. 12. ubi dicitur Christus semel intrasse in tabernaculum i. e. cœlum. E. Christus non ascendit antea in cœlum.

V. Agitur ibi de illo ut Pontifice, respectu Pontificis Veteris Fœderis, qui sæpe cum sanguine ingrediebatur in Sancta. Christus autem post fusum sanguinem semel ingressus.

Verbum erat apud Deum, & erat Deus. Hinc nostri colligunt, quod Verbum istud Dei, quamvis etiam sit Deus, tamen non sit idem ille Deus apud quem erat.

C. Estne Christus alius Deus, annon? si alius, sequitur quod non sit verus Deus, sed falsus.

V. Dicitur ad Judices Psal. LXXXII. quod repetit Christus Joh. X. *Ego dixi: Vos Dii estis*, veriné an falsi.

C. Verè ad illos dixit, sed hoc non est verum, quod illi sint revera Dii. Vox Elohim, quæ ibi est non significat Deos veros, sed judices.

V. Si Elohim non significat verum Deum, cur sæpè tribuitur Deo Creatori, ut Genes I. &c.

C. Quid igitur: Qualis Deus apud vos est Christus, an titularis, an verus?

V. Agnoscimus Christum esse verum Deum, non titulo tenus, quia habet divinam potentiam ac potestatem, divinam sapientiam, &c. qui ante tempora secularia prædestinatus, certo tempore est exhibitus. 1 Petr. I. 20.

Dominus Vlad. Morst. Ergo maximè de tempore istius Deitatis est controversia.

C. Non tantum de tempore agitur, sed etiam de natura Deitatis, nam

vos Christum tantum ob potentiam vocatis Deum.

V. Non tantum ob potentiam, sed etiam ob Spiritum S. ex quo conceptus est, & qui in illo semper habitavit, conjunctus cum ejus persona humana.

C. Hoc non sufficit. Divina natura nihil aliud est, quam essentia Dei. Alias Divinitas quædam est etiam gratia Dei, nec tamen sequitur, quod qui habet gratiam Dei, sit Deus verus. Spiritus S. fuit etiam in Apostolis, nec tamen illi habuerunt naturam divinam, vel fuerunt Dii veri: nec ergo Spiritus S. est natura Dei, nec potentia, vel potestas quamvis magna.

V. Nemo ita ut Christus habuit Spiritum S. nec tantam potestatem in cœlo, nec factus est ita Spiritus vivificus.

C. Nos statuimus, qui non habet essentiam Dei, eum non esse Deum. Christum autem quia eam habet, esse Deum verum & summum, quod ex variis Scripturæ S. locis probatur. In Psal. LXXX. ỳ. 9. dicitur: Israël non erit tibi Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

V. Inspiciendus esset textus Hebraicus.

C. Versionem LXX Interpretum approbarunt Scriptores Novi Testamenti. E. debet esse maximæ authoritatis.

V. Dubium est an isti LXX Interpretes totum Vetus Testamentum verterint, an tantum Pentateuchum. Ecce in textu non est ita, Deus recens, sed Deus alienus & extraneus. Sed etiamsi ita exponeretur, Christus non est Deus recens, qui ante jacta mundi fundamenta præcognitus est, & olim prædictus.

C. Ipsa ratio ostendit, quod qui non à longo tempore est, is recens est. Alias sequeretur & Virginem Matrem esse, non recentem Deum, quia etiam tunc præcognita, cum Filius.

V. Non ita præcognita, ut ei potestas divina daretur: nec est illa Deus.

C. Apud vos Christus est Deus factus.

V. Ipsi vestrates ita scripserunt. Ambros. lib. I. de Fide Cap. 7.

C. Videatur Ambrosius: Non est hoc in editione nostra.

V. Sed est in alia.

C. Concedo esse in editione Erasmi.

V. Præterea est hoc apud Cyril. thesaur. lib. 9. quod etiam citat Vujekus vester Annotatione in Act. II. ỳ. 36. Videatur etiam Maldon. in Matth. XII. Ecce puer meus, quem elegi.

C. Sed ab istis hoc aliter accipitur, quam à vobis.

R. Filius Dei est æqualis Deo Patri. E. habet eandem numero divinitatem, quam Pater. Joh. V. Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

V. Nego sequelam. Imo æquale non est idem.

R. Aut se dixit Filium Dei adoptivum, aut naturalem?

V. Naturalem; quia ab ipsa conceptione & nativitate est Dei Filius.

R. Ergo est genitus à Deo Patre.

V. Genitus, per Spiritum S. ex beata Virgine: ideò Filius Dei teste Angelo Luc. I. 35.

R. Ante beatam Virginem fuit iste Filius Dei; quod patet ex Joh. I. Omnia per ipsum facta sunt, & postea Verbum caro factum est.

V. Vos per ista *omnia* intelligitis omnia absolutè: nos hoc explicamus de nova creatura; quod dicimus præeunte nobis Apostolo 2 Cor. V. 17.

R. Sed hic prius dicitur, quod per hoc Verbum omnia facta sunt, postea demum quod Verbum factum est caro.

V. Non semper, quod prius scriptum est, prius factum est. Alias sequeretur, quod Joannes prius fuerit missus à Deo, ut testaretur de luce, quam Verbum caro fieret. Videatur ibidem ỳ. 6. & 7. deinde 14.

R. Potest dici quod Johannes missus sit, priusquam Christus è Virgine nasceretur, quia Johannes prius est conceptus, quam Christus. E. in uterum matris prius est missus.

V. Hæc expositio est inconveniens. Et deinde sequeretur, quod Joannes prius esset natus & missus, quam mundus est factus secundum vos. Videatur ibid. post v. 6. ỳ. 10.

R. Potest dici, quod Johan. fuerit missus, hoc est destinatus ad missionem, antequam mundus est factus.

V. Etiam hæc explicatio est inconveniens. Præterea si series verborum urgebitur; sequetur quod Christus prius venerit ad propria, nempe ad Judæos, & proprii eum non receperint, & postea demum Verbum factum sit caro.

R. In Veteri Testamento multi eum non receperunt.

V. Non potest probari, quod sub Veteri Testamento Christus ad Judæos venerit.

C. Ego hic admitto ὕστερον πρότερον: quod prius dicantur quædam quæ posterius facta sunt.

R. Tamen scriptum est, quod Filius sit æqualis Deo Patri. E. coæternus.

V. Potest consistere æqualitas, etiamsi non sit æqualis duratione.

R. Non esset Deus, si non esset ab omni æternitate.

V. Non esset altissimus.

C. Ego redeo ad locum Psal. LXXX. v. 9. ne sit Deus alienus. At ita Christus esset Deus alienus.

V. Deus alienus intelligitur, qui non est subordinatus Deo Creatori, sed ei oppositus. Subordinata pro uno censentur; sic vos agnoscitis duo Capita Ecclesiæ, Christum & Papam.

C. Agnoscimus unum visibile, alterum invisibile.

V. Sic unus Pastor ovium in Ecclesia Ezech. XXXIV. 23. & tamen etiam alii Pastores. Eph. IV. 11. 1 Pet. V. sed Christus primarius Pastor. Deus ipse dicit non esse alium salvatorem præter ipsum. Esai. XLIII. 11. XLV. 21. Ose. XIII. 4. & tamen homines etiam liberatores dicuntur salvatores,

vatores, seu servatores eadem voce in textu Judic. III. 9. 15. Non pugnant ista quando alii secundarii, dependentes à primario, cum eo conjuncti.

C. At dictum est de Deo uno, quod non sit similis ei, Esa. XLVI. 9.

V. Concedo, quod non sit similis per omnia, sed potest esse similis aliquomodo. Lactantius Doctor Ecclesiæ ad quæstionem an sint duo Dii Pater & Filius, respondet inter cætera, quia quicquid habet Filius à Patre manavit, & quia unanimiter mundum gubernant, ideò non sunt dicendi duo Dii, sed unus.

C. Lactantius non habet apud nos magnam authoritatem, magis Orator & Philosophus, quàm Doctor Theologus.

V. Dixistis antea cum urgeremus solum Patrem scire diem judicii, Filium non excludi à Patre, quia est unum cum Patre. Possumus nos jure dicere, quamvis Pater sit unus ille solus Deus, tamen Filium ejus non excludi à Deitate, quia agnoscimus Deum Patrem & Filium esse unum, respectu unius potestatis & voluntatis.

C. Secundum nos est inter eos unitas essentialis, identitas naturæ. At à vobis ponitur tantum unitas accidentalis. Esset iste Polytheismus, si quemvis qui habet aliquam potestatem & sapientiam divinæ similem, faceremus Deum.

V. Deitas est alia summa independens, & hæc unica: alia dependens, quæ etiam aliis tribuitur in ipsis sacris literis.

C. At Filium Dei esse Deum prææternum probo ex Mich. V.

V. Hic locus sensu literali significabat Zorobabelem, sensu mystico perfectiore Jesum Christum.

C. Judæi non agnovissent nativitatem Messiæ in Bethlehem, si locus iste sensu literali alteri conveniret.

V. Non est hæc bona consequentia. Sed præterea de illo hic agitur, qui nasciturus erat Bethlehemi, cujus egressiones sunt à diebus seculi, quo dicto notatur, quod Genealogia Christi deducatur ab antiquo tempore, à Davide & ejus successoribus.

C. Est ibi *à diebus æternitatis*, quod non potest de genealogia secundum humanitatem intelligi.

V. *Dies seculi* in textu ponuntur: qui significant non æternitatem, sed tempora antiqua. Habemus multos locos similes. Videatur idem Mich. VII. v. 14. 20. Deut. XXXII. 7. Psal. LXXVII. 6. Esai. LXIII. 9. 11. Amos IX. 11. Malach. III. 4.

C. Per tales instantias etiam Dei Patris æternitas everteretur, quamvis dicatur esse à seculo.

V. De Deo Patre non est causa cur non intelligatur de absoluta æternitate, qui alias expresse vocatur æternus. Sed nescio an illi tribuatur, quod sit à diebus seculi. In æternitate non sunt dies.

C. Ego malo sequi certiorem interpretem S. Hieronymum; qui est approbatus ab Ecclesia.

V. Etiam

V. Etiam Xantes Pagninus & Bened. Arias Montanus Catholici Interpretes sunt approbati.

C. Tantum à quibusdam paucis.

Prz. Christus est conceptus è Spiritu S. si Spiritus S. est persona Dei, sequetur, quod Spiritus S. sit Pater Christi.

C. Nego Consequentiam.

Prz. Qui persona existens, producit personam, is est ejus Pater. At Spiritus S. E.

H. Generatio est talis productio, cum genitum procedit à generante in similitudinem substantiæ. At Spiritui Sancto, non est similis substantia humanitatis Christi, quæ est concepta è Spiritu S. E. hic non est generatio.

V. Ex hoc ipso probari potest, quod Spiritus S. secundum vos sit Filius Dei. Nam qui ex Deo processit per generationem, is est Filius Dei. At Spiritus S. E.

C. Nego Minorem.

V. Probo: Ubi, est productio viventis à vivente, in similitudinem substantiæ, ibi est generatio.

At in processione Spiritus S. ex Deo, est productio talis. E.

C. Fateor Patres hic sensisse magnam difficultatem. Sed distinguo: quod ista productio non sit ex vi generationis, sed ex vi processionis.

V. At isti processioni convenit definitio generationis.

C. Non convenit adæquatè. Et differentia inter generationem per intellectum, & processionem per voluntatem, illa est magis assimilativa, quàm hæc.

V. Tamen est inter Deum Patrem, & inter Spiritus S. personam similitudo Essentiæ, & atributorum. A Vestra Reverentia definita est generatio productio viventis à vivente in similitudinem substantiæ vel naturæ: absque isto additamento de productione per intellectum, quod non convenit omni generationi in genere.

C. Quia ibi respectus habebatur ad generationem Filii Dei.

V. Procedam ad novum argumentum, Deus supremus non habet Matrem.

At Filius Dei habet Matrem. E.

C. Distinguo Majorem. Deus supremus, qui non est factus caro, concedo: qui est factus caro, non concedo.

V. Vocatis Beatam Virginem Deiparam. E. Deo tribuitis Matrem, non tantum quatenus est caro, seu homo. At si Deus haberet Matrem, haberet personam se superiorem, cui esset subditus, quod absurdum.

C. Scriptum est, quod ei subditus erat.

V. Erat subditus, quia erat homo, in terris erat subditus etiam Josepho putatitio Patri. At nunc in cœlis etiam vos dicitis Beatam Virginem esse Dominam Dei: ita scripsit vester Joh. Argentus, de VII. Excellentiis Beatæ Virginis, & thronum suum super ipsum Dei thronum collocavisse,

&

& Petav. Orat. de Assump. B. Virg. & in quibusdam hymnis dicitur, posse Beatam Virginem jure Matris imperare Redemptori.

C. Talia à quibusdam scripta per excessum devotionis, non sunt dogmata Fidei.

V. Qui satisfecit Deo, is non est ipse summus Deus. Atqui Filius satisfecit. E. Majorem negatam probo: si is qui Deo satisfecit fuisset summus Deus, sibi ipsi satisfecisset. Atqui hoc absurdum. E. & illud.

C. Non absurdum, quod & sibiipsi satisfecit.

V. Ita sequeretur, quod idem unus Deus, & irasceretur hominibus cum requireret satisfactionem, & non irasceretur, cum satisfaceret.

C. Irascebatur peccatis, & Pater & Filius, at peccatoribus non irascebatur uterque.

V. Imò Pater irascebatur peccatoribus, cum eos severè punire vellet. Sed progredior. Si Christus homo conjunctus est in unam cum Deitate personam, tum cum Christus mortuus est, vel separata est deitas ab humanitate, vel non. Si separata, non fuit unio arctissima. Si non separata, tum non verè mortuus est Christus, quia in ipsa morte vixit, habens in se divinitatem, cui adhærebat anima inseparabiliter.

C. Separata fuit anima à corpore, sed deitas non fuit separata à Christo homine.

V. At cum ista divinitate non separata, etiam anima Christi fuit conjuncta inseparabiliter.

C. Adhærebat anima divinitati non humanitati: vel non humano corpori.

V. Si anima divinitati & divinitas humanitati juncta. E. etiam anima juncta humano corpori. Sed progredior:

Quem Deus sedere jussit ad dexteram suam, is non est Deus summus.

At Filium suum Deus sedere jussit. E.

C. Nego Majorem.

V. Si alius est qui jubet sedere, seu collocat, alius qui collocatur jussus sedere, sequitur quod jussus à Deo sedere ad dexteram Dei, non sit ipse ille summus Deus.

C. In assumpta carne jussus est sedere.

V. Sola caro seu humanitas, si non est persona humana, ut vos docetis, non est apta ut sedeat, quanquam & hoc est absurdum, ut quis sit homo, cui convenit definitio personæ, & tamen non sit persona.

C. Quia non est substantia completa, incommunicabilis, sed sustentatur à divina persona.

V. Persona autem divina Filii, non opus habuit collocari ad dexteram Dei Patris, si ab æterno sedebat cum Patre.

C. Antequam assumeret carnem non opus habuit collocari, sed in assumpta carne opus habuit.

V. Qui subjicietur Deo Patri, is non est Deus summus.

At

At Filius subjicietur, 1 Cor. XV. 28. E.

C. Id intelligendum secundum humanitatem, secundum quam & nunc est subditus.

V. Sed ibi dicitur expressè Filius, & ipse Filius subjicietur.

C. Intelligitur Filius Dei factus homo.

V. Filius hic opponitur Patri. E. intelligitur ut persona, non tantum secundum humanitatem.

C. Hoc non sequitur; nam Deitas non potest subjici. At in Filio Dei est Deitas summa.

V. Ita petitur principium.

Prz. Quæro pro Conclusione: An Christus nunc etiam in cœlo habeat carnem eandem, quam habuit in terra?

R. Habet carnem & sanguinem.

Prz. An & ossa & ventrem?

R. Etiam & dentes, sed glorificata. Et nos habebimus, cum glorificabimur.

Prz. At Deus destruet ventrem, ut & cibos qui sunt propter ventrem. 1 Cor. VI. 13.

R. Non opus ibi erit cibis, ideò tolletur usus ventris, non ipse venter.

Prz. At Apostolus ipsum ventrem nominat, & dicit destruendum.

Die 15. Martii.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

THESIS

CONCILII TRIDENTINI.

Docet Sacra Synodus in almo Sacræ Eucharistiæ Sacramento Dominum nostrum Jesum Christum verè, realiter & substantialiter sub signis panis & vini contineri; non tantum objectivè, repræsentativè, effectivè, ut alii credunt, quod & nos concedimus, sed & realiter.

V. Probabo quod in Sacramento Eucharistiæ non sit Jesus Christus substantialiter, nec tantum signa panis & vini, sed maneat eadem substantia, nempe panis & vinum. Quod etiam post consecrationem est panis, id non est substantialiter, ipse Dominus Jesus.

Atqui hoc sacramentum etiam post consecrationem est panis, E.

H. Nego Minorem.

V. Probo. Ex 1 Cor. X. 16. XI. 26. 27. 28. Paulus Apostolus etiam

post consecrationem & in usu vocat hoc panem toties. E. non desinit esse panis.

H. Nego Consequentiam.

V. Si desineret esse panis per consecrationem non vocaret eum Paulus panem. At vocat. E.

H. Nego consequentiam.

V. Nos urgemus proprietatem verborum Apostoli, Paulus docet quod sit panis. E. est panis.

H. Aliud est vocat panem, aliud docet esse panem.

V. Imò eodem res redit: An enim non verè vocat?

H. Non est necesse hæc verba Pauli accipi propriè: vocat panem, quia fuit panis ante consecrationem.

V. Si nobis hic non licet urgere proprietatem Verborum, nec vobis in illis: Hoc est corpus meum.

H. Imò ibi oportet, quia Christus dixit ostendendo: *Hoc est corpus meum.*

V. Si propter vocem *est* credendum est panem propriè transsubstantiari in corpus Christi; sequeretur quod etiam calix transsubstantiaretur in Novum Testamentum. Nam Lucæ XXII. 20. & 1 Cor. XI. 25. scriptum est, *Hic calix est Novum Testamentum.*

H. Nego Consequentiam. Nam alius est loquendi modus. Non dicitur à Christo, *Hic panis* est corpus meum, quæ sunt disparata, ideò non possunt de se propriè prædicari. Sed dicit Christus *Hoc* (quod ostendebat) est corpus meum.

V. Quid si Christus ostendens calicem dixisset: Hoc est Novum Testamentum, num credendum esset fieri transubstantiationem calicis in Testamentum?

H. Ita: concederem etiam ibi transsubstantiationem.

V. At Calix & ex eo potus potest bibi: Novum Testamentum non potest bibi. E. Calix & potus non est Novum Testamentum propriè: imò hic est tropus non unus.

H. Testamentum sumitur pro expressione benignæ voluntatis Dei, vel pro authentico aliquo signo, quo alicui traditur jus ad hæreditatem. Ibi potus iste ex calice, non appellatur testamentum priori modo, sed posteriori.

V. Imò propriè Testamentum vocari solet voluntas testatoris scripto consignata. Ita unum textum exponitis impropriè, alterum similem propriè.

H. Ita allegandi sunt textus, ut non tantum unus salvetur, sed & alius.

Prz. Ezech. V. ỷ. 5. De illis capillis dicitur, Hoc est Jerusalem, impropriè: ita hîc.

H. Ibi rectè accipitur impropriè. Nam hoc est impossibile, ut scissio capillorum, &c. sit proprie Jerusalem. Hæc enim sunt disparata. At hic aliter. Si Christus dixisset, Hic panis est corpus meum; concederem hoc impro-

impropriè dici. At Christus non dicit, *hic panis*; sed *hoc*, scilicet edulium. Edulium autem & corpus non sunt disparata. Nam & corpus est edulium.

V. Augustinus hoc quòd Christus discipulis tunc tradebat, vocat figuram corporis Christi, in Psal. III. Epist. XXIII. ad Bonif. similitudinem corporis, contra Adimantum Cap. 12. signum corporis. Ostensa sunt ista loca in Augustino, & inspecta, lecta.

H. Erat ibi & figura corporis Christi, sed non tantum figura, etiam ipsum corpus Christi.

V. Si corpus suum propriè tradebat, ut vos vultis, non figuram corporis tradebat.

H. Corpus Christi quod tunc tradebat, erat figura corporis ejus, quod debuit crucifigi.

V. Quod est idem, id non est figura sui. Atqui hoc corpus esset idem. Ergò.

H. Quod est idem, ita ut non sit etiam aliqua ratione diversum, concedo: sed quando aliquomodo diversum, nego.

V. Quod sensus omnium hominum semper ostendunt esse panem, id est verus panis.

Atqui hoc quod in Eucharistia datur, sensus &c. E.

H. Nego Majorem. Exodi IV. sensus ostendebant esse serpentem: & tamen erat virga.

V. Imò scriptum est ibi virgam conversam esse in serpentem: & postea serpentem illum caudâ prehensum, conversum esse in manu Mosis in virgam.

H. Quamvis accidentia alicujus substantiæ sensibus nostris appareant, tamen ipsam illam substantiam ibi esse non semper sequitur.

V. Si non est credendum testimonio sensuum benè dispositorum, absque impedimento; non benè probasset Christus discipulis se eum esse, cum jussit ut viderent, palparent corpus suum. Luc. XXIV. 39.

H. Benè Christus ibi probavit; sed hic alia ratio: Ut si ego videam hic esse accidentia tapetis, sed aliunde scirem, hoc non esse tapetem, non crederem esse tapetem.

V. Ubi sunt omnia accidentia propria alicujus substantiæ, ibi est ista substantia. Alias sequeretur accidentia subsistere absque suo subjecto, quod est absurdum.

H. Unum accidens hic est absque subjecto, nempe quantitas, alia accidentia illi inhærent.

V. Sic istud accidens, nempe quantitas per se subsistet, & substabit aliis accidentibus. Ita accidens erit non accidens, sed substantia, quod implicat contradictionem.

H. Accidens est quod natura sua aptum est inhærere alteri, non per se subsistere.

At per divinam potentiam potest fieri, ut accidens non inhæreat actu.

V. Tale accidens quale à vobis describitur est potentiâ accidens, id est potest fieri accidens. Sed non est actu & reipsa accidens, quando non accidit. Dum non inhæret alicui subjecto, per se subsistit.

H. Concedo: tunc non inhærere, sed tamen per se subsistere nego: quia aptum est posse inhærere.

V. Omne quod non inhæret, id per se subsistit.

H. Hoc nego.

V. Accidentis esse est inesse: est receptus Canon.

H. Accidens dum existit secundum modum sibi à natura debitum inest, seu inhæret; sed per divinam potentiam potest non inhærere.

V. Sic natura rerum evertetur, erit albedo absque re alba, sapor absque re sapida, odor absque re odorata, rotunditas absque re rotunda.

H. Potest esse albedo absque albo. Ipsa albedo est res alba.

V. Imò aliud est subjectum, aliud hujus subjecti adjunctum, seu accidens. Ego rem albam intelligo, substantiam, cui inest albedo: sed ogredior.

Si in Sacramento isto esset corpus realiter, esset corpus non corpus. Atqui hoc absurdum. E. & illud.

H. Nego Majorem.

V. Probo. Corporis proprium est esse quantum, divisibile, habere partes extra partes. At istud corpus non erit divisibile, &c. Nam dicitis in una mica posse esse totum corpus Christi.

H. Potest aliquid esse in loco circumscriptivè, vel definitivè. Hic in Sacramento est corpus Christi definitivè.

V. Omne corpus est in loco circumscriptivè, ut certa pars locati respondeat certæ parti loci. Nam definitivè tantum non circumscriptivè in loco esse, spiritibus tribui solet, non corporibus.

H. Naturaliter corpus non potest esse in loco definitivè, sed circumscriptivè, at supernaturaliter potest, ut in eodem loco sit caput & pes.

V. Ergo supernaturaliter corpus potest esse non corpus, quod est contradictorium. Sic sequeretur divisibile esse in indivisibili, in puncto.

H. Potest divisibile per Dei potentiam esse in loco indivisibili.

V. Sic sequeretur posse contentum esse majus continente locatum esse majus loco.

H. Non sequitur. Nam potest esse divisibile, & non esse quantum.

V. An non divisibile est tale propter quantitatem?

H. Non omnia divisibilia sunt propter quantitatem divisibilia, sed propter materiam.

V. An materia potest esse absque quantitate.

H. Potest: Deus hoc facere posset, ut mensa ista sit hic, quantitas autem istius mensæ post fornacem. Corpus non definit esse corpus, etsi non sit quantum, & non habeat partes extra partes.

V. Hoc

V. Hoc est manifesta negare propter opinionem præconceptam.

R. Partes corporis Christi dupliciter considerantur, vel in ordine ad se, vel in ordine ad locum. Habet Christus pluralitatem partium in ordine ad se, sed non in ordine ad locum. Effectus tantum corporis est esse quantum, & occupare certis partibus certum locum. Deus autem potest per miraculum hunc effectum à corpore auferre, ut ab igne calorem in fornace Babylonicâ, sicut Christus janua occlusa intravit ad discipulos.

V. Non effectus corporis est esse quantum, sed accidens inseparabile. In fornace Babylonica non calor est ablatus ab igne, nec vis urendi, sed impedita passio ustionis. Christus venit cum fores essent clausæ, & intravit insperatè, non ut corpus penetraret per corpus januæ, non cedente januâ: potuit sibi aperire miraculosè, ut Petro è carcere educto porta ferrea ultrò fuit aperta. Sed progredior.

Si corpus Christi propriè esset in isto Sacramento, sequeretur, quod unum corpus sit uno tempore non in uno loco. Atqui falsum consequens. E. & antecedens.

H. Nego Minorem. Potest fieri ut unum corpus sit non in uno loco, eodem tempore.

V. Ita sequeretur unum posse esse non unum. Atqui hoc contradictorium & absurdum.

H. Negatur Consequentia.

V. Si unum est indivisum à se, sequitur, hoc quod est non in uno loco, sed in multis, esse non unum, quia est divisum à se.

H. Negatur quod sit divisum in se.

V. Ubi est distantia magna, ut inter Cracoviam & Leopolim, imò inter cœlum & terram, ibi istud quod est Cracoviæ, divisum est ab eo quod est Leopoli, & quod est in cœlo, divisum est ab eo, quod in terra.

H. Nego. Est quidem divisio inter cœlum & terram, sed non inter Christum in cœlo & in terra existentem eundem. Est divisio inter loca; sed non ideò inter locatum. Non tantum Christus, sed & alius homo unus posset esse in pluribus locis simul per divinam potentiam.

V. Ita implicabitur contradictio. Idem totum erit extra seipsum totum.

H. Non sequitur: locus esset extra locum: sed locatum tamen unum idemque.

V. Sic opposita eidem convenirent eodem tempore, quod absurdum: Unum idemque corpus esset sibi ipsi dextrum & sinistrum, seipso superius & inferius.

H. Possunt talia fieri per potentiam Dei.

V. At hæc manifestè sunt contradictoria. Quod est dexterum, id non est simul sinistrum, quod est superius id non est simul inferius.

H. In sensu reduplicativo hoc potest esse verum, sed in specificativo non potest. Ex. gr. Pomum est album & est dulce: sed non ideo album, quia dulce.

Sic idem corpus potest esse simul & superius & inferius, sed non ideò superius, quia inferius.

V. Album & dulce sunt diversa: at superius & inferius non tantum diversa, sed adversa, opposita, seu contraria. Ergo non possunt eidem convenire eodem tempore. Sed procedo.

Si corpus Christi, quod hic antea non fuit, postea fit, tum vel fit ex pane, vel ex nihilo, vel descendit de cœlo. Non descendit de cœlo, quia in cœlo nihilominus manet. Non etiam fit corpus Christi ex nihilo, nam hæc esset subinde nova creatio, non transsubstantiatio. Non etiam fit ex pane corpus Christi. Nam hoc est absurdum.

H. Non propriè hic fit corpus Christi, sed quod antea non fuit præsens, tunc fit præsens, idque ex pane, tanquam ex termino à quo recedit. Hæc vocatur transsubstantiatio, quando non tantum forma mutatur, ut cum ex ligno fit ignis, sed & materia & forma.

V. Si ex pane fit corpus Christi, non erit hoc idem corpus, quod assumsit Christus ex beata virgine, sed aliud.

H. Non sequitur. Potest Deus unum corpus producere ex diversis materiis, sicut vinum quod est factum ex aqua in Cana, potuit etiam fieri ex mulso.

V. Ita non esset unum numero. Nam ita argumentor:

Illud corpus Christi, quod est in cœlo, non est ex pane.

Hoc corpus Christi, quod est in Sacramento, est ex pane.

E. Hoc corpus Christi quod est in Sacramento, non est illud corpus Christi quod est in cœlo.

H. Illud corpus quod est in cœlo, non est factum ex pane in cœlo: sed idem corpus factum est in terra ex pane.

V. Sed ego probo per hoc argumentum: Hoc non esse idem: respondendum est ad argumentum.

Dominus Castell. An potest hoc idem esse quod in cœlo non ex pane, & hic in terra ex pane?

H. Respondeo per distinctionem, hoc corpus esse idem substantialiter, non idem præsentialiter & localiter. Non est id corpus factum ex pane, per productionem, sed est factum per transsubstantiationem.

V. Ista effugia mentem vertigine rotant: tamen argumentum non evertunt. Meum argumentum est evidens: Ista sunt obscura, & intricata. Sed progredior.

Si in Sacramento fit corpus Christi, imò totus Christus à Sacerdote, sequetur quod Sacerdos sit Creator sui Creatoris. Atqui hoc absurdum. E. & illud.

H. Non est Creator sui Creatoris, quia Christus secundum divinam naturam est Creator, at secundum hanc est ubique semper.

V. Tamen hoc scriptum est à Veteribus. Mag. Joh. Herold. in Sermonibus Discipuli expressè scripsit, Sacerdotem esse Creatorem sui Creatoris.

C. Isti Sermones Discipuli non sunt dogmata Doctoris Ecclesiæ.

V. Etiam è vestra societate Joh. Eusebius Nirembergius scripsit in historia de tribus martyribus, adjuncta libro de arte voluntatis, Christum esse opus Sacerdotis, & ideò à Sacerdote diligi, quia quilibet diligit opus suum. Et si Christus nusquam esset, tamen ad Sacerdotalia verba adesset mirifica productione. Et Sacerdotes vocat *Deificos* viros, id est Deum facientes.

H. Est iste liber Asceticus, propter nos scriptus. Non sunt talia in deteriorem partem trahenda.

Dominus Vlad. Morst. Quæritur, an hoc Sacramentum sit adorandum?

Hen. Concil. Trident. ita decrevit. Nullus itaque dubitandi locus est, quin omnes Christi fideles latriæ cultu qui soli Deo debetur, debeant adorare hoc Eucharistiæ Sacramentum.

V. De quo cultu Religioso non extat præceptum divinum, is non est ab hominibus ultrò instituendus. At de hoc cultu religioso Sacramenti non exstat præceptum divinum. E.

H. Negatur major. Non opus hic est præcepto divino. Nam ubicunque est Dominus, ibi à servis est colendus.

V. Si ubicunque est Dominus ibi semper est adorandus; sequeretur, quod coram omnibus rebus adoratio latriæ esset facienda: quia secundum vos Deus est ubique præsens persona sua.

H. Necesse esset nos perpetuò genua flectere. Sed ostensa hostia, cum illam video, quia ibi Dominum esse credo, ideò adoro.

Dominus Morst. Adhuc loquendum aliquid de Communione sub utraque specie.

V. Utramque speciem non solum panis, sed & vini Laicis etiam esse præbendam potest ostendi ex Sacris Literis, 1 Cor. X. 21. & XI. 26.

H. Christus non constituit ut omnes etiam Laici sub utraque specie communicent, nec ut sub una. Nec Concilium hoc pro Lege constituit.

V. In Veteri Ecclesia ita factitatum, non sine ratione: ut mors Christi cruenta effuso sanguine commemoretur & repræsentetur.

H. Vetus mos etiam fuit, ut hoc Sacramentum post alium cibum sumeretur: quod tamen vos ipsi non facitis.

V. Non dicimus hoc esse nefas.

H. Et nos morituris etiam post cibum præbemus hoc Sacramentum.

V. Gelasius Papa decrevit, ut non sub una specie hoc celebretur: alias sacrilegium fieri ait.

H. Gelasius hoc dixit propter Manichæos, qui vinum dicentes esse à malo abstinebant ab eo.

V. Paulus ad Corinthios verbis citatis utramque speciem exprimit.

H. Non jubet Paulus sub utraque specie communicare; sed ait, si communicaveritis, ita facite.

V. Imò docet sub utraque solitum fieri. Quid Christus cum ait Joh. VI. Nisi

Nisi manducaveritis & biberitis, &c. quod vos de usu istius Sacramenti exponitis.

H. Bibitur etiam cum corpus Christi, in quo est sanguis, sumitur.

V. An dum sicca hostia sumitur, tamen & sanguis, qui est humidus tunc bibitur?

H. Potest hoc fieri invisibili modo.

SESSIO ULTIMA

DE PÆDOBAPTISMO.

THESIS.

Dico etiam infantibus necessarium esse baptismum, ad salutem consequendam.

V. Marc. XVI. 16. Christus dixit qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur &c. E. prius est credendum, quam baptismus suscipiatur.

C. Christus ibi locutus est de adultis, qui possunt credere. Infantes non possunt credere; quamvis hoc Lutherani afferant. Sed quia etiam infantes debent esse in cœlo, debent baptizari, secundum illud Joh. III. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.

V. Non agitur ibi de Baptismo fluminis; sed de regeneratione ex Spiritu, qui etiam vocatur aqua per similitudinem, ut Tit. III. 5. sicut alibi idem spiritus ob diversum effectum vocatur etiam ignis Matth. III. 11. Non omnes, qui aquæ baptismo baptizantur, regenerantur.

C. Apostoli baptizabant totas domos, in quibus proculdubio fuerunt etiam infantes.

V. De Capacibus talia intelligenda: ut etiam quando scriptum, quod totæ domus crediderint videatur Joh. IV. 53. Act. XVI. 32. 34. XVIII. 8.

C. Alia ratio. Nam credere non possunt infantes, at baptizari possunt.

V. Potuerunt infantes non adesse in illis domibus. Nam non omnis domus habet infantes.

C. Nos hac in re maximè nitimur Traditione: sed & Scripturis, quamvis non omninò claris; at neque vos potestis clarè ostendere, hoc esse prohibitum.

V. Non quidem prohibitum; sed non conveniens cum eo, quod docet Paulus Rom. VI. 3. 4. Si Christus existimasset & voluisset, infantibus seu parvulis baptismum aquæ esse necessarium, tum cum ad eum parvuli sunt adducti,

adducti, non tantum eis impositis manibus, benedixisset, sed etiam baptizasset, quod quidam ex his verbis probare conantur: Sinite parvulos venire ad me. At ibi non scriptum eos tunc esse baptizatos. Tertullianus de hoc scribens, dicit: Veniant ergo dum venire possunt, veniant, ut discant, ut Christum cognoscant, &c.

C. Si infantes sunt capaces obtinendi regni cœlorum, debent regenerari ex aqua & Spiritu S.

V. Jam dictum hanc regenerationem non esse baptismo fluminis tribuendam. Nos non excludimus infantes piorum à Regno cœlesti, at non ex vi baptismi aquæ, sed quia fœderatorum liberi ad fœdus pertinent.

C. In infantibus non est aliud medium regenerationis, nisi aqua baptismi. Quamvis baptismus sanguinis subvenerit illis infantibus Bethlehemi trucidatis propter Christum.

V. Si ex hoc loco Joh. III. 5. inferretur necessitas baptismi aquæ infantibus, etiam ex illo Joh. VI, 53. inferretur eisdem necessarium esse Sacramentum corporis Christi.

C. Joh. VI. intelligenda verba de solis adultis: at Joh. III. generaliter.

V. Etiam Joh. VI. verba generaliter concepta.

C. At infantes non sunt capaces Eucharistiæ.

V. At per multa secula in Ecclesia vestra dabatur infantibus Sacramentum Eucharistiæ: teste Maldonato, &c.

C. Fiebat hoc demum post ablactationem. Postea visum non esse necessarium. In baptismo vel post baptismum credimus etiam infantibus infundi fidem; non quidem actualem, sed habitualem.

V. Apparet in Veteri Ecclesia dilatum fuisse baptismum diu. Id patet ex historiis, ut de Constantino Magno.

C. Si non esset periculum ne infantes moriantur, posset differri baptismus. Alia ratio in adultis, qui possunt etiam per baptismum flaminis salvari, per contritionem.

Dominus Castell. Si infans moriatur absque baptismo, an eum Deus non potest salvare?

C. Potest quidem, & de talibus est benè sperandum. Sed tamen non omittendus baptismus, tantùm in casu ubi non potest haberi.

Rychl. Contra dicebat tales non salvandos.

Dominus Vlad. Morst. Quæro estne hoc contra præceptum Dei infantes baptizari?

V. Non est quidem expressè contra præceptum: sed etiam non juxta præceptum. Nostri Transylvani Pædobaptismum usurpant & tolerantur à nobis.


C. Con-

C. Concedimus non posse Pædobaptismum ex Sacris Scripturis probari, sed ex Traditione.

Dominus Vlad. Morst. Quæsivit de Sanctorum cultu religioso an necessarius? nempe invocatio per preces.

C. Non est absolutè necessarius, nec si quis eum adhibere nollet, damnabitur.

F I N I S.



INDEX

INDEX CAPITUM

LIBRI PRIMI.

De Origine & Successu Ecclesiarum.

Caput

I. DE *Origine & Successione Ecclesiæ, tàm in* Oriente, *quàm in* Occidente, *in Regionibus quibusdam* Slavonicis, *ad Annum Christi* 1000. *Fol.* 3.

II. *De Ecclesiis Christianis purioribus, ab Anno* 1000. *ad* Petrum Valdum, *Anno* 1160. *in* Gallia *exortum.* 10.

III. *De Ecclesiis Reformatis dictis à* Petro Valdo *Anno* 1160. *in* Gallia *exorto*, Valdensibus. 12.

IV. *De Ecclesiis Reformatis, in* Anglia *per* Johannem Viclevum *Anno* 1370. *propagatis.* 15.

V. *De quibusdam Veritatis Testibus, præsertim* Johanne Husso *Anno* 1420. *in* Bohemia. 16.

VI. *De Primis* Hussi *dogmatum & religionis Sectatoribus*, Hussitis *dictis in* Bohemia, *ab Anno* 1415. *&* 1416. *ad Annum* 1450. 18.

VII. *De Reformatione Ecclesiarum, per* Hussitas *Bohemos, in* Polonia. 22.

VIII. *De Posterioribus* Hussi *sectatoribus, in* Bohemia, *& quidem primò* Fratribus *sic dictis, Anno* 1450. *exortis, eorumque* Unitate *ad Annum* 1517. 25.

IX. *De* Calixtinis *quibusdam puriorem doctrinam sequentibus, in* Bohemia. 38.

X. *De Reformatis, per* Lutherum, Zuinglium, *& aliis in* Germania, *Ecclesiis, ab Anno* 1517. *ad Annum* 1650. 39.

XI. *De Reformatis, in* Bohemia *&* Moravia *Ecclesiis; & quidem de continuatâ* Unitate Fratrum, *ab Anno* 1517. *ad Ann.* 1650. 54.

XII. *De* Calixtinis, *puriorem doctrinam, in* Bohemia *& alibi, ab Anno* 1517. *continuantibus ad Annum* 1650. 69.

XIII. *De Reformatione Ecclesiarum, in* Polonia *& Magno Ducatu* Lithvaniæ *continuata ab Anno* 1500. *ad Annum* 1650. 71.

XIV. De Reformatis Ecclesiis, speciatim in majore Polonia. 99.
XV. De Reformatis speciatim Ecclesiis, in minore Polonia. 120.
XVI. De Reformatis speciatim Ecclesiis, in Magno Ducatu Lithvan. 139.

LIBRI SECUNDI.

De Persequutionibus Ecclesiarum.

Caput

I. DE *Persequutione Ecclesiarum, ab Apostolorum tempore, ad Annum Christi* 1000. *obiter exposita.* *Fol.* 153.
II. Persequutio Berengarii, *& ejus assectarum.* 155.
III. Persequutio Valdensium, *in* Gallia *& alibi dispersorum.* 157.
IV. Persequutio Viclevi *in Anglia.* 158.
V. Persequutio quorundam veritatis testium in Bohemia. ibid.
VI. Persequutio primorum Hussi *doctrinæ sectatorum*, Hussitarum *dictorum, in* Bohemia. 162.
VII. Persequutio Hussitarum *in* Polonia. 164.
VIII. Persequutio posteriorum Hussi *sectatorum, & quidem* Fratrum Unitatis *dictorum, in* Bohemia *&* Moravia *ad Ann.* 1517. 165.
IX. Persequutio Calixtinorum *quorundam puriorem doctrinam sequentium, ab Anno 1450. ad Annum 1517.* 181.
X. Persequutio Reformatarum per Lutherum *& aliarum in* Germania *Ecclesiarum, ab Anno* 1517. *ad Annum* 1650. 183.
XI. Persequutio Reformatarum, in Bohemia *&* Moravia *Ecclesiarum* Unitatis Fratrum *dictarum ab Anno* 1617. *ad Ann.* 1650. 191.
XII. Persequutio Calixtinorum *puriorem doctrnam ab Anno* 1517. *continuantium ad Annum* 1650. 203.
XIII. Persequutio Ecclesiarum in Regno Poloniæ *& M. Ducatu* Lithvaniæ *Reformatarum, continuata ab An.* 1500. *ad An.* 1650. 206.
XIV. Persequutio Reformatarum Ecclesiarum speciatim in Maj. Polonia. 218.
XV. Persequutio Reformatarum speciatim Ecclesiarum in Minore Polonia *ab Anno* 1550. *ad Annum* 1650. 227.
XVI. Persequutio Reformatarum speciatim Ecclesiarum in Magno Ducatu Lithvaniæ. 251.

LIBRI

LIBRI TERTII

De Theologis & Pastoribus Ecclesiæ.

Caput
I. T*Heologi, & Pastores Ecclesiæ Christi inde ab Apostolis; tam in* Oriente,*quàm in* Occidente *ad Annum Christi* 600. 267.
II. Theologi & Pastores Ecclesiarum Christi, tam in Oriente, *quam in* Occidente *ab Anno* 600. *ad Annum* 1000. 302.
III. Theologi & Pastores Ecclesiarum Christi in Oriente, *&* Occidente, *ab Anno* 1000. *ad exortum* Petri Valdi *in* Gallia, *Ann.* 1160. 305.
IV. Theologi & Pastores Ecclesiæ Christi, ab Anno 1160. *ad eximium illum Theologum* Viclevum *in* Anglia, *Anno* 1370. 306.
V. Quidam Theologi & Pastores Ecclesiæ ab Anno 1370. *usque ad quosdam in* Bohemia *veritatis testes, & inter eos præcipuum* Johannem Hussum. 307.
VI. Quidam Theologi & Pastores Christi, veritatis testes in Bohemia, *ibid.*
VII. Theologi, Ecclesiæque Dei Pastores, primi Hussi *dogmatum & Religionis sectatores,* Hussitæ *dicti in* Bohemia, *ab Anno* 1414. 308.
VIII. Quidam Valdensium, Viclevi, *&* Hussi *sectatores, in diversis locis.* 310.
IX. Theologi & Pastores Ecclesiarum, per Hussitas Bohemos, *maximè* Taboritas, *reformatarum.* 313.
X. Posteriores Hussi *sectatores, & quidem Ecclesiarum* Unitatis Fratrum Bohemorum, *&* Moravorum *Theologi & Pastores præcipui.* 314.
XI. Calixtinorum *Reformatorum, qui tàm ad* Augustanæ *quàm* Helveticæ *Confessionis partes transierunt, Theologi & Pastores, in* Bohemia *&* Moravia. 338.
XII. Theologi & Ministri Ecclesiarum Christi, per Lutherum, Zuinglium *& alios Reformatarum in* Germania. 343.
XIII. Theologi & Pastores Ecclesiarum in Polonia, *& Magno Ducatu* Lithvaniæ *Reformatarum, ab Anno* 1500. *ad An.* 1650. 381.
XIV. Theologi atque Pastores Reformatarum, speciatim Ecclesiarum in Majore Polonia. 382.

XV. Theologi atque Pastores Reformatarum speciatim Ecclesiarum per certos districtus distinctarum in Minore Polonia. 408.

XVI. Theologi atque Pastores Reformatarum speciatim Ecclesiarum in Magno Ducatu Lithvaniæ. 430.

A P P E N D I X.

Quidam ex Ordine Politico, in Polonia & Lithvania *scriptores Evangelici.* 450.

L I B R I Q U A R T I.

De Græco-Ruthenorum Ecclesiis.

Caput

I. DE Græcorum *sive* Russorum, *in Minore* Polonia *& Magno Ducatu* Lithvaniæ, *Religione, doctrinâ & Ecclesiis.* *Fol.* 457.

II. *De Unione quorundam Græcorum, seu Russorum, cum Ecclesia Romano-Catholica: atque adeò de dissidio atque distinctione Unitorum à Non-unitis.* 463.

III. *De Unione Evangelicorum in* Polonia, *& Magno Ducatu* Lithvaniæ, *cum* Græcis *seu* Ruthenis, *attentatâ; sed non nisi Politicâ obtentâ.* 478.

IV. *Epistola* Joannis Smeræ *ad Russorum Principem Vlodimirum.* 499.

V. *Narratio compendiosa de ortu & progressu Socinianorum in* Polonia. 503.

VI. *Res gestæ Anti-Trinitariorum in* Slavonia. 508.

VII. *Catalogi patriarcharum & episcoporum*

- *Hierosolymitanorum.* 511.
- *Antiochenorum.* 514.
- *Alexandrinorum.* 517.
- *Ephesiorum.* 519.
- *Smyrnensium.* 520.
- *Sardensium.* ibid.
- *Laodicensium Syriæ.* ibid.
- *Cæsareensium Palæstinæ.* 521.
- *Tyriorum.* 522.
- *Byzantinorum & Constantinopolitanorum.* 523.
- *Cæsareensium Cappadociæ.* 526.
- *Romanorum.* 527.

VIII. *Historia de Catharina Zalassovia.* ibid.

IX. *Erasmi Otvinovii Heroes Christiani.* 529.

X. *Colloquium Roxnoviense a. 1660 habitum inter Pontificios & Socinianos.* 538.

F I N I S.

